DE LUDIS ORIENTALIBUS

LIBRI DUO.

Quorum prior est duabus partibus,

viz. 1. HISTORIA SHAHILUDII Latinè:

deinde 2. HISTORIA SHAHILUDII Heb. Lat.

per tres Judæos.

Liber posterior continet

HISTORIAM RELIQUORUM LUDORUM

ORIENTIS.

Imprimatur

Henr. Aldrich

VICE-CAN. *OXON.*

Sept. 20, 1693.

197-07

Z. 12. 2.

MANDRAGORIAS,

SEU

HISTORIA SHÂHILUDII,

viz. ejusdem

ORIGO, ANTIQUITAS, USUSQUE

per totum Orientem celeberrimus.

Speciatim prout usurpatur apud Arabes, Persas, Indos, & Chinenses, cum harum Gentium Schematibus variis & curiosis, & Militum lusilium Figuris inusitatis, in Occidente hactenùs ignotis. Additis omnium Nominibus in dictarum Gentium linguis, cum Sericis Characteribus & eorundem Interpretationibus & Sonis genuinis.

De Ludis Orientalium Libri primi pars prima, quæ est Latina.

Accedunt de eodem

RABBI ABRAHAM ABBEN-EZRÆ
elegans Poëma rythmicum:

R. BONSENIOR ABBEN-JACHIÆ
facunda Oratio prosaïca:

Liber DELICIÆ REGUM Prosâ,
Stylo puriore, per Innominatum.

De Ludis Orientalium Libri primi pars 2da, quæ est Hebraïca.

Horis succisivis

olim congessit THOMAS HYDE S. T. D. Linguæ Arabicæ Professor Publicus in Universitate Oxon. Protobibliothecarius Bodlejanus.

Præmittuntur de Shahiludio Prolegomena curiosa, & Materiarum Elenchus.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
M DC XCIV.

VIRO
HONORATISSIMO
Dño SIDNEJO
GODOLPHIN,
BARONI DE RIALTON,
FISCI REGII
QUÆSTORI
PRIMARIO,
REGIÆ MAJESTATI
à
SECRETIORIBUS CONSILIIS,
hanc ſuam
OPELLAM
D. D. D. C. Q.
AUTOR.

EPISTOLA
DEDICATORIA.

QUI Tibi (Vir Honoratiſſime) inſcribitur Libellus, continet Hiſtoriam *Shahiludii*, cui alii quidam Ludi (in ſequente Tomo) tanquam Famuli adjunguntur. Nam quamvis alii ſuo ordine ſubſequantur, is tamen erat cujus gratiâ primò de Ludis ſcribere ſuſcepi, qui quidem tam Nomine quàm Re eſt verè Regius Ludus, à Guilelmo Victore in Angliam introductus & impenſè amatus; qui itaque Fiſcum Regium ſeu Scaccarii Curiam ad ejuſdem ſimilitudinem conſtituit. Ab aliis quoque Angliæ Regibus, præſertim Carolo I, non quidem immeritò in deliciis habitus fuit, uti etiam apud omnes Orientales Principes hodiè exercetur & æſtimatur. Eſt enim Idea ſeu Repræſentatio Belli; & Caſui, Sorti, aut Fortunæ non ſubjicitur. Eſt inquam Idea Belli, non ſanè ficti, ut Planetarum ac Aſtrorum, &c. ſed veri; non Moderni, ſed Antiqui, Orientalis, Indici; cujus Proſpectus & ordinandi Ritus ex hocce Ludicro Armiluſtrio optimè perſpicitur. Nam hicce Ludus Indiæ Orientali ſuam Originem debet, ante 1000 annos ibi excogitatus & inventus, & tempore Juſtiniani Imperatoris in alias Orientis Regiones introductus ac propagatus.

Talis igitur eſt ejus Excellentia, ut dum addiſcitur,

diſcitur, res antiqua Militaris ſtudeatur ; non tantùm tempus fallatur, ſed ingenium Bellicâ inſtitutione ritè formetur & exacuatur. Hinc eſt quòd per totum Orientem apud Magnates, Duces, Principes, Reges, & Imperatores omnes ſemper in pretio habitus fuerit & etiamnum habeatur.

Quódque non à Caſu aut Fortunâ pendeat, ab omnibus meritò æſtimari debet. Cùm enim res ita ſe habeat, ſemper erit in cujuſque poteſtate de propriâ peritiâ judicare, nec ultra vires, damni ac jacturæ periculum facere. E contrario autem, (quod in aliis Ludis ex meto caſu pendentibus accidit) quàm dolendum eſt, ut aliquantulùm novercante Fortunâ, Lufor ex Divite ſtatim aliquando Pauper fiat ; ut ruentibus Aleis, ille ruinam ſentiat ; & uno infelici Jactu, totius Subſtantiæ jacturam patiatur.

Hiſce autem, relictis & poſtpoſitis, Tu (Vir Nobiliſſime,) Regiludium ornas, quod & Te viciſſim quodammodo ornare poſſe cenſeatur. Non enim eſt minimum ejus Elogium, quòd à Viris tam Illuſtribus decoretur ; nec minima Veſtri Laus, quòd evitatis aliis minùs licitis Exercitiis, hunc honeſtum & ab omnium Gentium ſcrupuloſiſſimis Legiſlatoribus approbatum Ludum exerceas; quo Veſtrum ad res majores comparatum Ingenium (ſi quando opus eſt) exacuatur ; & Magnus Animus gravioribus negotiis plerumque nimis intentus, aliquando recreetur & relaxetur. Hoc fecit Tamerlanes,

qui

qui certè non ludendo Orbem subjecit, & tamen inter subjiciendum Orbem quotidiè lusit: lusit inquam hunc Ludum Bellicum, & (ut de eo refert Arabshahides,) *Superavit Regna per Orientem & Occidentem, elusitque in Campo Certaminum suorum quemvis Principem, & quodvis Shâh-mât* (i.e. quævis Victoria) *erat ex ejus parte* جدا ولعبا *gjiddan & lú'ban*, i.e. *tam seriò quàm joco*, viz. tam in vero Bello quàm in Ludo Bellico.

Quod restat, Libellus noster apud Te Patrocinium quærit. Ad quem enim confugere debeat potiùs quàm ad illum qui æquum de eo Judicium ferre novit? & ubi potiùs Asylum petat, quàm apud illum à quo tam impensè æstimatur & ornatur, & ejusdem Decor defenditur. Autor verò tanquam humilis Frutex sub tanti Proceris benigniori umbrâ delîteſcens, sperat se adeò tutum & à Malevolorum noxâ immunem fore, ut, triumphatis & elusis Momorum Censuris, composito ac alacri animo pergat gaudere agnoscendo se

Dabam è Bibliothecâ Publ. Oxon. IX. Nov. M DC XCIV.

Clientem Vestro Favore

semper devinctissimum

THOMAM HYDE.

BENEVOLO LECTORI

χάρειν καὶ εὐπάιζειν.

QUamvis tardè, en tandem tamen prodit parvus iste Libellus, qui (proh dolor!) Typographorum culpâ jam per biennium sub Prelo verè gemuit, cùm aliàs ordinariâ Operarum diligentiâ semianno absolvi potuisset; tanta est nostri Preli tarditas, benè cuando ne aliquid teme è inde prodiisse censeatur. Nam nihil temerè faciendum. Et post tantas moras, tandem coactus sum magnam Libri partem abscindere & abrumpere, ne aliàs fortè hoc Opusculum nunquam prodiisset.

Mihi autem de Ludis scribenti, meritò quidem Apologiæ loco sint Exempla Magnorum Virorum; qui sine ullo Gravitatis dispendio, non tantùm Ludos, sed & res adhuc multò leviores tractârunt. Ejusmodi est Calcagnini Encomium Culicis, *Julii Scaligeri* Laudes Anseris, *Heinsii* Elogium pediculi, *& Melanchthonis* Laus Formicæ, *&c. Nec vitio vertatur mihi, quòd tempus meliore cum fructu non elocaverim, cùm Horas tantùm succisivas huic otio impenderim. Hæc enim otiando & quasi ludendo scripsi; quamvis aliàs non sim egregius Lusor, nec eo Exercitii genere delectar: quam autem alii voluptatem Ludos exercendo insectantur eâque fruuntur, eandem ego eorundem Historiam scriben-*

do, & Antiquorum de eis Vocabula & Sententias explicando & enucleando, amplector.

Ad hoc autem primò adductus sum gratiâ Nobilissimi Scachorum Ludi, qui heic ut familiam ducit, sic & cæteris omnibus longè præstantior habetur. Cùm enim à nemine hactenùs illum satis luculenter tractatum deprehenderem, operæpretium me facturum existimabam, si altiore indagine ejus Historiam exploratum irem; certò persuasus meliorem lucem ex Oriente derivari posse, quâ (tanquam face) præmissâ, ejusdem Natalitia ac Primordia ab ipsius Incunabulis certiùs essent repetenda. Quando autem istum de hoc Ludo Tractatum qualitercunque ornâssem, non consultum duxi ut solum emitterem; cùm haud magno negotio alii Comites adsciscì possent, qui se quàque ab Orientalibus præsectos non differentur.

Latrunculorum quidem Ludus, qui (quamvis in Oriente exerceatur,) purus putus Romanus est, hisce se non admiscuisset, nec eum nisi necessitate quâdam postulante in hoc Opusculo tetigissem, cujus causa mox exponenda. Cùm enim generali ac vulgato errore deceptos viderem plurimos, qui Latrunculorum *Ludum apud Romanos Scriptores passim memoratum, pro Orientalium* Shahiludio *haberent, putabam id meum esse eorum illum Errorem detegere, & quinam qualisque reverà fuerit* Latrunculorum *Ludus, & quomodo à* Shahiludio *aliisque differat, demonstrare.*

Shahiludium *quod attinet, de ejus Nomine, Origine, & Inventore varii varia sentiunt. Inter tot verò Autores qui vel obiter vel ex professo dicta*

Capita

Capita tetigerunt, paucissimi sunt qui aliquid de eis rectè statuisse compertantur. At quidem non sunt adeò culpandi illi qui rem ex longinquâ Regione & remotâ Antiquitate petendam eruendo, felices semper esse non potuêre. Si enim nobis ignoscendum sit quòd plurimarum rerum retrò aliquot seculis in vicinià gestarum causæ, rationes, ac historiæ nos lateant; multò magis veniam illis indulgendam censeo, qui huncce Ludum apud tam procul dissitos Indos olim inventum, & ab Europæis posteà variè detortum & confusum ac perplexum, origini suæ referre non valuerunt. Nam cùm ex exotico Idiomate locoque aliquid petendum sit, res sanè ita se habet ac in peregrino Orbe accidere solet itinerantibus, quibus fortè non semper sit in promptu rectam semitam tenere.

Linguæ enim sunt Claves rerum, sine quibus non possumus ad res ipsas pervenire: sunt viarum Duces, sine quorum ductu nemo ad Scientiarum Adyta penetrare queat. Ideóque cùm in omnibus seculis tanta fuerit quorundam incuria ac negligentia, & aliorum ignorantia, ut multas res falsas ac depravatas posteris suis vexandis tradiderint; eruditarum Linguarum cognitio (simul cum facultate criticâ) ad Decessorum Errata ac depravata corrigenda, obscura & perplexa enucleanda, & παροράματα emendanda, arcessendu est. Talem verò Spartam nacti cavere debent, ne temerarium judicium ferant: cùm potius, vocum Notatione priùs probè perspectâ, ad Historica Antiquitatis primordia (quantum fieri potest) recurrendum sit, per eadem nota vestigia quibus res ipsæ quæ indaganda sunt, ad nos pervenêre:

haud aliter ac ſolet fieri ab iis, qui emanantium Aquarum ductu, earundem Caput, Fontem, ac Scaturginem retrogradiendo inveſtigant. Eadem prorſus Methodo noſtra inſtituitur Diſquiſitio; in qua equidem facienda, diſcrepantium Sententiarum diverſitate Lectorem non remorabor, ſed ſuccincta qua poſſum brevitate rem ipſam perſtringam, & ſepoſita diverſarum Opinionum incertitudine, pro virili certum aliquid ſtatuere conabor.

Mei in rebus Sinicis Informator fuit D. Shin Fo-çung *nativus Chinenſis Nankinenſis, quem ex Chinâ ſecum adduxerunt R. P. D. Couplet & reliqui Patres Jeſuitæ qui nuperis annis in Europam redierunt, & Philoſophiam Sinicam Pariſiis ediderunt. Fuit quidem juvenis xxx p. m. annos natus, optimæ indolis, valdè ſedulus & ſtudioſus, natura comis moribuſque benignus, per totam vitam in Sinenſium literatura & Philoſophia educatus, in eorum Libris verſatiſſimus, & in Lingua Sinica promptiſſimus: & is unicus ac ſolus erat ex Indigenis jam in China ſuperſtes aliquid Linguæ Latinæ callens. Anteà fuerat alius quidam, ſed tunc defunctus. Natus erat à Chriſtianis Parentibus: nam Pater anteà à Miſſionariis fuerat converſus.*

Ab eo Linguæ Sinicæ partem didici, & de multis Capitibus ſcripto excepi Informationes, quarum magis particularem mentionem feci poſt Præfationem Libri noſtri cui Titulus Itinera Mundi; *ad quem, Lectorem ut de his certior fiat, remitto.*

Is omnium Sinicorum Ludorum qui in hiſce Libellis occurrunt, notitiam & deſcriptionem mihi dedit, & Characteres propria manu deſcripſit. Fuit enim

enim vir scientiæ multæ & generalis, in omnibus suæ patriæ rebus optimè & criticè versatus. Et cùm certior factus essem talem hominem Europæ rarum appulisse Londinum, illum inde ad Oxonium accersendum curavi, ut ex illius informatione pleniorem de rebus Sinicis notitiam habere possemus.

Scripta Hebraïca quod attinet, in eis ubique affectatur Phrasis Biblica ad hæc Judicia eleganter pertracta, eisque figuratè applicata. Qua autem ratione id fiat, ex Versione non semper comparet, nec quidem comparere potest: sed Styli facundiam nativo suo habitu intueri præstat; cum Linguæ Proprietates, Locutiones Metaphoricæ, & elegantiores aronomasiæ ex merâ Versione non sint semper perceptibiles.

Illa autem inveni Punctis destituta, eaque de causa Linguæ Hebraïcæ Tyrocinium agentibus minus accommoda. Vocales itaque adscribendi Labor (non ita faciliis) necessariò mihi incubuit, si fortè omne punctum tulerim, miscendo utile dulci; ut pene invitos juvenes, & propter Grammaticales difficultates renitente Minerva, ad Hebraïsmum invitet Ludendi Suada; & stimulante Regis prælii Bellona, (peritiam turpi lucro præferendo, Orientalium more,) pro solius Victoriæ honesto præmio sapius in hac arena desudare non recusetur; ut, etiam hybernante anno, tanquam pro Aris & Focis æstuante zelo dimicetur. Succisivas enim aliquot Horas ingenioso & innocuo huic Ludo (casui ac fortunæ minim subjecto) impendisse haud pœnitebit, cum ejus Scopus sit Belli & Politiæ civilis ideam eleganter repræsentare; ubi στρατοπεία & πολιτεία in genere instruitur, & in hac parte Hebraïca Militiæ Judaïcæ ratio & ordo docetur

tur & exponitur. Adeò ut pro mera vincendi gloria ſæp decertatum iri non dubitem; ubi ab alteris, alteros ludendo ſimul & Linguam diſcendo vincere poſſe, certetur. Namque iſti Libelli Vocum copiam exhibent, quas quiſque ſibi ſeligat, fidâ memoriâ condat, in uſum ludendi & loquendi reſervet. Verſum Proſamque jucundè promunt, Regum delicias Lectori parant, varietate oblectantes, Styli elegantiâ allicientes.

Doctrinam porrigunt, Linguam Sanctam docent, Politiam corrigunt, otium & operam condocent: uſu proſunt, Stylo placent, lectu juvant, ſubjecto delectant.

Conſcripſeram & Prelo aptaveram aliquot Notas *in hæc Scripta Hebraïca; paraveram quoque* Polemopægnion paræneticum, & Præfationem *in quâ de Carmine Hebraïco & Arabico ageretur, & horum trium Autorem Vitæ & Scripta exhiberentur. Sed hoc tempore Typis mandare non licuit; uti nec alia quædam quæ coactus ſum rejicere in futurum* Appendicem, *alio tempore (Deo dante) edendum; in quo erit* Hiſtoria Chartiludii, *&* Hiſt. Culîlæ & Dimnæ, *&* Tract. de Notis Arithmeticis, *in quo nova quadam doctrina, Notarum Numeralium Origo proditur, & eaſdem Componendi ſeu Combinandi ratio à nemine hactenus tradita docetur; ubi etiam variæ Chinenſium, Indorum, Turcarum, & aliarum Gentium Numerales Notæ hactenus nondum noſtratibus viſæ exhibentur.*

Aliquando in animo habui Phraſeologiam *à Ludis deſumptam (quæ in quotidiano ſermone multi-*

plex

plex est,) congerere, si eo modo tempus terere vacasset. Sed cùm fere quisque id poterit præstare, & ego jam aliter in Ludorum Historia plus justo otiatus fuerim, Phrases ab aliis (si libet & operæ pretium videtur,) colligendas relinquo. Vale.

ELEN-

ELENCHUS CONTENTORUM

LIBRI PRIMI.

Shahiludii nullum Nomen Lat. aut Græcum. p. 1. *De Nomine opiniones variæ.* p. 2, 3, &c. *Vera ejus ratio.* p. 3 4. *Vetus Nomen in Alcorano, cujus Textus explicatur contra Beidavium & Arabes posteriores.* p. 5, 6, 7, 8. *Probatio ex Sunna.* p. 8. *Nummus Togrulbeghi, qui Tangrolipix.* Ibid. *Alia hujus Ludi Nomina Pers. & Arab.* p. 9, 10, 11, 12. Σατζατζ & Σαξίκιον, *unde sint.* 13, 14, 15. *Refutatur Salmasius.* 15. *Refutatur Possinus, & Theocriti Scholiastes Græcus.* 16. 17. *Refutatur Meursius.* 18, 19. *De nomine Shatrangj variæ opiniones Arabum.* 20, 21. *Bellum Ghâv & Talachand*, & *de Satrangh*: *item Mandragoræ* (terræ filii) *nomina*, 22, 23, &c, *Mandragorias.* 27. *Alia Shahiludii Nomina apud varias Gentes.* 29. [29. 4, post *Scaccarium*, adde *vel aliàs* Bpaine *est* i. q. *Brennus*, *sc. Rex*: *adeò ut* Feap bpaine *sit Vir Scachus.* Ibid.]

Variæ Arabum opiniones de Antiq. & Autore. 31, 32, &c. *Al Mâmun Imp. de eo Scitum.* 34. *Legjlâgj*, & *Al Sûli.* 35, 36. *Verus Inventor Sissa*, 38. *De variis Regibus Indiæ, ut Belhîth, & Shihrâm pro Behrâm.* 38, 39, 40. *Ludus transmissus ex India in Pers. tempore Regis Nushirravân, unà cum Lib. Culila & Dimna.* 41. *An Nerdiludium vel Shahiludium*

dium fit antiq. 42. *Corrupti Nominis Belhîth reſtitutio.* 43. *De urbe Bélhera India Metropoli, & de Cân-bâlac, vulgò Cambalu.* Ibid. *Emendatur Gravius.* Ibid. *De Canûgj Metropoli, & Religio ac mores Indorum.* 43, 44, 45. *Belûr, Bélhera, Pôr, Pôran liber, Poriyân incola.* 46. *Belûgj India Rex tempore Nuſhirravâni.* Ibid. *Buzurgjúmhur.* 47. *Ingenii Exercitium per Problemata inter Indos & Perſas.* 48. *Quamdiu regnavit Nuſhirravân in Perſiâ, & quinam India Reges ei fuêre coævi.* 48, 49. *Bellum inter Ghâv & Tálachand, & occaſio Inventionis hujus Ludi.* 49, 50. *Nomen Siſſa apud Arabes vitioſum, pro Naſsîr.* 50, 51. *Major Shahiludii antiquitas ex Hibernorum Chronicis, ſi eis fides.* 52.

Scaccarii ratio à Gallis petita, & deſcripta ex Gervaſio Tilberienſi, ubi de Scaccario ſeu Fiſco Londinenſi ejúſque panno virgato. 53, 54, 55. *Varia ejus nomina Arabica & Perſ.* 56, 57, 58. [p. 58. 15, poſt *Cinctus*, adde *A voce Deſht videtur eſſe Syro-Arabicum Scaccarii nomen Taſt, de quo in Prolegomenis; eſtque idem quod in Nerdiludio Tâs.*] *Areolarum nomina.* 58.

Scaccarii Orientalis ordinarii Schema. 59. *Pretioſiſſimum noſtrum Scaccarium Indicum deſcriptum.* 59, 60. *Scaccarium Perſicum, cum aliquot Areolarum decuſſatione.* 60. *Tamerlanis Scaccarium magnum, ejúſque Schema.* 61, 62. [Pag. 62, *N. B. Tamerlanis Scaccarium 110 Areolarum omiſimus, cùm alterum formâ majore 130 Areolarum, illud minus comprehendat: nam omne majus continet ſuum minus.* Et quidem Scaccarium Tamerlanis mag-

num, (quod Belligerationis ipſius Schema & unicum hodiè ſuperſtes Monumentum,) compendioſè Belli ejus exhibet Artem, quæ ante Sclopetorum inventionem præcipua erat, & tunc toti Orbi imitabile Exemplar.] *Scaccarii ex Libro Shâhnâma deſcriptio Perſ. Lat.* 63, 64, 65, 66. *Quis Shahiludium auxit inter Europæos.* 66, 67. *Scaccariorum materia.* 67, 68.

Scachorum nomen generale ſec. varias Gentes Orientales. 69, 70, 71. *Scachi Regis Perſiæ ex Gemmis.* 72. *Scachorum nomina particularia ſec. varias gentes Europæas.* 73, 74, 75. *Scachorum deſcriptiones.* 76, 77, 78. [pag. 78. 10, poſt *infrà* dicetur, adde *Epiſcopi in veterum Monachorum carmine pag.* 179 *vocantur Calvi* : Et *Equus vocatur Equeſtris*, & *Caballarius* : *Rochi Epitheton eſt Biſrons* : & *Pedites erant Pedeſtres.*] *Scachorum particularia nomina ſec. Gentes Orientales.* 80, 81, 82. *Scachi Tamerlanis & eorum deſcriptio.* 83, 84, &c. *Deſcriptio Regis.* Ibid. *Deſcr. Pherz ſeu Pherzîn.* 85, 86, &c. *Serasker & Serasker Baſhâ.* 88. *Deſcr. Vezîr.* 91. *Deſcr. Cameli, & Plutarchi emendatio.* 92. *Deſcr. Elephantis, ejúſque natura & uſus in Bello* ; *& unde ſit Barrire.* 93. *Ejuſdem nomina Sanſcretica in Charactere Naugeri.* 94. *Alphil & Alphîn, & Elephantis derivatio.* 95, 96. *Sandapilæ derivatio*, & de Lectis Eburatis in S. Bibliis. 96, 97. [Adde, *Sic Eburata Palatia in* Pſal. XLV. 9. *Et ſic apud nobiliores Romanos, omnia vaſa pretioſiora vel ex Ebore facta vel Ebore inſita erant.*] *Bos Luca.* 97. *A Bello Elephantino ducta Arabum Epocha ante Hegjram, ejúſque hiſtoria fuſè.* 98, 99,

99, 100, &c. *Abraha Arabiæ felicis prorex Elephantum dominus ſub Æth. Imp. invadens Meccam, miraculo repulſus.* 100, 101. [Pag. 100. 17, poſt *memorati*, adde *Abrahæ.* Ibid. lin. ult, poſt *maximus*, adde *Hujus Abrahæ inter Reges ordo nondum mihi pro certo compertus eſt: ſed cùm fuerint (ut videtur) hujus Nominis tantùm tres, & ille Naſo-ſciſſus fuerit tertius, dictus Filius Hârith videatur fuiſſe ante illum.*] [Pag. 101. 7, poſt *Arabiâ*, adde *Qui verò pro Himyaritæ efferunt Homeritæ, videntur pro Himyar legiſſe Homeir, quaſi in formâ aliquâ diminutivâ, ut ſæpe fit in ejuſmodi aliis Vocabulis Arabicis, præſertim Nominibus propriis: ſed in hoc non item.*] *De Elephantis Caſtello Ligneo, an Cal'a vel Fal'a, examinatur.* 102. *Sumbâd Elephanti congener.* 103. *Zurâpha ſeu Camelopardalis; ubi emendatur Bochartus.* 103, 104, 105, 106. *Ejuſdem Icon mirabilis.* 107. *Talîa ſeu Exploratrix Exercitûs.* 108, 109, 110. *Dabbâba ſeu Muſculus bellicus, & nomina ejus Arabica.* 110, 111, 112. [Pag. 112, lin. penult. adde, Paludamentum quo equus Cataphractus armatur, Perſicè vocatur برگستوان *Bergheſtuvân.*] *De nomine Ruc opiniones variæ.* 113. *De Ruc mira hiſtoriæ, & de magno Aquilâ in Angliâ viſo.* 114. *Ruch eſt Jumentum quadrupes.* 115. *Mira hujus nominis Beſtia Africana deſcripta.* 116, 117. *Sec. alios, eſt Rhinoceros.* 118. *Ruch in Shahiludio eſt alia Beſtia ab his diverſa.* 118, 119. *De ſolenni Equitatu in Ruchis, & de Bello 12 Ruchorum inter Iranenſes & Turanenſes.* 119, 120. *Ruchi deſcriptio*

ſcriptio particularis, unde conſtat quòd habitus ſit pro Camelo Dromade. 121. *Dromadum uſus in Bello.* 121, 122. *Ruch in Shahiludio eſt Dromas Chimaricus.* 123, 124. *Ruchi Infeſſor Ahenotympana pulſat in Bello Shatrangico.* 124. *Pedes ejúſque nomina.* 125, 126. *Pedes promotus ejúſque Leges, & quomodo ſit Generaliſſimus.* 125, 126, 127, 128. *Elegans Alluſio ex Sheich Saadi.* 129. *A Pherzîn ſit Verbum Phérzana.* 130. *Pedes Peditum, ſeu Servus Servorum.* 131.

Scachi antiqui Anglici. 132. *Scachi Caroli Magni.* 132, 133. *Scachi Turcarum & Græcorum.* 133, *Scachi Indici plani trium generum.* 134, 135, 136. *Scachi Indici figurati elegantiſſimi.* 137. *Horum omnium particularis deſcriptio, & eorum Armaturæ.* 138, 139, &c. [Pag. 139. 14, poſt *Anghèzh*, adde (*ſeu Anghùz ſive Anghùzh*,)

Explicatur Shâh-rùch, & Shâh-mât, &c. 143, 144, 145, &c. [pag. 149. 7, pro *Turcæ de* &c. lege *Turcæ quidem de aliquo qui ludendo vincit loquentes, abſque vocabulo Shâh, dicunt Mât-Eíladi*, i. e. *Mato affecit*; *vel ſi victus, tum Mât-oldi*, &c. pag. 147. 21, poſt *Regem*, lege *per Ruchum & alios efficaciter monendi & monentes nominandi etiam*, &c.

Manſûbæ ſeu Luſuum Situs ſive Themata, & eorum Nomina, cum Vocibus & Formulis luſoriis. 154, &c.

Shahiludium Chinenſium. 158. *Variarum Vocum & Characterum Chinenſium explicatio.* 159, 160. *Shahiludium Sinicum ſec. Jeſuitas Miſſionarios.* 161, 162, &c. *Schema ſec. Jeſuitas.* 164. *Verior Sha-*

Shahiludii Sinici Descriptio. 165. *Scaccarium Chinense, in cujus medio est Flumen.* 166. *Scachi Chinenses, qui sunt Orbiculi sibi invicem similes, solis Inscriptionibus distincti.* 176. *De Pulisangui flumine.* 168. *Singulorum Scachorum descriptio & interpretatio.* 169, &c. *De Pyrii pulveris Inventione & Antiquitate.* 175, 176, 177. *Mox sequuntur Manachorum Carmina, & Elenchus Scriptorum de Shahiludio.* [pag. 184. lin. ult. post *Gambettis*, adde *quas composuit Signor Biochimo Italus.*]

EMENDANDA.

Prolegom. pag. 6 lin. 20, lege **pore.**
Pag. 177, lin. 19, lege *relinquentes.*

Pro Bibliopego.

In Libro primo,

Insere Scaccarium Orientale ordinarium. p. 59.
Scaccarium Tamerlanis magnum. p. 62.

Schematum media pars, non verò ora, Libri dorso affigatur. Et interior Instita sit crassior, ut Schematum complicationi crassitie respondeat.

In Libro secundo.

Tabula Promotionis Mandarinorum. p. 70, 71.

Si hi duo Libri eodem Operculo compinguntur, præscribo ut Foliorum ora differentibus coloribus distinguatur; & ut Bibliopola utriusque Libri distinctos Titulos in affixo Lemnisco scribat.

For the Book-binder.

In the first Book,

Insert the Ordinary Eastern Chess-board. p. 59.
Tamerlanes great Chess-board. p. 62.

Let the Ledge be fixed to the middle part of the Schemes, and not to the edges of them. And that the Book may not gape, let the Ledge be 4 double to answer the thickness of the Folding of the Schemes.

In the second Book.

The Table of the Promotions of Mandarins. p. 70, 71.

If the 2 Books of Games are bound up in one Cover, let the leaves of each be in different colours. And I desire the Book-seller to put both the Titles of each Book distinctly into his Label.

Monitio de corrupto Nomine Oxonii, ne hæc pagina vacaret, quod indecorum.

UT recepto errori obviàm eamus, præmittendum eſt, quòd Nominis **Oxford** planè nugatoria & fabuloſa Interpretatio (prout ignaris ſonare videtur) *Boum vadum*, ex pravâ vulgi pronuntiatione orta eſt. Cùm autem in *Oxonio* olim præcipuæ notæ fuerit *Caſtellum* ſeu *Fortalium ad Iſidem* fluvium, vulgò **Duſe**, dictum Fortalitium (unà cum Urbe) originitùs nominatum eſt **Duſe-fort**, quod vulgari incuriâ (Normanorum ut videtur tempore) degeneravit in **Oxford**. Et ſanè in pleriſque Orbis partibus, Urbes & Regiones à Fluviis ad quos ſitæ ſunt denominari ſolent.

Quoad priorem Nominis partem, **Duſe** quidem in genere eſt *Aqua*, abbreviatum à veteri Britannico *Uſque* idem ſonante, ut in linguâ Hibernicâ *Uſque-bagh* eſt *Aqua vitæ*. Et, ut in variis Orbis partibus & Linguis mos eſt ut particulare Flumen generali Nomine emphaticè vocetur τὸ ὕδωρ **the water**, ſic in Wallià *Uſque*, & in Angliâ **the Duſe**; ſcil. *Oſca* ſeu *Iſca* ſive *Iſis*, ut & Cambro-Britannis lit. *u* eſt tenuis, q. d. *Yſque*.

Quòd autem **Duſe** appellativè *Aquam* ſignificet, conſtat ex communi uſu; nam Βυρσοδέψου ſeu Depſitoris coriarii *Aqua* (quâ coria macerat) cortice roboreo impræg̃nata, vulgari ſermone vocatur **Tanners ouſe**: & de quâvis Aquâ ex crenâ manante dicimus, **it ouſeth out**: & *Merula aquatica* quæ non eſt tam intenſè nigra ac altera campeſtris, inde dicitur **Duſel**.

Quoad alteram Nominis partem, quamvis

Ford

Ford simpliciter positum in communi usu sit *Vadum*, in Compositionibus est pro Fort, i. e. *Castellum* seu *Fortalitium*; cùm in omnibus hujus Terminationis locis, vel hodiè extet vel olim extiterit *Castellum* seu *Fortalitium*, unde talis locus denominatus est: sed *Castella* quæ in Angliâ olim fuerunt plurima, jam pridem publicâ autoritate demolita sunt.

Ut autem meliùs concilietur Pronuntiatio, notandum est quòd Normanorum tam Vocabula plurima, quàm eorundem Pronuntiatio, (quod sexcentis exemplis illustrare possem) inter nos ad hodiernum diem hærent: unde litera *x* in ejusmodi vocibus sonatur ut *z*, uti fit in *Six* pro *Senione*, nobis Size, & Size-point: & eâdem ratione à Normannis non sonaretur *Oxford*, sed potiùs *Ozford*. Nec in aliis Nominibus dissonat hæc Litera, ut in *Xaintonge* Galliæ, quod sonat *Saintonge*.

Nec tantùm noster Oxonienſis Fluvius sic vocatur, sed & aliqui alii per Angliam Fluvii, ut apud oppidum Wheatley prope Oxonium est le Duse; & Oppidum Urbridge veriùs sonaret Duse-bridge, i. e. *Oscæ* seu *Isidis pons*: & Urbs *Exonium*, vulgò dicta Exeetre, rectiùs dicenda esset Duse-castre, *Castellum ad Iscam*.

Propter hujus Universitatis celebritatem, eodem nomine vocatum est Orfort in Ascaniâ, & Orenfort in Franconiâ. Et hac jam à nobis datâ notitiâ, aliorum sit ulteriùs inquirere, & hanc rem (si modò vera sit) meliùs illustrare; vel aliàs refutare & meliora docere. *Vale.*

Prolegomena Generalia, varia Curiosa de Shahiludio continentia; viz. de ejus Naturâ & Excellentiâ, quòd à casu exemptum sit: quòd sit idea Belli: quòd egregios & honorabiles omni ævo habuerit Lusores, etiam cœcos: quantum per totum Orbem propagatum sit: alia quædam de eo Elegantia.

HUjus Ludi indoles talis est, ut non pendeat à fortunâ & casu, ut reliqui Ludi; sed ex peritiâ & cautelâ Lusorum, qui non perdunt nisi per incuriam ac negligentiam suam. Hoc rectè animadvertit Author Libri *Cózari* (vulgò *Cosri*,) propè calcem, ubi sequente modo Philosophicè differit, prout in MS Codice Bibliothecæ Bodlejanæ legitur; ועל כן לא יתכן שינצח החלש את החזק בשחוק הקוביא שקורין שטרנג בערבי ולא יאמר הצלחה ורוע מזל במלחמת השטרנג כאשר יאמר במלחמת שני מלכים כי סבות מלחמת השטרנג נמצאות כלם שינצח החכם בהנהגתו תמיד ולא יירא סבה טבעית *Et propterea non convenit ut debilis vincat fortem in Ludo Cubiæ, quem Arabi-*

cè vocant Shatrangj: non enim dicitur Fortuna aut Infortunium (i. e. bona fortuna aut mala fortuna,) *in Bello Shatrangico, quemadmodum dicitur de duobus Regibus contra ſe invicem belligerantibus. Cauſæ enim Belli Shatrangici compertæ ſunt, ut ſc. ſapiens prudenti ducto ſuo ſemper vincat, & non metuat cauſam naturalem.*

Impreſſa exemplaria pro *Cubia*, meliùs legunt אשקאקש *Eſcaques*. At in illis peſſimâ interpolatione interſeritur אשרשיר *Aſdeſhîr*, ut legatur ורוץ מוד אשרשיר ובמלחמת האשקאקש *aut infortunium in Aſdeſhîr & in Bello Scachorum*. Peſſima inquam eſt hæc interpolatio: cum enim Author Philoſophicè diſſerendo, introduxiſſet exemplum Ludi *Shatrangj* ſeu *Scachorum* tanquam rei quæ fortunæ & caſui non eſſet ſubjecta; Interpolator injicit mentionem τῦ *Aſdeſhîr* ſeu *Teſſerarum Ludi*, qui fortunæ & caſui omnino obnoxius eſt; quod itaque Authoris ſcopo non quadrat, ſed potiùs totius Argumenti vim enervat, & loci ſenſum planè pervertit.

In dictâ pericope etiam innuitur hunc Ludum eſſe repræſentationem Belli. Ideóque *Achmetes in Oneirocriticis* obſervat, quòd ὁ Βασιλεὺς, ἢ Μέγιστος, ἢ Ἄρχων πολέμυ, ἐὰν ἴδῃ ὅτι τὸ Ζατρίκιον αὐτῦ ἀπώλετο, ἢ ἐκλάσθη, ἢ ἐκλάπη, ἀπολέσει τὸν στρατὸν αὐτῦ. Et *Ahmed Baſhâ* Epigrammatiſta idem innuit, in ſuâ Epigrammatum Turcicorum collectione adducens لغز شطرنج *de Shatrangj ænigma* elegans, MS Seld. ſuperius, p. 236,

اول

اول نه طرفه قلعه دورر كم دو رنك
جانسز ارلر وار ادرلر صلح وجنك
صلح ادر اول قلعه‌يي دفعي خراب
جنك معمور ايدر آنى بي درنك

Illud quâ plagâ ſtat Caſtellum, ubi duorum colorum
Exanimes viri ſunt qui faciunt pacem & Bellum?
Pax facit illud Caſtellum momento deſolatum:
Bellum verò illud ſtatim habitatum reddit?

Nempe *Scaccarium* aſſimilatur Caſtello, quia armatis viris defenditur; quod in pace (quando nempe non luditur,) incolis vacuum & quaſi deſolatum eſt, quòd non adſint Scachi ſeu Milites. In bello autem, (viz. quando luditur,) tum incolis frequens eſt, & Scachis ſeu Militibus refertum. Adeò ut Bellum quod omnia vaſtare ſolet, heic è contra iſtud Caſtellum non deſolatum, ſed habitatum, reddat.

Hieronymus Vida etiam ſuum Librum cui Tit. *Scachias*, ſic inchoat,

Ludimus effigiem belli ſimulataque veris
Prælia, buxo acies fictas, & ludicra regna:
Ut gemini inter ſe Reges albúſque nigerque
Pro laude oppoſiti certent bicoloribus armis.

Et *Sokeiker Damaſcenus* in Libello Arabico qui de

solo isto Ludo scriptus est, refert فيه الشطرنج
تدبير الحروب فاشتبهت اللعب بالحراب

Est in Shatrangj conductus Belli, & ipse Ludus assimilatur belligerationi. Et idem alibi in eodem Libello scribit, ولم ار فيما تخيرت الطف
من الشطرنج اصلا اذا لعبه بخلاف النرد
يفيد اللاعب فرعا واصلا لما احتوي عليه من
فتق رتق الاذهان وتشجيع فوان البليد
الجبان والاعانة علي معرفة الحرب والقتال
وطرق التسلط علي الامور بضروب الاحتيال
ولانه قد لعب به جم غفير من التابعين
واعتني بشانه كثير من الملوك والسلاطين
المتقدمين والمتاخرين *Non equidem video ut possis eligere Ludum elegantiorem quàm Al-Shatrangj; cùm Lusus ejus (in contrarium Nerdiludii,) summam utilitatem Lusori afferat: eo quippe acquiratur ex contentione ingeniorum acumen, & fortificentur præcordia timidi ac meticulosi; sitque adminiculum ad cognitionem belli & cadis, adque vias gubernandi negotia per varias technas; eóque ludant omninò omnes Asseclæ* [Mohammedis,] *& in modos ejus curam impenderint plurimi Reges ac Principes priores & posteriores.* Cùm itaque hic Ludus

dus sit præstantissimum ingenii exercitium & illustre Stratagematum exemplar, quo militaris disciplina quasi ad vivum repræsentatur, & præ liis Lege Mohammedanâ sit licitus; hinc est ut vides) quòd apud Imperatores, Reges, ac Duces per Orientem & Occidentem semper in pretio habitus fuerit, & etiamnum habeatur.

Anna Comnena de patre suo *Alexio Imperatore* refert, quòd diluculò surgens, (ut pelleret illas curas quæ noctes ipsi inquietas reddebant) ἔσχε συγγενέων τινὰς παίζων τὸ Ζατρίκιον, *secum habuit consanguineos quosdam cum quibus ludebat Zatricium.* Et *Tamerlanes* ille celeberrimus Victor & Mundi Domitor, in *Scaccario magno* (nam animi ejus celsitudo *Scaccarium parvum* sive *ordinarium* spernebat,) solebat ludere tam cum aliis quàm cum *Ibn Okeil*, & cum *Zin Jezdensi*; & quoque cum *Alâ-eddin*, qui hoc ludo tam mirè exercitatus fuit, ut (quod rarius est,) sine omni morâ aut cunctatione, ullâve meditatione, quosvis alios ludendo vinceret: ita ut quodam tempore *Tamerlanes* in festivam hanc exclamationem erumperet, انت في ملك الشطرنج فريدٌ كما انا في سياسة الملك وحيد *Tu quidem in regno Shatrangico Singularis es, quemadmodum Ego in administratione Regni sum Unicus.*

Al Amînus quoque Bagdadensis Chalîpha seu Imperator Abbasidarum sextus, supra modum (ut videtur,) hoc ludo delectatus fuit: nam in Elmakîni Historiâ Saracenicâ Arabicè ac Latinè

per Erpenium & Golium editâ, ad vituperandum ejus rerum ſuarum incuriam, fertur; quòd cùm hoſtilis exercitus Bagdadum urbem cingeret, & ferè ad expugnationem uſque obſideret & impeteret, ille intus exiſtens cum *Cúztro* ſervo ſuo *Shahiludium* exercebat: cúmque quidam familiarium ejus, ei diceret, *O Imperator Fidelium, ſurge, & habe rationem negotii tui*; ille reſpondebat

يعني فقد لاح لي علي كوتر شاه مات

Permitte me, jam enim apparuit mihi contra Cúterum Shâh-Mât. Hujus loci ſenſum non aſſecutus eſt D. Erpenius: nam cùm مات *Máta* Arabicè ſit *mortuus eſt*, & شاة *Shâh* ſeu *Shât* ſit *Ovis* vel *bos ſylveſtris*, ille Perſiſmi imperitus reddidit *Taurus ſylveſtris moriturus apparuit mihi contra Cúterum*, ſenſu planè nullo.

Princeps *Sultân Mahmûd filius Sebukteghîn*, inſignis fuit Luſor ſimul & Bellator victorque maximus, qui multos Reges & eorum quemvis novo ſemper ſtratagemate in vero Bello vincebat, ſicut & aliàs eos etiam vincere ſolebat in Ludo *Shatrangj*, qui eſt imitatio Belli. Ad hunc ſenſum *Megjdi* Hiſtoricus Perſa ex Poëta *Onſori* adducit Diſtichon ad *Mahmûdis* Bella alludens,

شطرنج ملک باخت ملک با هزار شاه
هر شاهرا بنوع دگر شاه مات کرد

Shatrangj luſit Rex, Rex inquam cum mille Regibus,
Et ſingulos Reges alio ſemper modo fecit Shâh-mât.

Hunc

Hunc Ludum quoque exercuit & impensè ad-
mavit *AlMâmun* Chalîfa Bagdadensis seu Impe-
ator celeberrimus & doctissimus, sed non pari
ccessu quo Regnum gubernabat: ideóque suam
hac parte infelicitatem festivè agnoscebat,
iratus quòd Regna Mundi regere potuerit, cùm
men Milites in tam parvâ Tabellâ ad suum
tum gubernare non posset; ut magis expressè
Sectione *De Scaccario* memoravimus.

Inter celebres Lusores non est heic silentio
rætereundus *AlSûli*, qui hoc Ludo ita excelluit,
t inde cognominaretur الشطرنجي *AlShat-
angjî*; adeò ut de egregio quovis Lusore dice-
etur, فلان يلعب بالشطرنج مثل الصولى
δεῖνα *Ludit Shatrangj sicut AlSûli*. Hinc est quòd
lurimi Arabum crediderint illum fuisse hujus
udi Inventorem: sed falsò, ut suo loco doce-
r. Arabes narrant, quendam ex Magnatibus
abuisse pulcherrimum Hortum optimis qui-
usque Floribus consitum & refertum: dixitq;
miliaribus suis, *Vidistísne aliquid pulchrius quàm
hoc Spectaculum? Imò*, inquit alter, τοῦ *AlSûli
usus ad Shatrangj est pulchrius hoc ipso & omni quod
onsitum est in eo.* De illo quoque aliàs observa-
um est, quòd cùm *AlSûli* veniret coram Principe
AlImâm Al Múktaphi, ibi tunc temporis adfuit ho-
mo quidam cui Nomen erat الماوردي *Al Ma-
wérdi*, quasi ab *Aquâ rosaceâ* denominatus fuerit.
Cum ipso ludens *Al Sûli*, vicit eum; id videns

Al

Al Múktaphi, haud illepidè dixit τῷ *Al Mawérdi*, عاد ماوردك بولا *Aqua tua rosacea versa est in urinam*; per opprobrium dictum, quòd ille tunc ab *Al Sûli* vinceretur.

Planè infinitum esset enumerare Reges ac Principes qui tam in Oriente quàm in Occidente in hoc Ludo excelluerunt: certè magnus aliquis Liber non contineret nuda Nomina. In Oriente sunt qui per totos dies indefessò ludunt pro merâ recreatione & vincendi gloriâ; cùm pro Depositis Nummis aut quovis Pignore ludere sit vetitum. Hoc strictè observant Turcæ: at Persæ non item.

Sed ut domi facta non negligamus, videamus quid in Europâ factum est, ubi generaliter hic ludus à plerisque approbatus est. Pauci tamen aliter senserunt: inter quos Johannes Huss Martyr, ludi hujus usum in carcere acerbè deploravit, maximè ob temporis jacturam & subitæ excandescentiæ periculũ, quod ludendo haud rarò ipse subierat. Ludovicus IX Galliæ Rex speciali Edicto prohibuit. Et Jacobus I Angliæ Rex ab hujus Ludi usu dissuasit Carolum I Filium suum; & tamen ipse Pater impensè amavit exercuitque, quod & faciunt hodiè Europæi Principes & Magnates ferè omnes. Et Gothi ac Sueci olim filias suas elocaturi, antequam eas Matrimonio cuiquam jungerent, procorum industriam mentisq; solertiam hoc ipso Ludo explorabant. De nostrate *Gualtero Raleigh* fertur, quòd non expeteret vivere diutiùs quàm posset unum aliquem Scachorum

rum Lusum prorogare. Olim autem frequentioris usus fuit, quam nunc dierum est in Angliâ: adeò ut *Fiscus* Regius ab hujus Ludi insigniis *Scaccarium* nominaretur, & multæ in Angliâ Familiæ Insignia sua Gentilitia ab hoc Ludo mutuarent. *Johannes Lydgatus* Anglus, Monachus de Burgo Sᶜⁱ Edmundi, hunc Ludum suo tempore usitatum vocat the Game Royall: idémque *Lydgatus* Librum suum per modum *Poëmatis Amatorii* conscriptum, hujus Ludi (quam *Bello Amatorio* assimilat,) Æstimatoribus dicat dedicátque, his verbis, uti in Codice MS legitur:

To all folkys vertuouse,
that gentil bene and amerouse,
which love the fair pley notable,
of the Eheffe most delytable,
whith all her hoole full entente,
to them this boke y will presente:
where they shall fynde and son anoone,
how that I nat yere agoone,
was of a Fers so fortunat
into a corner drive and Maat.

Simon Aylwardus anno D. 1456, scripsit de hoc Ludo librum, qui MS extare dicitur in Colleg. Magd. Oxon. ubi inter cætera, hæc leguntur,

Ludus Scaccorum datur hîc correctio morum;
Non tantùm morum regimen, sed & officiorum.
Miles Regalis, & corrigitur popularis,
Si ludi Lusum morum vertamus ad usum.

Illorum quoque temporum usum & hujus Ludi praxin indicant alia Poëmata vetusta de eo conscripta per Monachos, quæ in *Shahiludii* calce veniunt.

Cambro-Britanni & Scoti, Britanniæ Magnæ partes non ignobiles, hoc Ludo impensè delectantur eúmq; frequenter exercent. Eique adeò addicti fuêre veteres Hiberni tantique æstimârunt, ut optimæ aliquando Hæreditates ab ejus Exercitio pependerint & adhuc pendeant: e. g. duæ quædam Nobiles Familiæ (ut reliquas taceam,) quas nominare possem, Terras suas tenent eo tenore, ut quotannis harum altera alteram hoc Ludo vincere conetur & aggrediatur; eo quidem pacto ut quæcunque tandem vicerit, alterius Terras occupatura & possessura sit. Harum itaque Familiarum Hæredes (ut à fide dignis accepi,) rem inter se prudenter gerentes, semel fortè singulis annis proposito Scaccario ad ludendum conveniunt; & altero motionem unam faciente, alter dicit, Cogitabo quomodo reponam tibi sequente anno. Hoc facto, Notarius aliquis publicus Scachorum situm fideliter notat & eundem scripto committit. Quo quidem modo unum Lusum, quo neuter hactenus alterum vicerit, per aliquot centenos annos prorogârunt, & adhuc prorogabunt. Et tempore *Cahir-more* Regis Hiberniæ circa annum Chr. 177, *Shahiludium* (si eorum Chronicis fides,) in frequente usu fuit apud Hibernos, adeò ut dictus Rex multa *Scaccaria* filio suo legaverit, ut alibi plenius narravi. Et tunc apud Nobiliores Hibernos (qui omnis generis Offi-

Officiarios, ut Genealogiſtam, Poëtam, Muſicum, &c. in quâvis Familiâ alebant,) mos erat habere generalem aliquem Ludorum Præfectum, penes quem eſſet inter ludentes ordinem ſervare, & omnes eorum lites dirimere.

D. Olearius in *Itinerario Perſico*, poſtquam retulit Perſas eſſe toto Orbe peritiſſimos in hoc Ludo, addit Moſcovitas eſſe omnibus Europæis in eo peritiores. In Daniâ, Sueciâ, & Germaniâ ubique frequentiſſimus eſt, tam domi quàm in Nundinis (vacantibus horis,) ubi Mercatores negotiandi cauſâ confluunt: imò aliquando ſupra modum ei addicti videntur, in tantum ut (qd à Germanis fide dignis accepi,) ſi urgentibus negotiis aut premente tempore, Luſum aliquem nondum finitum relinquere cogantur, (viz. quatuordecim diebus quibus durant Nundinæ elapſis,) ejuſdem Luſûs quem inceperant formam ac ſitum manu Notarii publici deſcribendum, & ſub ſigillo fideliter ſervandum curant, ut ſequentibus Nundinis poſt ſemiannum futuris eundem Luſum eodem ſitu collocatum reſumere & abſolvere valeant. Hoc autem fit tantùm quando pro aliquâ pecuniæ ſummâ luditur. Et mihi relatum eſt, Mercatores Venetos & Croatas multum inter ſe diſtantes, per Epiſtolas Scachis ludere, ita ut pro ſingulis ſingulorum Militum motionibus Literæ ſcribendæ ſint, magnos utrinque ſumptus faceſſentes priuſquam unus aliquis Luſus finiatur.

Fertur Ducem quendam Brunſwicenſem ac Lunæburgenſem, Oppido cuidam in ſuâ Ditione

Schachstet (i.e. *Scachorum Oppido*) dicto, peculiaria quædam privilegia ac immunitates eo nomine concessisse, ut quivis Paterfamiliâs in suâ domo Scaccarium cum Scachis semper servare, & quemlibet ad se venientem peregrinum ad ludendum provocare teneatur. Hinc enim prælii technas edoctos, rem bellicam meliùs tractare, & patriam suam magis strenuè defendere posse, arbitratus est.

D. Wielius p. 68, ex Dressero scribit, Cives urbis Kochlitz (quæ pro Insigniis *Rochum* habet,) teneri novo semper Episcopo novum *Scaccarium argenteum* cum *Scachis argenteis* offerre & dono dare. Et aliquot aliæ sunt in Germaniâ Urbes & Familiæ quæ *Scaccaria* in suis Scutis gestant.

In Italiâ hujus Ludi praxis est frequentissima: & aliquando ita ei addicti sunt, ut pater moriens inchoatum Lusum filio absolvendum legare non dubitet, quando pro scil. pecuniâ luditur, ut apud Germanos.

Galli & Hispani non minùs hoc Ludo delectantur quàm aliæ Gentes: ita ut Hispani memoriter ludant equitantes, & aliquando (ut mihi dictum est,) integræ Civitates de hujus Ludi peritiâ æmulæ, soleant se invicem ad Scachis ludendum provocare. Hi tamen fatentur Mauros esse ipsis peritiores. Quia verò ludentibus bilis moveri soleat, Hispani dicunt hunc Ludum factum esse *Para desfogmar un hombre*. Isti aliquando integram Cameram in Areolas distinctam pro *Scaccario* usurpare dicuntur, quod magis particulariter retuli in Sectione *De Scaccario*: ut & de Vi-

burgen-

burgensibus qui apertum Campum pro *Scaccario* habent.

Ex Petro Martyre Anglerio infrà memoratum est, hunc Ludum in Americanis Insulis primo Europæorum adventu inventum fuisse; unde probabile est illarum Incolas antèa cum Orientalibus commercium habuisse; eo magis quoque, quod in strato panno striato ludant, ut fit in Oriente. In Islandiâ (ut refert Purchasius) durantibus tenebris solent hunc Ludum exercere sedendo in Lectis suis, dum famuli lucernas suppeditant. Hanzoannitis quoque hic Ludus benè notus est. Adeò ut rimatis plerisque noti Orbis regionibus, vix sit reperire aliquam Gentèm tam barbaram, ad quam præstantissimus iste Ludus non penetraverit eisque familiariter non innotuerit.

Nec tantùm aperti & videntes hoc Ludo excelluerunt, sed & cœci, vel (quod perinde est,) cooperti ac oculis velati perhibentur celerrimè & optimè lusisse; adeò ut mira illa quæ de eis narrantur, fidem ac opinionem ferè superare videantur. D. Gustavus Selenus Dux Lunæburgensis doctissimus in Libro quem de hoc Ludo Germanicè scripsit, narrat quendam *Mangiolinum Florentinum* (qui circa annum Christi 1400 vixit,) adeò exercitatum fuisse in hoc Ludo, *ut memoriter per alium luderet minimè respiciens; adversario interim & vidente & diligentiùs pendente.* Johannes Villanus (quem adducit laudatus Selenus,) lib. 7, cap. 12, refert, *In questi tiempi (nel anno di Cristo 1366,) venne in Firenze un Saracino, che havea nome* Buzecca, *grandissimo Maëstro di giuocare a*

Scacchi, e in ſu'l palagio del Popolo, dinanzi al Conte Guido Novello, giuocò ad un' ora à tre Scacchieri, co' migliori Maeſtri di Scacchi di Firenzi, giuocando con due à mente, & coll' terzo à veduta; e i due giuochi vinſe, e'l terzo fece Tavola: la qual coſa fu tenuta gran maraviglia. Talia plura narrantur de aliis Europæis cœcis qui æquè ac aperti optimè luſerunt.

Sed ne ſoli eſſe videamur, ejuſmodi alia quoq; ex Oriente accipe à *Mohammede Sokeiker Damaſceno*, in Templo *Adalía* Aleppenſi Oratore ſeu Concionatore celeberrimo, qui in ſuo de hoc Ludo Libello Arabico talia narrat quibus vel ipſe αὐτόπτης interfuit, vel quæ ſufficiente authoritate à Saphadio optimæ notæ authore & oculato teſte accepit. Dictus itaque *Sokeiker* primò deductâ traditione hæc habet, الشافعي يقول لعب سعيد بن جبير بالشطرنج من ورآء ظهره وهذا صحيح ثابت فان البيهقي رواه عن الحاكم عن الاصم عن الربيع *Dixit AlShâphii, Quòd Saïd filius Gjobeir ſolebat ludere Shatrangj poſt dorſum ſuum: hocque certiſſimum eſt, quippe quòd retulerit AlBeihaki ab AlHâkim ab Al-Aſam ab Al Rabî'.* Alibi idem inter alia ex novâ authoritate repetit,

ذكر شيخ ابو اسحاق في المهذب في كتاب الشهادات ان سعيد بن جبير كان يلعب بالشطرنج مستدبرا وذكر الصلاح

الصلاح الصفدى في شرح اللامية انه راءني
غير مرة بالديار المصرية شخصا متجنن
يعرف بعلا الدين كان اعمي ويلعب مع
العوال ويحطهم ويغلبهم اقول وما راءني الا
انه يقعد ويتحدث وينشد الاشعار ويحكي
الغرايب ويشاركنا في ما نحن فيه ويدع
اللعب ويقوم الي الخلاء ويحضر ولم يغب
عنه شي مما هو فيه وهذا غريب وهو مشهور
بالقاهرة لا يكاد يجهله ممن يلعب
الشطرنج الا القليل *Meminit Sheich Abu-Iſhâk*

in AlMohâddab in Libro Teſtimoniorum, Quòd Sâid filius Gjobeir ludebat Shatrangj retrorſum, [i. e. obverſis natibus.] *Meminit quoque AlSalâh AlSâphadi in Commentario ad AlLamiyat, ſe alio tempore in Ægypto vidiſſe virum Militarem dictum Alâ-eddin, qui cœcus erat; & tamen ludendo cum Summatibus, peſſundabat & vincebat eos. Dico autem ego, Nihil mihi magis placuit, quàm quòd conſideret, & confabularetur, & recitaret Carmina, & narraret mirabiles hiſtorias, & ſe conſortem præberet nobis in eis rebus quibus occupati eramus; & ſubinde relicto Ludo, ſurgeret ad latrinam, & rurſus ſe præſentem iſteret; & tamen non lateret eum quicquam circa quod occupatus fuerat. Hoc certè eſt mirandum: ille autem in Câ-*

hira

hira erat notissimus, adeò ut ferè paucissimi fuerint ex Lusoribus Shatrangj, qui illum ignoraverint. Deinde dictus Sokeiker pergit ejusmodi plura narrare Arabicè sequentibus verbis:

وحكي الصفدي ايضا في كتابه
المذكور ما نصه قال ورايت غير مرة ايضا
بدمشق سنة احدي وثلاثين وسبعماية
شخصا يعرف بالنظام العجمي وهو يلعب
بالشطرنج غايبا في مجلس الصاحب شمس
الدين واول ما رايته لعب مع الشيخ امين
الدين سليمان رييس الاطباء وكان
طبقة فغلبه مستدبرا ولم نشعر به حتي
ضربه شاه مات بالفيل ولم نره حتي التفت
الينا وقال مات وحكى لي عنه ان كان
يلعب غايبا علي رقعتين قال وحكي لي
صاحبنا المولي بدر الدين حسن بن علي
الغزي انه راءه يلعب علي رقعتين غايبا
وقد امه رقعة يلعب فيها حاضرا وغلب في الثلاث
والعهدة

والعهدة عليه في ذلك وكان الصاحب
شمس الدين يدعه في وسط الدست ويقول
له عن لنا قطعك وقطع غريمك فيسردها
جميعا كانه يراها بين يديه

Refert quoque AlSáphadi in Libro cujus ſubjectum ſuprà memoratur, dicitque, Vidi etiam aliâ vice in Damaſco, anno Hegj. *731, virum cui nomen Al-Nadhâm AlAgjami, qui ludebat Shatrangj abſenter* [i. e. abſentibus oculis & obverſo dorſo] *in conſeſſu Magiſtri Shemſeddîn: & primum ejus Luſum quem vidi, fuit cum Doctore Amîneddîn Soleimân Archiatro: & motiones alternando, vicit eum retrorſum. Nos verò nihil novimus, donec in eum adhibuerat Shâh-mât cum Elephante; nec vidimus eum, donec ad nos converſus dixit Mât. De eo quoque mihi narratum eſt, quòd aliquando ludebat abſenter in duobus ſimul Scaccariis. Dixit prætereà, Narravit mihi Dîs noſter AlMaula Bedreddîn Háſan filius Ali Al-Gazî, ſe vidiſſe eum ludentem in duobus Scaccariis abſenter,* [i. e. obverſo dorſo;] *& ſimul coram eo erat aliud Scaccarium in quo ludebat præſenter,* [i. e. intuentibus oculis;] *& vicit in ternis. De hoc autem fides ſit penes eum. Deinde D' Shemſeddîn vocabat eum in medium Menſæ, & dixit ei; Numera nobis Fruſtula tua,* [i.e. Scachos tuos,] *& Fruſtula Antagoniſtæ tui: mox ea ſimul in ordinem digeſſit quaſi vidiſſet illa præ manibus ſuis.*

Deinde pergit Author noſter Damaſcenus ex

eodem Saphádio ulteriùs narrare alias de hiſce rebus Hiſtorias auditu non ingratas, quæ ſequuntur:

ان رجلا اعمي رحل من بلاد نجد الي
محمية القسطنطينية في ايام الدولة السليمانية
صحبة بعض اركان الدولة ولم يزل
يتوصل بلعب الشطرنج الي صحبة اركان
الدولة واكابرها حتى لعب يوما مع المرحوم
الوزير الاعظم ابراهيم باشه فبينما هما في
اثناء اللعب ان دخل المقام السلطاني
السليماني المجلس علي غفلة بحيث لم
يشعربه احد الا بعد وصوله واشار اليهم بعدم
تعظيمه وبعدم الحركة واذهم يكونون علي
ما هم فيه من لعبهم فتادب ذلك الاعمي
بعد ان كان يكثر النوادر والمداعبة والضحك
فعجبوا لذلك ثم ان المقام السليماني رحمه
الله تناول للاعمي فرسا من جيشه وهو
لا يشعر فلما تكرر اللعب واحتاج الي تلك
الفرس

الفرس قال ان اخذ الفرس اخذ من الرعية
لشكواه لخليفة الزمان وحيث فعل خليفة
الزمان ذلك فليس انا الا الصبر والرضا
بالغلب فعجب السلطان والحاضرون من
ذلك وظنوا انه يبصر قليلا فامر المقام
السليماني يربط عينيه ربطا محكما ثم اعاد
الدست ففعلوا معه كاول مرة وتنبه لذلك
قازدان اعجابهم به ثم ان المقام السليماني
رحمة الله تع عين له في كل يوم من
الدراهم العثمانية عشرين درهم عثمانيا
يتناولها من الجوالي بالقاهرة المعزية
اقول ولقد رايت هذا الرجل بمحروسة
دمشق في حدود سنة اربع او خمس وستين
وتسعماية فاذا هو محاضر لطيف ومسامر
ظريف يحفظ القران حفظا جيدا وينشد
الاشعار الحسان لغيره واظنه الي يومنا هذا
في الاحياء بمحروسة القاهرة والله اعلم

ويقرب من هذا ما رايته بثغر طرابلس الشام
المحروس في سنة سبعين وتسعماية وذلك
انه قدم ذلك الثغر رجل من الاروام يدعى
بيوسف چلبي زعم انه ابن محتسب
القسطنطينية وانه سافر الي الهند والعجم
وانه دخل اليمن ورأي كثيرا من الممالك
مع شطرنج قطعه في غاية الكبر فكان يفرغها
من كيس هي فيه ويخلط القطع بعضها ببعض
ثم يامر بربط عينيه ربطا محكما ويميز بين
الجيشين بالمس ثم يضع كل قطعة في بيتها
بحيث لا يزيغ عن مكانها ذرة كانه يري ذلك
بعينيه ثم يلعب مع من حضره من العوال
فيلمس قطعة وقطع خصمه بيده ثم يلعب
بالقطعة التي تصور اللعب بها فيرفعها
من مكانها رفعا بليغا بحيث يفارق
الرقعة بالكلية ثم يضعها في المكان المقصود
كانه يراها عيانا ولقد فعل هذا بمنزلي
المرة بعد الاخري ولم ار من غلبه — ويقرب
من

من هذا ايضا ما رايته بمحروسة القسطنطينية
في سنة خمس وسبعين وتسعماية حيث
اجتمعت بالشيخ شهاب الدين احمد بن
يوسف المصري الشهير بالمسدي ولعب بحجرتي
الشطرنج مرة بعد الاخري مستدبرا مع
من له قوة فيه ولم يغلب فيه مدة لعبه عندي
وكنا ندعه في وسط الدست وتقول له عن لنا
قطعك وقطع خصمك فيعدها كانه يراها

Cœcus quidam in diebus Imperii Soleimanici, ex Negjd [i. e. Arabiâ superiori] *ad Constantinopolim cœlitus-tutam iter faciebat in consortio aliquot Procerum; & non cessabat quin semper adjungeret se Societati Procerum ac Magnatum in* Ludo *Al Shatrangj; donec tandem quodam die luderet cum Misericordiam-experto Al Vezîr maximo Ibrahîm Bashâ: & interim dum essent in Ludo, eo insscio intravit Majestas Sultân Soleimân, ita ut nemo de eo noverit, nisi post ingressum ejus. Tum verò illis innuebat ne Reverentiam ei exhiberent, nec se moverent, sed ut essent* intenti *in illud quo erant occupati, circa Ludum suum. Rescivit autem hoc cœcus ille postquam multiplicari cœperant facetiæ, joci, ac risus: & ad hoc mirati sunt. Deindè Majestas Soleimanica abstulit ab illo cœco Equum è medio Exercitûs ejus, altero hoc nesciente. Cùm verò* Cœcus

ويقرب من هذا ما رايته بثغر طرابلس الشام
المحروس في سنة سبعين وتسعماية وذلك
انه قدم ذلك الثغر رجل من الاروام يدعى
بيوسف جلبي زعم انه ابن محتسب
القسطنطينية وانه سافر الي الهند والعجم
وانه دخل اليمن ورأي كثيرا من الممالك
مع شطرنج قطعه في غاية الكبر فكان يفرغها
من كيس هي فيه ويخلط القطع بعضها ببعض
ثم ياسر بربط عينيه ربطا محكما ويميز بين
الجيشين بالمس ثم يضع كل قطعة في بيتها
بحيث لا يزيغ عن مكانها ذرة كانه يري ذلك
بعينيه ثم يلعب مع من حضره من العوال
فيلمس قطعة وقطع خصمه بيده ثم يلعب
بالقطعة التي تصور اللعب بها فيرفعها
من مكانها رفعا بليغا بحيث يفارق
الرقعة بالكلية ثم يضعها في المكان المقصود
كانه يراها عيانا ولقد فعل هذا بمنزلي
المرة بعد الاخري ولم ار من غلبه — ويقرب
من

من هذا ايضا ما رايته بمحروسة القسطنطينية
في سنة خمس وسبعين وتسعماية حيث
اجتمعت بالشيخ شهاب الدين احمد بن
يوسف المصري الشهير بالمسدي ولعب بحجرتي
الشطرنج مرة بعد الاخري مستدبرا مع
من له قوة فيه ولم يغلب فيه مدة لعبه عندي
وكنا ندعه في وسط الدست ونقول له عد لنا
قطعك وقطع خصمك فيعدها كانه يراها

Cœcus quidam in diebus Imperii Soleimanici, ex Negjd [i. e. Arabiâ superiori] *ad Constantinopolim cœlitùs-tutam iter faciebat in consortio aliquot Procerum; & non cessabat quin semper adjungeret se Societati Procerum ac Magnatum in* Ludo *Al Shatrangj; donec tandem quodam die luderet cum Misericordiam-experto Al Vezîr maximo Ibrahim Bashâ: & interim dum essent in Ludo, eo inscio intravit Majestas Sultân Soleimân, ita ut nemo de eo noverit, nisi post ingressum ejus. Tum verò illis innuebat ne Reverentiam ei exhiberent, nec se moverent, sed ut essent* intenti *in illud quo erant occupati, circa Ludum suum. Rescivit autem hoc cœcus ille postquam multiplicari cœperant facetiæ, joci, ac risus: & ad hoc mirati sunt. Deindè Majestas Soleimanica abstulit ab illo cœco Equum è medio Exercitûs ejus, altero hoc nesciente. Cùm verò* Cœcus

denuò ludere aggrederetur, & hocce Equo careret, dixit: Si aliquis è subditis abstulisset Equum, certè conquesti fuissemus de eo ad Calipham hujus temporis: hoc verò cùm Calipha hujus temporis ipse fecerit, non est nobis nisi patientia & contentatio dum vincimur. Sultân autem & reliqui qui aderant admirati, putabant illum aliquantulùm videre posse; ideóque Majestas Soleimanica jussit oculos ejus firmiter ligari, & tunc reductâ mensâ, fecerunt ut primâ vice: & ille rursus hoc animadvertit; unde aucta est admiratio eorum in eum. Tum quidem Majestas Soleimanica ei designavit pro singulis diebus ex Nummis Othmanicis viginti Nummos, quos accepturus erat ex vectigalibus Urbis AlCâhiræ, (i.e. Alcâir,) gloriâ & potentiâ-nobilis. Et dico me certè vidisse huncce hominem in Damasco circa annum 964 aut 5: & tunc erat socius lepidus & confabulator facetus, qui optimè memoriter tenebat Al-Coranum, & recitabat Carmina elegantia apud alios: & puto eum adhuc Câiri (cœlitûs-defensæ) in vivis esse. Deus autem melius novit.

Huic proximè accedit quod vidi in Confinio Tripolitano Syriæ (cœlitûs-custoditæ) anno 970; Quòd scilicet in hæcce Confinia venerat quidam homo ex Græcorum gente, cui Nomen Jusuph Tchelebî: putabatur esse filius Annonarii-Præfecti Constantinopolitani, qui peragraverat Indiam & Persidem, & ingressus fuerat in Arabiam Felicem, viderátque multa Regna. Iste secum habuit Shatrangj cujus Frustula [i. e. Scacchi] erant valdè magna. Hæc, cùm extraxerat ex perâ in quâ erant recondita, eáque commiscuerat, jussit firmiter ligari oculos suos, ut

ille

ille tunc utramque aciem ſola tactu diſtingueret. Hoc facto, ille diſpoſuit quodvis Fruſtulum in Areolam ſuam, in quo faciendo nè minimum quidem aberravit à locis eorum, tanquam vidiſſet hoc oculis ſuis. Deinde ludebat cum iis ex Summatibus qui aderant, & manu ſuâ contrectabat Fruſtula ſua & ea Antagoniſtæ ſui, & tandem ludebat eo Fruſtulo quo formandus eſſet Luſus; idque è loco ſuo ſuſtulit tam dextrè elevando, ut à Scaccario prorsùs diſjungeretur, idque collocavit in optato loco, quaſi vidiſſet illud oculis ſuis. Hoc profectò fecit in Hoſpitio meo unâ vice poſt alteram: nec vidi aliquem qui eum vincere potuit.

Huic quoque accedit quod ipſe vidi Conſtantinopoli anno 975, cùm adjungerem me Doctori Shihâb-Eddîn Ahmedi filio Juſuph Ægyptio, qui vocabatur Al Méſedî: luſit quidem in cameră meă unâ vice poſt aliam retrorsùm, idque cum quolibet qui aliquid in hoc Ludo *præſtare potuit; nec vincebatur vel uno tempore quamdiu apud me ludebat. Deinde vocabamus eum in medium Menſæ, eique dicebamus, Numera nobis Fruſtula tua & Fruſtula Antagoniſtæ tui; eaque numeravit tanquam vidiſſet illa.*

A quibuſdam Gallis, viris piis ac ſobriis, oculatis teſtibus accepi, Genevæ prope Templum Sancti Petri (circa annum 1668 plus minus) vixiſſe hominem quendam Cœcum cui nomen *Seve*, qui quamvis ab Infantiâ cœcus, tamen quoſvis apertos vincere potuit ludendo *Merelles*: idque dum eſſet adhuc puer 4 annorum. Iſte homo propterea celebris fuit nomine *Cæci Genevenſis*.

Quomodo hæc fiant, dictu difficile. *Andr. Plo-*

mannus

mannus in cap. 2. *De Paradoxis Visûs*, præsumit *Cæcos colorum imagines videre posse, modò nervus opticus talem motionem subeat quam illi imprimerent res luminosæ, si oculus esset omnibus suis numeris absolutus. Qualia phænomena vel ignium lucentium vel colorum* dicit *à nobis sæpè observari in ipsis etiam spissis tenebris oculisque clausis, post gravem plagam inflictam oculis, aut fauces elisas, aut vehementem capitis percussionem.* Additque, *Sententiam hanc egregiè illustrare Exemplum à Kenelmo Digbejo productum in Libro de Naturâ Corporum, cap.* 28. n. 7. Nempe, *habuit is Pædagogum cui Humor Crystallinus in utroque oculo penitùs deperierat, ut ne Solis quidem claritate moveretur. Is in toto corpore, præsertim in cerebro, mutationem aliquam persentiscebat à Solis præsentiâ; unde nubilum diem à sereno accuratè discernebat, quanquam cubiculo radiis & calori Solis impervio inclusus: lusitavit Chartis pictis peritissimè & Latrunculis,* [Scachis;] *Globos missiles, Orbiculos metallicos super mensâ accuratè torsit; ac multa alia miranda præstitit internorum sensuum & phantasiæ beneficio, quæ ab aliis accurato colorum judicio peragi solent.* Deinde Plomannus his subjungit, *Patriam suam* [Regiomontum] *simile Exemplum submministrare posse, si diutiùs his immorari velit.* Aitque *Thomam Bartholinum in libro de Luce Animaliun, lib.* 1, *cap.* 14, *agere de iis qui tenebris vident.* Et ex Honoratissimo Boyleo notat, *Colores qui coloribus inhærent, distingui potuisse à cæco, nempe album & nigrum colorem habere superficiem asperrimam, rubrum glaberrimam, nigrum tamen colorem albo*

albo asperiorem, &c. Et in ejusdem Honoratissimi Viri Libro *De Determinatâ Naturâ effluviorum*, dicit, *Commemorari aliquem ex quodam oculorum morbo tantum Visûs acumen adeptum fuisse, ut noctu evigilans planè videret, & colores aliáque objecta distingueret; beneficio morbi illud consecutus, quod non nisi paucis nativum est.*

Nos autem hâc disquisitione aliis relictâ, ad pensum properamus.

Hujus Ludi occasione (quod igitur in Elogium ejus ab Arabibus adfertur,) excogitatum & productum est imparile quoddam *Progressionis Arithmeticæ* Exemplum; ubi *Scaccarium*, duplicatis in Areolarum progressu numeris, sic se habet:

218	64	32	16	8	4	2	1
32768	19384	8192	4096	2048	1023	512	256
							&c.

32768. Hactenus est *Kadah*, cujus duplum in domo 20 est *Waiba*: & sic deinceps.

Postquam autem hujus Ludi Author hoc suum Inventum Regi Indiæ obtulisset, remunerationem petiit quæ primâ fronte videbatur exilis:

ſed omnibus computatis, ſatis grandis tandem apparebat; tam inuſitatum Progreſſionis Arithmeticæ Exemplum exhibens, ut Doctiſſ. Walliſius in ſuum *De Progreſſ. Arithm.* Tractatum inſerere dignum cenſuerit. Hiſtoria integra extat in Saphadii Cõment. Arab. ad *Tograi* ſupradictum *Lamiyato' lAgjam*, his verbis ex MS Bibl. Bodlejanæ,

ولما عرضه على الملك واوضح له امره ساله
ان يتمني فتمني عليه عدد تضعيفه قمحا
فاستصغر الملك ذلك من همته وانكر
عليه ما قابله به من طلب النزر القليل في
ذلك المقام فقال ما اريد غير ذلك فامر
له بذلك فلما حسبه ارباب الديوان قالوا
للملك ما عندنا ما يقارب ذلك القليل
منه فاذكر ذلك فاوضحوه له فاعجبه
الامر الثاني اكثر من الاول &c.

id eſt, *Hoc cùm Regi obtuliſſet, ejúſque rationem ipſi declarâſſet, rogavit illum Rex ut aliquid peteret pro eo* Invento ſuo. *Ille itaque petiit Triticum ſecundùm numerum duplicationis ejus*, [viz. Grana Tritici juxta Areolarum numerum continuè duplicanda.] *Rex ut parum quid exiſtimans præ eo quod animo conceperat, negavit ei illud quo eum excipiebat, eò*

eò quòd in ejuſmodi loco (ſeu occaſione) tam exiguum & parvum quid peteret. Reſpondit autem, Nolo aliud præter hoc. Ei igitur id dari juſſit. At ubi Dñi Curiæ illud computâſſent, Regi dixerunt, Non eſſe penes ipſos quod ad illius Exiguum iſtud prope accederet. Cui cùm Rex non adhiberet fidem, rem ipſi demonſtrârunt. Adeò ut Secundum hoc majorem ipſi admirationem incuteret, quàm illud Prius. Refert AlKâdi Shemſeddîn Ahmed Ibn Chelikân, Harebat mihi primò ſcrupulus de hâc ſummâ, donec computiſta quidam Alexandrinus qui me convenerat, viam mihi oſtenderet, quâ manifeſtum mihi factum eſt id quod dixerant; chartam mihi exhibens quâ veritas ejus conſtabat. Nempe Numeros duplicando uſque ad Areolam decimamſextam, illic ſtatuit granorum triginta duo millia, ſeptingenta ſexaginta & octo. Summam hanc, inquit, ſtatuamus menſuram قدح Kadah. Quod cùm examinaveram, ita ſe habuit uti dixit: quare fides ei adhibeatur de hac re. Deinde duplicando decimamſeptimam, & ſic deinceps ad viceſimam; in ea fuit menſura وجبة Waiba. Deinde à Waibâ tranſiit ad اردب Ardubbas, quas duplicare non deſiit, donec in Areolâ quadrageſimâ pertingeret ad centena & ſeptuaginta quatuor millia, & ſeptingenas ac ſexaginta duas Ardubbas, cum duobus trientibus. Atque hac ſumma eſto شونة Granarium. Deinde Granaria duplicando ad Areolam uſque quinquageſimam, prodiit ſumma, mille & viginti quatuor Granariorum. Atque hac menſura pro مدينة Urbe habeatur. Dein

illud duplicando ad Areolam usque sexagesimam quartam, (quæ est omnium ultima,) prodiit summa Urbium sexdecim millia & ter centum octoginta quatuor. Scias autem non esse in toto Mundo Urbes hisce plures numero. Hactenus ille. Dico ego, Ultimum quod producitur duplicando Abacum Shatrangicum, est Octodecies mille millia, sexies; Quadringenta quadraginta sex millia, quinquies; Septingenta quadraginta quatuor millia, quater; Septuaginta tria millia, ter; Septingenta novem millia, bis; quingenta & quinquaginta & unum millia, atque sexcenta & quindecim.

18	446	744	073	709	551	615
6	5	4	3	2	1	

*Atque si collectum fuerit illud in unam figuram quadratam, longitudo erit * Sexaginta milliarium; latitudo, par; altitudo etiam, par; secundùm milliare quod constat quatuor mille Cubitis vulgò usitatis: quorum quisque est trium Spithamarum mediocrium. Cùm etiam Ardubba mensuræ Ægyptiacæ, sit Cubitus cubicus; pondus ipsius erit, Rotalarum ducentarum & quatuor: quarum unaquæque est*

* Clariss. Wallisius noster in *Mathesis Universalis* suo *Opere Arithmetico* cap. 31 *de Progressione Geometr.* hoc illustre Exemplum adducens, computatione factâ, judicat pro 60 legendum 6. Præterea heic notandum, quòd hæ mensuræ Ægyptiacæ (tam Longitudinis quàm Contenti) sint aliis aliquanto majores, quòd factâ cum aliis collatione monstrat *Calcashendi Ægyptius* in Operis sui tomo secundo.

Centum

Centum quadraginta quatuor درهم *Drachmarum*:

Drachma autem est Granorum Tritici sexaginta quatuor. Porrò si numerum, in qualibet Areolâ, quadraverimus; quadrando producitur qui statuendus est in Areolâ cujus numerus duplus numeri istius Areolæ, uno minus. Exempli gratiâ; Ubi quadraverimus quod est in tertiâ, prodit quod quintæ est: cúmque quadraverimus quod prodit in quintâ, producitur quod nonæ est; & cùm hoc quadraverimus, prodit quod decimæseptimæ. Hoc item quadrato, prodibit quod est loci sexagesimi quarti: unde si Unitatem subtraxeris; reliquum, est Summa istius quod est in Areolis omnibus usq; ad sexagesimam quartam. Quòd si, ante subductam Unitatem dimidiaverimus; erit semissis, id quod prodit in Areolâ sexagesimâ quartâ. Atque hâc praxi prodibit Duplicatio Abaci Shatrangici quinque Operationibus. ——— Dicitur, ex quibus excellunt Indi, quibúsque reliquis hominibus præiverunt, tria esse; viz. Librum Culeila & Dimna, Ludum Shatrangj, & Novem Figuras numerarias.

Eandem hujus Ludi Originem paucis complexam adducit *Gustavus Selenus* ex Aristotelis Commentatore *Averröe Cordubensi*, (qui duodecimo post Christum seculo floruit,) ubi agit *De multiplicatâ Analogiâ quæ citò crescit*, hisce verbis; *Quemadmodum dicitur de quodam viro qui petiit à quodam Rege, ut sibi exhiberet pro mercede suâ Frumenti grana in numero multiplicato per numerum Domorum Ludi Scachorum. Et recusavit hoc Rex, postquam ei inde proveniret præmium nimis magnum.* Dictus *Selenus*

nus computat Granorum Numerum, talem esse ut antè, viz.

18 446 744 073 709 551 615.

Hæc Historia paulò aliter Persicè narratur in *Lib. Mu'gjizât*, p.247, addito alio parili Exemplo,

چون فیلسوف هند شطرنج را وضع کرد ملک
هند را خوش آمد گفت آنچه میخواهي
بگو تا بدهم فیلسوف گفت بتضاعیف رقعه
شطرنج مرا دراهم بده یعني بخانه اول
یکي بخانه دوم دو وبخانه سیوم چهار
وبرین نسق ملک گفت ظن من در حق
خود فاسد کردی چه محل دارد این قدر
که خواستي از من فیلسوف گفت جز این
[heic omissa est integra linea in exemplari, cujus
sensum supplevi,] ملک هند جمله با این
جایزه وفا نکند آنکه این را جمع کنم ملک
گفت طلب جایزه خوبتر از وضع شطرنج
بود چون عنصري این حکایت بشنید
خواست

خواست که در مقابل این سلطان محمود
را مدحي گويد که آن مدح را آخر دعايي
باشد که اگر تضاعيف رقعه شطرنج
برآن قسمت کني هر روزي را ربع درهمي
باشد وآن اينست

شاها هزار سال تو در مملکت بزي
وندکه هزار سال بعر اندر وبباش
سالي هزار ماه ومهي صد هزار روز
روزي هزار ساعت وساعت هزار سال

Quando Philosophus quidam Indorum posuerat Shatrangj, id gratum fuit Indorum Regi, qui dixit, Dic quod petis, ut dem. Philosophus respondit, Des mihi Nummos [Drachmas] *secundùm duplicationem Straguli Shatrangici; i. e. pro Areolâ primâ, unum; pro Areolâ secundâ, duos; pro Areolâ tertiâ, quatuor; & sic deinceps secundùm hunc ordinem. Rex dixit, Meam de te opinionem irritam reddidisti: quem enim locum* [seu *valorem*] *habet hacce quantitas quam à me petiisti? Philosophus respondit, Prater hoc* nihil aliud peto. Tum Rex dari præcepit. Regis verò Thesaurarius dixit, Divitiæ *Regni India totius huic Dono non sufficiunt ut hujusmodi* Summam *colligam. Rex regessit, Istius Doni petitio ipsâ Ludi Inventione*

Inventione mihi gratior est. Quando autem O'nsori (Poëta celeberrimus & Principi Mahmûd charissimus, qui obiit anno Hegj. 431,) *hanc relationem audiret, cupiebat ut quod huic responderet, Principi Mahmûd Elogium diceret; cui quidem Elogio subjungeretur Votum. Jam verò si duplicationem Straguli Shatrangici secundùm illud partitus fuerit, cuilibet Diei quarta pars Nummi* [Dirhem] *assignabitur. Sic autem se habet* Votum, Carmine,

O Rex mille annos in Regno vivito,
Et ——— *1000 annos in* ———; *& sit*
Quilibet Annus 1000 Mensium, & quilibet Mensis [*100000 Dierum;*
Et quilibet Dies 1000 Horarum; & quælibet Hora [*1000 Annorum.*

Hæc est hyperbolica gradatio & Transcensio, ut in S. Bibliis, *Lux Lunæ erit ut Lux Solis, & Lux Solis erit septuplex illo die quo, &c.* hoc est, Lux Lunæ erit ut septuplex lux Solis. Imperfectum reliqui Versum secundum, propter malè exaratum Exemplar quod non erat legibile.

Quomodo aliàs etiam iste Abacus Lusorius fiat Arithmeticæ industriæ Campus, ut ludendo Arithmeticæ Operationibus perfungi liceat, memorat Joh. Ciermans in *Disc. Mathem.* prope finem 2dæ Hebdomadæ Novembris, sub Tit. LOCALIS *Arithmetica.*

Sciendum est, quòd Orientales multum delectentur Combinatione Numerorum in Tabellæ quadratæ Areolis inter se convenientium ad quamcunque

quamcunque plagam numeraveris: & ille qui ejusmodi Combinationes eleganter componere novit, multùm æstimatur, & pro ingenioso habetur. Tale Schema vocatur وفق *Wephk*, & Ars illud componendi seu conficiendi vocatur علم الوفق *Scientia Concordantiæ* seu *Convenientiæ*, & inter Doctrinas seu Eruditiones Ægyptiorum hæc non est minima: nam in talibus Schematis Voces Literæque exprimuntur Numeris magna mysteria continentibus; quæ, eisdem Numeris rursus in Voces resolutis, evertendo eliciuntur. Et hoc quidem modo res suâ naturâ planæ, opertè & mysteriosè exprimuntur, & obscuritate involvuntur; quod laudabile & pro elegantiâ nunc (ut & olim) in Ægypto habitum. Hujusmodi Tabellæ à se invicem diversæ, (nempe majores & minores,) ab Astrologis conduntur pro singulis Planetis: viz. Convenientia 3 in 3 pro Saturno, 4 in 4 pro Jove, 5 in 5 pro Marte, 6 in 6 pro Sole, 7 in 7 pro Venere, 8 in 8 pro Mercurio, 9 in 9 pro Lunâ. Intelliguntur Tabellæ quarum Quadratura est tot Areolarum quaquaversus.

Et quidem in hujus Ludi laudem apud Arabes cedere judicatur, Areolarum Scaccarii dispositio feliciter coïncidens cum Mercurii Mensulâ seu Tabellâ, quæ (ut & eæ cæterorum Planetarum) apud Astrologos sacra æstimatur: ea autem est Concordantia ☿ 8 in 8: adeò ut, si fortunato Mercurio ejusmodi Tabella laminæ proprii Metalli insculpatur, eadem credatur cœlesti

 virtute

virtute insigniri ac imprægnari, & eandem portanti tribuere divitias, memoriam & intellectum juvare, & omnia alia quæ à Mercurio fluere existimantur. Si autem illo infortunato fiat sculptura, tum horum contraria eveniunt. *Scaccarium* itaque Numerorum Convenientiâ signatum, exhibet quadratum Octonarium, nempe Octonarium in se ductum; in quo, secundùm Areolarum censum continentur particulares Numeri 64, in qualibet lineâ 8 quaquaversum; in quovis latere, uti etiam à latere ad latus & per Diametrum, constituentes 260: tota autem Numerorum summa 2080. Et quidem Numerorum Dispositio talis est quæ sequitur.

8	58	59	5	4	62	63	1
49	15	14	52	53	11	10	56
41	23	22	44	45	19	18	48
32	34	35	29	28	38	39	25
40	26	27	37	36	30	31	33
17	47	46	20	21	43	42	24
9	55	54	12	13	51	50	16
64	2	3	61	60	6	7	57

Refertur etiam ad hujus Ludi Elogium, quòd eo numero habeat Frustula lusoria seu *Scachos*, ut ex eorum peculiari quodam situ oriatur elegans quædam Sortitio; quæ tamen & aliis quibusvis diversi coloris reculis præstari possit. Narrat verò

verò AlSáphadi, quòd cùm in eâdem navi aliquando veheretur ex Mohammedanis & Christianis mixtus cœtus, & ortâ procellâ navis propter nimium onus propè esset ut submergeretur; convenerunt inter se ut jacerentur Sortes, & in quos caderet Sors, illi ex navi eum sublevandi causâ ejicerentur. Navarchus verò Turca (astutus nebulo) videns quâ formâ mixtim sederent, dixit, Hoc non adeò multùm placet, sed consultius videtur ut numeremus populum, & nonum quemque hominem ejiciamus. Cúmque omnes in hoc consensissent, tum in mare projecerunt nonum quemque, eundem circuitum iterando donec tandem omnes Christiani hoc dolo circumventi in aquis periissent, Mohammedanis in tuto manentibus. De hoc igitur stratagemate gloriantes Mohammedani, Scacchorum situ formatum exhibent Circulum, cujus Nomen in ejusdem umbilico scribitur, sequente modo,

Circulus Muslimorum & Christianorum.

Initium Circuli, à 4 albis ad 5 nigros, & sic deinceps.

Hujus ſitûs ratio memoriæ causâ Literis Alphabeti exprimi ſolet, hoc modo, دهبا جا ابجا با *Dahbagja Ababgja Baba*; ubi litera *Dâl* 4 albos, & litera *He* 5 nigros deſignat; & ſic deinceps ſecundùm harum Literarum valorem Numeralem, Scachi Albi qui Mohammedanos, & Nigri qui Chriſtianos repræſentant alternatim ſuo ordine collocandi ſunt, ut ſupra monſtratum eſt. In Libello Anglico cui Tit. Wit's Interpreter, (8° S. 87. Art.) traditur hujuſmodi Sortitio ita diſpoſita, ut de 30 hominibus partim Turcis partimque Chriſtianis morti deſtinatis & condemnatis, 15 Turcæ moriantur, & 15 Chriſtiani evadant. Fit autem hoc modo,

xxxx ooooo xx o xxx o xoo xxooo xoo xxo

ubi quatuor x denotant tot Chriſtianos, & quinque ooooo tot Turcas; & horum nonus ſemper damnatur: cujus rei ordo memoriâ tenetur per ſequentem Verſiculum,

Populeam virgam mater Regina tenebat,

ubi *po* notat 4 Chriſtianos, & *pu* 5 Turcas, &c.

Tantum fuit ſemper hujus Ludi æſtimium, ut ad Formam *Scaccarii* aliquot *Urbes* extruxerint Orientales, ut apud *Megydium* & *Abulphedam* legitur.

§. *An*

§. *An Shahiludium ſit licitum.*

PRiùs autem quàm manum de Tabula tollam, breviter diſquirendum reſtat, *An & quatenùs hic Ludus ex Orientalium ſententiâ ſit licitus?* Ludi quidem ſunt frequentiſſimi uſûs per totum Orientem, quamvis Lege tam Mohammedanâ quàm Judaicâ ſint in genere damnati & interdicti. In AlCorani Suratâ 5ta legitur, يا ايها الذين آمنوا انما الخمر والميسر والانصاب والازلام رجس من عمل الشيطان فاجتنبوه لعلكم تفلحون *O vos qui creditis,* (i. e. O vos Fideles,) *profectò Vinum, & Alea, & Statuæ, & Sagittæ-ſortilegæ ſunt ſpurcities ex opere Diaboli; ideóque averſamini ea, fortaſſis ſalvabimini,* id eſt, ut fortè ſalvemini. Hunc locum Paraphraſtes Perſicus qui in Bibliothecâ Bodlejanâ ſervatur, ſic exponit, اي زمره مومنان جزين نيست كه خمر وهمه مسكرات درين داخلست وقمار واين نيز عام است درو كعبه وبيضه وغير آن وبتان كه نصب كرده اند براي عبادت وديرهاء اقداح پليد أست از وسوسه وتزيين شيطان

شیطان پس اجتناب کنید ازین پلید تا

شاید که شما رستگار شوید بدین اجتناب

O cœtus Fidelium, non est præter hoc, (i. e. hoc tantummodò est,) *quòd Vinum (sub quo inebriantia omnia comprehenduntur,) & Alea, (quod etiam generale est pro Nerd, & Astragalis, & Beida, &c.) & Idola quæ constitutæ sunt adorationis causâ, & Sagittæ-aleatoriæ, sint sordida, ex suggestione & illecebris Satanæ: itaque recedite ab hisce sordidis, ut fortassis hac recessione salvi fiatis.* Hîc, ut vides, Interpres Persicus *Beidavium* secutus exponit انصاب Antsâb *Idola* quæ cultûs ergô fiunt; cùm id potiùs significet *Statuas* quasvis; & præsertim in hoc loco, *Pupas lusorias* seu *Imagunculas* quibus Arabes Pagani (quos Mohammed ab Idololatriâ dehortatus est,) *Shahiludium* exercebant, ut alibi fusiùs ostenditur. In Corano autem & alibi, *Idola* potiùs appellari solent اصنام *Asnâm.* Ita ut id videatur hîc Mohammedi displicuisse, non propter Ludum ipsum, sed propter *Statunculas* seu *pupas* quibus Arabes illud exercere solebant. Ideóque hodierni Mohammedani oblonga quædam lignea Frustula ad hunc Ludum adhibent; quo quidem modo eum licitum esse ducunt eorum Jurisperiti, qui omnes alios Ludos repudiant & planè interdicunt. In Libro *Mustátraph* objicitur, quòd ex minùs attenti animi incuriâ Lusori proclive sit, يقول شاه مات مكان الشهادة

ut

at dicat Shâh-mât loco Testimonii seu *Homologiæ*; quæ est, *Non esse aliquem Deum præter ipsum Deum, & Mohammedem esse Legatum Dei*, quotidiani usûs apud omnes Mohammedanos. Sokeiker Damascenus de *Shahiludio* differens, dicit, لختلفت الارآء فيه *Diversas esse de eo opiniones*: & post varias Doctorum & Sectarum sententias recensitas, AlDamirium sic concludentem introducit,

لا شي فيها يدل على التحريم و انا اقول
و الله يقول الحق و هو يهدي السبيل
ان من نظر بعين الرضا والانصاف في
دلايل الفريقين علم ان اللائق هو القول
بالحل مع الكراهة وهذا مذهب الشافعي
وذكر صاحب الينابيع عن ابي يوسف
القول بالاباحة وهذا كله في اللعب
بالشطرنج من حيث هو هو واما اذا انضم
اليه اشتغال عن صلاة او غيرها فالتحريم
ان ذاك ليس للشطرنج نفسه *Non est aliquid*

in eo quod indicet illud esse vetitum. Et ego quidem dico, (dicat autem Deus quid sit rectum, & ipse dirigat semi-

ſemitam meam,) Quòd quicunque oculo benevolentiæ & æquitatis utriuſque partis Argumenta intuitus fuerit, noſcet quòd ſententia eorum qui permittunt hoc, (ſed tamen cum averſione quâdam,) eſſe ſecundùm Sectam Shâphaïtarum. Sed Author τοῦ *AlTanâbi, ab Abi Juſuph recenſet opinionem de Licentiâ,* (i.e. illud eſſe planè licitum.) *Et hoc totum eſt de Ludo Shatrangj quatenùs ille ipſe eſt. Quando autem concomitatur eum neglectus precum, aut ejuſmodi alia, tunc certè illicitus eſt. Hoc verò non eſt in Ludo ipſo*: eſt nempe Accidentale tantúm. In Lib فتاوي *Phatávi* ſeu *Juridicis Reſponſis* celeberrimi Viri *Ibn Camâl Baſhâ*, referente Sokeiker, quæritur, هل تقبل شهادة لاعبي الشطرنج والطوله *An acceptabitur Teſtimonium ludentium ad Shatrangj & ad Tabulam?* Cui Quæſtioni ſic reſpondetur, اما لاعب الطوله فلا تقبل شهادته ابدا واما لاعب الشطرنج فلا يضر لعبه عدالته الا اذا انضم الي ذلك رهن من الجانبين وما اشبه ذلك *Equidem Luſoris ad Tabulam, non accipietur Teſtimonium ejus in æternum: ſed quoad Luſorem ad AlShatrangj, non ladit luſus ejus Juſtitiam ipſius; niſi fortè concomitentur eum Pignora ex utrâq; parte, aut aliquid huic ſimile.* Quàm ſcrupuloſi ſint apud Mohammedanos Legum Doctores in Deciſionibus ſuis de Ludis, partim ex dictis patet.

Shahi-

Shahiludium autem apud eos præcipuè & præ aliis Ludis exercetur, tum propter singulare ejusdem ingenium, tum quia ille ferè solus est Ludus qui eorum Lege absolutè permittitur & licitus habetur. Eo autem pacto tantùm est licitus, (ut vidisti,) dummodo non ludatur pro pecuniâ aut aliâ quavis Sponsione, Depositò, aut Pignore; nec eo Pietatis Exercitia impediantur. Et hoc quidem strictè observatur apud Turcarum vulgus, qui quamvis quotidiè ludant, idque aliquando per totos ferè dies, nunquam tamen pro aliqua Sponsione ludere solent nec audent, quippe quod sit Lege illis interdictum. Persæ autem & Mogulenses Mohammedani liberè pro Sponsionibus pecunariis ludere non dubitant. Alii Ludi per eorum Leges absolutè damnantur, ut videas in *Hist. Nerd & Aleæ.*

Europæis Monachis hic Ludus unà cum aliis aliquando interdictus est, sed sine causâ, (cùm non sit casui subjectus,) nisi fortè pro pecuniâ luserint. De hoc vide *Du Fresne in Glossario.*

Mohammedani, ut vides, Ludos in genere (*Shahiludio* excepto) damnant; quos tamen usu & praxi approbant: eodem modo quo Vinum publicè interdicunt, quod clanculùm immodicâ copiâ (imò & palam Magnates, præsertim Persæ,) bibunt & ingurgitant.

Scachorum Ludus, eo tempore quo exaratus est Textus Talmudicus, non erat inventus; ideoque nihil ibi de eo deciditur. Ejusdem autem mentio perperam introducitur in Glossam Talmudicam, Tract. *Kethuvoth*, fol. 61. 2. Ibi enim

in Textu, נרדשיר *Nerdſhîr* quod *Tabulæ & Teſſerarum Ludum* notat, à Gloſſatore falſiſſimè exponitur אישקקיש *Eſcacques.*

Hujus Ludi mentio in Textu Juris Civilis non occurrit; quippe qui Juſtiniani tempore in Oriente recenter inventus, in Occidentem tunc nondum penetraverat. Sed ubi Juſtinianus Clericis ad Tabulam ludere interdicit, *Authent. interdicimus, C. de Epiſc.* ibi vetus Gloſſator Accurſius cenſet eiſdem licitum eſſe ad Scacos ludere, quia conſiſtit in ingenio naturali, & fortunæ ac caſui non eſt obnoxium. Si igitur quis Ludorum delectum quæreret, ei commendatum velim Scacchorum Ludum, qui certè ut aliis omnibus eſt innocentior, ita & multis nominibus laudabilior habetur. Eſt enim fraudis & doli mali expers, nec caſui ſubjicitur, ſed merâ Arte gubernatur: & proculdubiò, plus decet ingenuos homines, relictâ aleâ, ex Arte gloriam reportare & ingenio certare; quo viciſſe & technam Artémque oſtendiſſe, major ac laudabilior eſt victoria, quàm nobis ſegneſcentibus, ut à fortunâ ſuperiores fiamus impetrare. In iſto enim Ludo ſola aſtutia quæ adhibenda eſt, in hoc tantùm verſatur, ut Luſor perſpicaci ſit oculo & ſolerti animo ad ſtruendum Adverſario inſidias, & ad ipſius ſtratagemata præcavenda ac dextrè evitanda comparatus. Nemo in hoc Ludo, inclementiore & duriore ſorte lædi poteſt, nec niſi ex ſuâipſius negligentiâ perdere; cùm omnia in eo merâ conductûs peritiâ conſtent, & non ſine deliberatione coràm & in aperto fiant.

Dubio

Dubio procul, non tantùm *Shahiludium*, ſed (ut generaliter loquar,) alii quoque Ludi, ſi modicè & cautè uſurpentur, inculpatum ac legitimum ſuum uſum habere poſſint; utpote quibus ingenium exacuatur, animus gravioribus curis diſtrictus relaxetur, laſſatæ animi ac corporis vires reficiantur, & totus denique homo novis alacriter obeundis negotiis magis habilis & idoneus reddatur. Plut. in Lyc. παιδιὰ τῦ πόνυ ἥδυσμα, *Ludus eſt laboris condimentum.* Sed omne nimium vertitur in vitium.

Ludi enim excogitati fuêre meri exercitii & recreationis cauſâ, non verò ad ludicrum quæſtum faciendum. Ideóque pro pecuniâ ludere, omninò indecorum & ſordidum eſſe exiſtimo. Nam præterquàm quòd ludendi finis (nempe animi recreatio & refectio) perdatur; multæ cientur rixæ, & ſpe lucri allecti incitantur ut nimium pretioſi temporis ludendo conterant. Quando enim pecunia in periculum venit, Luſoris animus non tam voluptate quàm metu & anxietate afficitur premiturque. In hâc autem parte, proh dolor! nimis frequenter peccatur: ſunt enim, quod pudet dicere, qui adeò ſtupidè & ſtolidè Ludis (iiſque damnoſis) ſunt addicti, ut totæ dies ac noctes illorum ludendi luxuriæ vix ſufficiant: nec norunt à tali ſtultitiâ ac dementiâ ſibi temperare, donec omnis pecuniæ numeratæ jacturam fecerint, totam paternam hæreditatem decoxerint, & tandem Annulis, Veſtibus, &c. exuti fuerint, & hoc modo propriâ ſtultitiâ omnibus rebus ſpoliati diſceſſerint. Eam

 autem

autem Anglorum ſuperat inſania Italorum, qui, Neapoli & alibi, poſt conſumptam ludendo pecuniam veſtéſque, corpora ſua pro certo annorum numero Colluſori (ut ad ludendum pergant) oppignerare & emancipare ſolent. De Chinenſibus etiam & Indis fertur, quòd aliquando ludendo incenſi ac vexati,. tantâ vehementiâ & impetu ac fervore in ludum ferantur, ut poſt ſubſtantiam & opes amiſſas, corporum ſuorum membra reſecanda oppignerare non dubitent; & poſt unum forte digitum ludendo amiſſum, nondum deterriti pro altero ludant. Ludendo autem amiſſos Digitos non reſecant, & Emancipati in Libertatem redeunt. Alia decent Chriſtianos. Dum autem pro pecuniâ ludimus, pro ſufficiente excuſatione habetur, quòd aliàs fortè non eſſemus ſatis intenti, nec curaremus quis alterum vinceret, niſi aliquid pecuniæ periclitaretur. Sed certè vincendi gloria & peritiæ ac ingenii oſtentatio debet plus valere & in Ludo intentionem procurare plus quàm Quæſtus & Lucrum, quæ in hoc caſu valde ſordida habentur.

Jus quidem Civile Laicis permittit ut in quibuſdam caſibus pro pecuniâ ludant, ſi modo non ſuperent Solidum, quamvis divites ſint; aut pro eo quod in menſam mox apponendum eſt & communiter veſcendum: ſed Clericis planè interdicit ludere ejuſve Inſpectores eſſe. Si autem detur & non concedatur, quòd aliquando pro pecuniæ Depoſito ludendum ſit, nonne ſummæ eſt dementiæ, certam pecuniam fortunæ incertitudini ac viciſſitudini committere? Quis cordatus

tus est qui viarum benè gnarus, suæ peritiæ non potiùs credere, quàm clausis ac obvelatis propriis oculis, aliorum conductui se tradere vellet? Si hæc res ritè perpendatur, eodem insano modo fit ab iis qui honestas Recreationes Arte & certitudine fundatos relinquunt, ut aliis quæ & fraudi & incertitudini ac aleæ sunt subjectæ seipsos addicant; & expositâ in medio Mensæ pecuniâ, eam cœcutientis fortunæ arbitrio vel in suas vel in aliorum crumenas deducendam permittunt.

Olim apud Ethnicos Romanos Senatûsconsulto cautum est ne in pecuniâ luderetur, nisi in quibusdam casibus. Et sanè propudium est, Christianis pro sordido lucro ludentibus, à Turcis id nobis exprobrari posse, quòd ii nunquam nec pro pecuniâ nec pro alio quovis Depositio aut pignore ludant. Ideóque suademus, utinam & persuadere possemus, ut qui se ingenuos esse profitentur, ab illaudabili & sordidâ illâ consuetudine in posterum abstinere vellent; cùm hoc faciendo auferant ab amicis, quibus potiùs aliquid dare debuerant, quod Liberalitatem & veram Amicitiam minimè sapit, ut notat Aristoteles, qui tales Lusores ut Illiberales & ἀισχροκερδεῖς censet, & hoc nomine infames relinquit.

Monitio ad Lectorem.

QVia usu venire solet ut ii qui Linguis Orientalibus non sunt imbuti, multa sibi ignota in Libris videntes, ab eorundem Librorum lectione deterreantur; *Benevolum Lectorem hoc monitum velim, exotica omnia verbatim reddita esse Latiné: ita ut si Arabica, Persica, &c. inter legendum planè omiserit, tamen sensus in Versione expressus erit integer, acsi Orientalia omnia suo ordine legisset ac intellexisset. Sciat quoque Vocales* â î û *circumflexo Accentu notatas, crassiore & pleniore sono producendas esse: &* j *in initio vocum pronuntiandum ut ibidem* y *pronuntiaretur, ut in* Jaman *aut* Yaman: *alias quando sonat ut* g *molle, tum eam potestatem expressam esse per* gj, *ut in notissimâ voce ignotissimæ pronuntiationis* Hegjra, *quæ est dissyllaba* Hegj-ra, *non autem trissyllaba ut vulgò sonatur errore receptissimo. Si volumus* g *durum, tum scribimus* gh. *In tyronum gratiam neglexi Arabum Regulam de Articulo* Al *ante literas Solares cum primâ vocis literâ colliquescente, ut in* Assûphi, *ubi Nomen obscuratur & deformatur tali coalescentiâ: pro eo itaque scripsi* AlSûphi, *& Nomen separatim ab Articulo enuntiavi, ut hac ratione verum & nudum Nomen seorsim ab Articulo magis distinctum apparere posit, & cuivis imperito integrum sit Nomen ab adjuncto Articulo separare & distinguere. Nihilominùs tamen dicta*

Regula

Regula in Arabum Libris legendis non eſt negligenda, utpote quæ ad veram & legitimam Lectionem ſit neceſſaria. Apoſtrophes *Nota à nobis adhiberi ſolet ut* Hyphen *loco* Waſlæ *Arabum, ad indicandum ſonum τῦ* Eliph *in Articulo* Al *negligendum, & duas voces junctim legendas, ut* Lamîyato' lAgjam, *pro eo quod aliàs enuntiandum eſſet* Lamîyato Al-Agjam. *Et è contra, aliquando adhibemus* Apoſtrophen *ad indicandum diſjunctionem, ubi ſcil. aliquid ſubintelligendum eſt pro ſono τῦ* Ain, *cujus poteſtas noſtris literis Europæis commodè exprimi non poteſt; idque præſertim in medio vocis, ut in* Mes'ûdi, *ne aliàs erretur legendo* Me-ſû-di *malè diviſâ ſyllabatione: quin & Vocalis protractionem ſubindicat, ut in* Ca'ba *&* Sa'di, *quaſi productiore ſono compenſet pro* Ain, *acſi aliàs legeretur* Caaba *&* Saadi. *Sic etiam in fine, ut* Rica'.

De vocum Sinicarum Pronuntiatione notandum eſt, quòd ch *ſemper ſonet molliter quaſi* tch: *&* g *in initio vocum etiam molliter ferè ut* dg; *at in fine vocum ſemper duriter: Ex. gr.* Ging *ſonandum eſt* Dgingh. *Plura de vocum Chinenſium verâ Pronuntiatione prout in Miſſionariorum Libris leguntur, docui in Præfatione ad noſtram* De Ponderibus & Menſuris Chinenſium *Epiſtolam ante aliquot annos editam. Nam vera cujuſque Linguæ Pronuntiatio præ omnibus affectanda eſt; cùm in converſatione cum Indigenis (ſi opus ſit,) Sinicas aures quàm maximè raderet, audire ſuas voces falſâ pronuntiatione tam miſerè detortas, ut aliam ab eâ diverſam Linguam barbaram loco ſuæ elegantioris ſonari putârint. Nec cuivis operæpretium eſt, pro veris Locorum & Virorum*

Nominibus

Nominibus malè ſonantia & falſa addiſcere, quæ poſteà iterato labore dediſcere oportebit.

Ubi de â *circumflexo ad craſſiorem ſonum formandum ſuperiùs egimus, notandum eſt quòd talem ſonum non formet in eis vocibus exoticis ubi eſt tantùm Ablativi Caſûs ſignum; quamvis aliàs quatenùs tales voces conformentur Latinæ flexioni, tali Accentu afficimereantur: nam in Latinarum & aliarum vocum flexione eſt Contractioris Scripturæ & Productioris Soni ſignum, cùm* Muſâ *ſit pro* Muſaa, *&* Manû *pro* Manuü, *eodem modo quo etiam in Genitivo* Muſæ *eſt pro* Muſaë, *&* Manûs *pro* Manuûs, *cum ejuſmodi aliis, commodioris ſoni cauſâ. Et talis Accentus quamvis non actu, tamen potentiâ ſemper adeſſe ſubintelligendus eſt. Ideoque inter Germanos quibuſcum Latinè locutus ſum, memini aliquos quemvis Ablativum & Dativum Caſum inter loquendum audibili Accentu Circumflexo ſemper afficere & premere ſolitos.* Vale.

SHAHILUDIUM

Traditum in

TRIBUS SCRIPTIS HEBRAICIS,

quæ sunt

RABBI ABRAHAM ABBEN-EZRÆ
elegans Poëma rythmicum:

R. BONSENIOR ABBEN-JACHIÆ
facunda Oratio prosaïca:

Liber DELICIÆ REGUM Prosâ,
Stylo puriore, per Innominatum.

Omnia ex Chartis MSS jam primus deprompsit
& Latinè vertit THOMAS HYDE S. T. D.
Linguæ Arab. Prof. Publ. in Univ.
Oxon. Protobibliothecarius
Bodlejanus.

De Ludis Orientalium Libri primi pars
2da, *quæ est Hebraica.*

Præmittitur *Armiluſtrium* secundùm dictos
Autores, & Materiarum *Elenchus.*

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
M DC XCIV.

Quòd Puncta Vocalia Hebraïca aliquando evanescant, pravis Vocalium Typis tribuendum est; præsertim in *Scheva* dolenda est Punctuli superioris Disparentia, quæ tamen ex Punctuli inferioris situ dignoscenda.

Menda præcipua.

Pag. 12. l. 13, *lege* אֶחָד. 14. 4, מֵהֶם. 16. 8, מוֹשָׁבוֹ. 16. 14, וָתֹהוּ. 18. 17, חָרֵשׁ. 20. 3, לָחוֹל. 20. 17, עַמּוֹ. 24. 13, בַּקְּלָפִים. 36. 14, בְּזֶה. 42. 12, סוֹגֵר. 46. 6, נִגַּע. 52. 8, אוֹמֵל. 52. 22, מַעֲשֵׂה. 56. 12, מָצָאתִי. 58. 17, וְהֵן. 64. 10, אֲדֹנָיו. 68. 1, תְּאַבֵּד. 68. 14, וָאָנָה. 68. 17, דֶּרֶךְ.

Si plura comparent, peto à Lectore ut ea sponte emendare velit.

Ordo Armiluſtrii apud Abben-Ezram & Abben Jachiam.

רוח פרש פיל מלך מלכה פיל פרש רוח

seu פרז

רגלי רגלי רגלי רגלי רגלי רגלי רגלי רגלי

Elenchus Contentorum.

Generalis recenſio Ludi, p. 3. l. 3. *Leges Peditis promoti*, p. 5. l. 9. *Leges* τοῦ *Pherz ſeu Generaliſſimi*, p. 5. l. 13. *Leges Elephantum*, p. 5. l. 15. *Leges Equitum*, p. 5. l. 19. *Leges Ruchorum*, p. 5. l. 23. *Leges Regis*, p. 7. l. 4. *Totius Ludi cataſtrophe*, p. 7. l. 13. *Victi Regis miſeria*, p. 7. l. 21. *Epiphonema*, p. 9. l. 8.

Generalis recenſio Perſonarum Ludi, & Stationum earundem, p. 11. l. 14. *Tranſitio ad Regulas ludendi*, p. 11. l. 22. *Regulæ ſeu Leges Regis*, p. 11. l. 26. *Leges Elephantum*, p. 11. l. 31. *Leges Equitum*, p. 13. l. 4. *Leges Ruchorum*, p. 13. l. 9. *Docetur quomodo Rex evitet Ruchorum & aliorum impetum*, p. 13. l. 22. *A recenſione Officiariorum, fit tranſitio ad Reginam, & dein ad Pedites*, p. 13. l. 32. *Leges Reginæ ſeu Generaliſſimi*, p. 15. l. 8. *Redit ad Regem*, p. 15. l. 18. *Deſcriptio & Leges Peditum*, p. 15. l. 28. *Pedes promotus ad dignitatem Reginæ ſeu Generaliſſimi*, p. 17. l. 4. *Recenſetur victi Regis miſeria*, p. 17. l. 10. *Regis Victoris Triumphus*, p. 17. l. 29.

Ordo Armiluſtrii in Lib. *Deliciæ Regis*, viſitur p. 40, 42.

Subjectis Numeris, deſcribendi ordo ab Autore ſervatus indicatur.

8	7	6	2	1	3	4	5
אמרכל	משוח	כהן	גדול	סגן	כהן	מלך	משנה	יועץ	שר-צבאות
למלחמה	*Suffra-*	loco	τῆς			המלך	המלך	
	ganeus	מלכה					
רגלי	רגלי	רגלי	רגלי	רגלי	רגלי	רגלי	רגלי

Judæorum Regimen Eccleſiaſticum. Regimen civile ſeu politicum.

Elenchus Contentorum.

Autoris Apologia præmiſſa, cur Juvenis de Seriis, Senex verò de Ludicris ſcripſerit, à p. 19, per aliquot ſequentes. *Examine æterno, i. e. profundo: alluditur ad alium* Autoris Librum EXAMEN MUNDI, p. 19. l. 20. *Militiæ Judaicæ ordo exponitur*, p. 41, 43. *Scopus Ludi docetur*, p. 45. *Utilitas Ludi*, p. 47. *Inventores Ludi*, p. 49. *Nomina Ludi*, p. 59. *Deſcriptio Scaccarii ſeu Tabulæ luſoriæ*, p. 61. *Deſcriptio partium ſeu Perſonarum Ludi*, Ibid. *De Figuris earundem*, p. 63. *Deſcriptio Sitûs earum in Stationibus ſuis*, p. 65. *Motiones Militum, & Leges & Stratagemata belli ludicri*, p. 65, 67, 69. *Dignitas & excellentia Peditis promoti, & Leges invadendi Regem*, p. 69. 71. *Rex monitus & victus, & bellicus Ludus ad colophonem perductus*, p. 71.

HISTORIA SHAHILUDII.

§ I. *De Shahiludii Nominibus.*

HUjus Ludi non invenitur aliquod Nomen verè Latinum, nec genuinum Græcum, quia veterum Græcorum & Latinorum temporibus non fuit inventus, nec eis notus. Ideoque non nisi invitò huc trahuntur Classicorum Scriptorum de *Latrunculis* loca, quæ passim à Viris Doctis perperam huic Ludo applicari solent. Apud Europæos (propter vocabulum *Scach* quod inter ludendum venire solet,) commodioris Nominis loco, vulgo vocatur *Scachorum Ludus*; & τὰ πρόσωπα τῆς παιγνίας, *Scachi* nominantur.

In hujus Nominis Originem indagantium quidam sunt, qui hunc Ludum sic dictum volunt à Danico Schack *obliquum*, propter obliquas motiones aliquot Scachorum. Alii arcessunt à linguâ Germanicâ, in quâ (ut in opere suo Etymologico MS notavit Doctissimus Senex D. Fr. Junius jam defunctus,) " Scah est *Præda*, & Scacha " *Latrocinium*, & Scechere seu Schaecher *Latro*: " unde etiam Anglo-Saxonicè ꝛceacene est *Latro*, " *Seditiosus*, *Transgressor*, *Flagitiosus*. Ab his " quoque linguâ Belgicâ Schaeck est *Raptus* seu

" *Stupratio* Virginum, & Schaecker eſt *Raptor*, " *Stuprator*. Idem iſtud Vocabulum occurrit in Capitulis Caroli Calvi, qui 800 abhinc annis vixit. Ibi inquam ſancitum eſt ut ſequens Juramentum ab omnibus præſtaretur, *Ego ill. adſaliturum, illud malum quod* Scach *vocant vel* Teſceiam, *non faciam, nec ut alius faciat conſentiam : &, ſi ſapuero qui hoc faciat, non celabo : & quem ſcio qui nunc* Latro *aut* Scachcator *eſt, vobis Miſſis dominicis non celabo ut non manifeſtem, ſi me Deus adjuvet, & iſtæ Reliquiæ.* Et poſtmodum, hoc eodem vocabulo uſus eſt Otto Imperator Legum Longobardorum Lib. 2, Tit. 55, l. 37, *De* Furto *aut* Schacho, *ſi ultra ſex ſolidos fuerit, ſimiliter ut per pugnam veritas inveniatur præcipimus.* Et ad hunc uſque diem, Germani *Furtum* vocant Scach.

Mentem verò ſubit ſuſpicari, haud diu ante Caroli Calvi tempora, hunc uſum dictæ vocis apud Germanos *Furtum* ſignificantis, ortum habuiſſe à receptiſſimo errore, quo (ut hactenus etiam apud Autores factum eſt, & ad noſtrum uſque tempus propagatum,) *Scachorum Ludus* cum *Latronum* ſeu *Latrunculorum Ludo* confunditur, & alterum Nomen pro altero promiſcuè uſurpatur. Nam cùm ex Oriente fortè inaudiverant de *Ludo Scachorum*, quem eundem eſſe cum *Latrunculis* (quos in Romanorum libris inveniebant) autumarent ; inde illi (ut & poſteri) nimis temerè & falſò collegerunt luſorium illud Scach *Latronem* ſignificare.

Sed de appellativâ hujus Nominis in linguâ Germanicâ ſignificatione, nolumus eſſe ſoliciti : nam

nam ſive Germani illud Nomen ab Orientalibus acceperint, ſive ante *Shahiludii* inventionem ab omni ævo in ſuâ linguâ habuerint, parùm refert; cum certo certius ſit, illud quatenùs eſt hujus Ludi proprium Nomen vel apud Germanos vel quoſvis alios, Originem ſuam debere Orienti, ubi nulla in eo Furti ſpecies, nec Furium conſortium, repræſentatur.

Ut itaque rem ipſam tangam, & veram hujus vocis originem in medium adducam, notandum eſt, quod inter ludendum apud Orientales, (à quibus hic Ludus primò ad nos manavit,) frequentiſſimi uſûs ſit Monitorium vocabulum شاه *Shâh*, i. e. *Rex*, quippe quo Rex, ut ab imminente hoſte ſibi caveat & periculum evitet, moneri ſolet. Europæi itaque inſuetis auribus hoc audientes, & operoſam Gutturalis *h* in fine pronuntiationem ægrè imitantes, id variis modis deformarunt, perperam nempe pronuntiando *Shach*, vel *Schach*, &c. idémque pro vero hujus Ludi nomine venditârunt. Deinde etiam quævis Gens id ad ſuam pronuntiationem & Dialectum peculiari quodam modo accommodaſſe videtur. Japonenſibus enim ſonat *Xogui*, quod fortè acceperint à Luſitanis, qui dicunt *Xaque*; quarum illud enuntiandum eſt *Shoghi*, hoc vero *Shaque*: nam apud Luſitanos litera X plane idem valet ac Anglicum *Sh*. Hiſpanis quoque dicitur *Xaque*, ſeu *Jaque*, ſive *Eſcaque*; quod addendo pluralitatis literam *s*, fit *Eſcaques*, quo Nomine *Milites* luſiles notantur. Hi apud Polonos appellantur *Szachi*, & *Scacchi* apud Italos, qui pro Monitorio dicunt

cunt *Scacco*. Hinc harum regionum Judæi habent ſuum סקאקי *Scachi*, & אשקאקש *Eſcaques*, ſeu אישקקיש *Eſcacques*, prout in Gloſſâ Talmudicâ, & Libro *Cózari* ejuſque Commentatore ſcribuntur. *Abben-Jachia* dicitur etiam צחוק השאק *Ludus Shach*. Germani pro Monitorio dicunt Schach: Ludum verò ipſum denotantes, addunt Spiel, ut dicatur Schachſpiel, i. e. *Scachorum Ludus*. Sic in linguâ Carnorum ſeu Carniolorum Shohſpil. Ruſſi & Muſcovitæ Ludum nominantes poſtponunt *Mati*: ita ut apud illos hic Ludus audiat шахматы *Shachmáti*, ſumptâ totius denominatione à Formulâ illâ quâ quiſque Scachorum Luſus finiri ſolet. Sic etiam *Abben-Ezra* eum vocat שה-מרת *Shâh-mât*. Galli ſuo modo præponunt literam *e*, & pro Monitorio dicunt *Eſchey*, ſeu *Eſchec*: Milites verò pluraliter vocant *Eſchecs*, ſeu *Eſchez*: unde per Aphæreſin, fit Anglicum noſtrum Monitorium Check, & Militum ſeu totius Ludi nomen Chels. Hæc accepimus quo tempore Angliam poſſiderent Normanni, quorum pronunciatio τῦ *ch*, (ſicut & originatio Perſica,) monet ut rectiùs Anglicè per *ſh* ſcribamus Sheck, & Shels, ut hoc modo melius conſonent cum Gallico *Eſchec* & *Eſchez*.

Ex dictis conſtat quod ex Perſicâ voce *Shâh*, hujus Ludi appellationem ſibi finxerint Europæi & alii, qui ſonant *Shach*, *Schach*, *Schech*, *Eſchec*, &c. ut ſupra notatum. Hoc vero non eſſe reverà hujus Ludi Nomen, ſed tantùm vocabulum aliquod inter ludendum ſæpiùs adhiberi ſolitum, certiſſimum eſt. Cùm autem id apud Europæos ubique

ubique pro vero ejus Nomine accipiatur, nec ferè aliud nomen habeant, hic Ludus Latinè haud incommodè nuncupari poſſit *Scachiludium*, ſeu potiùs *Shahiludium*, i. e. ſi vim vocis ſpectes, *Regiludium*, i. q. Weickmanni **Konigs-ſpiel**: vel etiam dici queat *Scachotechnia*, ſeu *Shahotechnia*, i. e. *Regiludii Ars*: vel tandem *Scachomachia*, ſeu *Shahomachia*, i. e. *Regiprælium*, ubi ſcil. inter duos Reges prælii ſpecies inſtituitur. Hodiernus autem apud Europæos uſus, *Scachorum* nomine, non tantum Reges, ſed & omnes cujuſcunque generis Milites ſuſiles intelligi jubet.

In ſuperioribus monſtratum eſt, illud hujus Ludi Nomen quod apud Europæos jamdiu obtinuit, deductum eſſe ex Oriente; ubi tamen id pro illius Nomine nullatenus uſurpatur. Jam itaque reſtat dicendum quibus Nominibus ab ipſis populis Orientalibus hodie appelletur, vel olim appellatus fuerit.

In Alcorani Surata quinta, hicce Ludus intelligitur Nomine انصاب *Antſâb*, id eſt, *Statua*. Beidavius autem & alii in Coranum Commentatores Arabes, præcipiti zelo in idololatriam invecti, perperam (me judice) in hoc loco interpretati ſunt انصاب *Antſâb*, per اصنام *Aſnâm*, id eſt, *Idola* quæ ſunt adoranda. Hoc Nomine *Antſâb* aliquando etiam intelligunt *Saxa ſtativa* circa Templum Meccanum collocata, ſuper quæ Arabes Pagani olim ritu Idololatrico Sacrificia ſua mactabant. Illud enim Templum (à cubica ſeu quadrata Teſſeræ figura dictum كعبة

Ca'ba,) ante Mohammedis tempora Idolorum cultui dedicatum fuit.

Verum quidem est, quod à Verbo نصب *erectum ſtatuit* ſeu *collocavit*, fit Nomen نصب *Nátſab*, cujus forma Pluralis est انصاب *Antſâb*, quâ tam *Saxa ſtativa* illa, quàm quævis erectæ *Statuæ*, *Idolæ*, *Simulachra*, & cujuſvis generis *Imagunculæ* ac *Statunculæ* ſubinde intelligi poſſint. Adeo ut non ſit nobis cum dictis Commentatoribus controverſia de vi vocis *Antſâb* in genere, ſed tantum de ejuſdem peculiari uſu ſeu acceptatione in dicto Alcorani Commate, quod ſupra in Prolegomenis (ubi *An & quatenus hic Ludus ſit licitus* agitur,) integrum adduxi, ut à Lectore melius expendatur. Heic autem (ut Beidavii ſententiam dilûam,) addam, quod non tantum Grammaticalis ſignificatio commodè ferret ut *Antſâb* de aliquo Ludo exponatur, ſed & ſcopus loci rem bene perpendentibus idem plane ſuadebit. Cum enim Mohammed in dicto Commate, τὰ *Antſâb* inter Ludos enumeret, & cum Vino, Aleâ, & Sagittis aleatoriis in eâdem enuntiatione conjungat, rationi magis conſentaneum videtur, ut illud vocabulum de Ludo aliquo ſeu ludicris Statunculis intelligatur, potius quam de Idolis quæ cultûs cauſâ eriguntur. Et, ſi de aliquo Ludo, tum certe de hoc potius quam de alio; cum Scachorum Ludus præcipuus ſit (& forte unicus, ut ex ſeqq. planius patebit,) qui *Statuis* ſive *Imagunculis* exerceatur. Eiſdem forſan rationibus adductus, vetus Alcorani Interpres Latinus

nus in dicto loco legit *Scacos*; tales enim *Statuas*, non vero *Idola*, ibi interdictas judicabat.

Hæc noſtra ſententia adhuc magis probabilis videatur, cum certum ſit Mohammedem totâ induſtriâ laboraſſe, ut omnem Idololatriæ ſpeciem aboleret: qua de cauſa cum Coreiſhitis aliiſque Arabibus Paganis perpetuas lites fovebat, nec quidem Aſſeclis ſuis permiſit ullas animalium figuras pingere, neque ulla Simulachra ne quidem ornatûs causâ formare, ne fortè in uſum Idololatricum tandem traherentur. Et quidem Mohammed natus fuit XL^mo ſeu XLII^do anno Nuſhirravâni Perſarum Regis, cujus tempore (ut ſeq. Sectione probabitur,) hicce Ludus ex India in Perſidem, & deinde in Arabiam, migravit: unde certiſſime conſtat, ipſum apud Arabes tum in uſu fuiſſe antequam Pſeudo-Propheta ſuam Legem conderet. Cum itaque ille Paganos Arabes ad unius Dei cultum adducere, & ab Idololatria avertere conaretur, omnium Simulachrorum ſpeciem damnavit; ſimulque hunc Ludum, quod Scachis figuratis ſive Imagunculis ac Pupis (quæ Idolorum aſpectum præ ſe ferre videbantur,) exerceretur, in dicto Corani loco illicitum pronuntiavit.

Supradictam Regulam de Imaginibus aut Picturis nec formandis nec colendis hodie religioſè obſervant Turcæ & omnes iſtius Sectæ ſequaces; qui nec in Libris, nec in Nummis, aut alibi ullas Animalium figuras fingere aut pingere audent. Perſæ autem & Mogulenſes Indi, omneſque hujus Sectæ aſſeclæ, (quamvis ſint itidem Mohammedani,

medani, nec Imagines colant,) laxiorem ſanè & magis diſcinctam in hac parte Conſcientiam habent, in Libris & Nummis quaſvis picturas ſine Conſcientiæ ſcrupulo formantes. Et memini me aliquando vidiſſe *Togrulbeghi* (qui vulgo *Tangrolipix* audit) Caput in Nummo æneo, in cujus margine inſcriptum erat Nomen طغرلبك *Togrulbegh*, ſeu *Tungrulbegh*; qui itaque Perſicæ Sectæ homo fuiſſe videtur, ut & alii omnes Orientales Principes qui in Nummis Effigies ſuas exprimi curarunt. Et hinc eſt quod infra deſignati Scachi plani, ſint in uſum Sectæ Turcicæ; Scachi vero figurati, in uſum Sectæ Perſicæ.

Quod vero circa Mohammedis tempora Pupis ſeu Imagunculis ludebatur, (ut Aſſumptionem probem,) ſatis conſtat ex Dicto ſive Effato Prophetæ Ali, quod ex *Sunna* referunt *Sokeiker Damaſcenus*, & Author libri *Muſtátraph*, aliique: cum nempe caſu dictus Propheta pertranſiret aliquot homines Scachis ludentes, dicebat illis,

ما هذه التماثيل التي انتم بها عاكفون

Quanam ſunt hæ Imagunculæ in quas tam intenti eſtis? Unde conſtat Alim vidiſſe Imagunculas quarum uſum ignorabat: quia hoc Inventum tunc erat in infantia ſua, nec omnibus ubique notum. Sed ex his verbis, Turcicæ Sectæ Doctores Legis Mohammedanæ colligunt Prophetam Ali (quem Mohammedis Succeſſorem quartum, Perſæ vero primum, fuiſſe ſtatuunt,) propter Imagunculas quibus ludebant, tantùm vituperaſſe hunc

hunc Ludum, non verò eum prohibuisse; adducentes scil. hoc Oraculum, ut ex eo colligeretur an licitus esset necne; quod affirmativè concludunt alii nunc posteriores Turcicæ Sectæ Mohammedani, sine scrupulo eum planè licitum esse statuentes, cùm sorti aç fortunæ non subjiciatur, nec figuratis Scachis apud ipsos hodiè exerceatur. Sed Persicæ Sectæ Mohammedani (ut & Indi) figuratis Scachis olim ludebant & hodiè ludunt. Et, quòd Imagunculis tunc ludebant, planè fatetur Sokeiker ex Turcicâ Sectâ Damascenus, qui suprà citata Ali verba sic illustrat, وهو ان الشطرنج كان ان ذاك صورا على صور الرجال والفيلة والافراس كما هو رسم الاعاجم *Et hoc est, quia AlShatrangj tunc fuit formatum ex figuris Virorum, & Elephantum, & Equorum, sicut jam est mos Persarum,* seu *Barbarorum.* Cúmque jam non sit dubitandum quin Mohammedis tempore ludebant Scachis figuratis, à quibus ille planè abhorruit, nihil obstat quin facilè credamus Mohammedem omnem Statuarum cultum & usum abolere cupientem, in dicto Corani loco Statunculas etiam lusorias nomine *Antsâb* intellexisse, easdémque prohibuisse.

Hicce Ludus à Persis aliquando vocatur پچ *Pec*, seu بچ *Bec*, quod sonat *Benè, Euge*, quippe quæ vox inter ludendum à Colluforibus sæpè adhibeatur. Aliàs quandoque dicitur آوند *âvend* seu آوندگ *âvengh*, vel contractè آون *âven*, quæ

ſonant *Suſpenſum*, fortè quia Scaccarium (cum Fruſtulorum Sacculo) à luſu otioſum, ad parietem plerumque ſuſpenſum cernitur. Sed uſitatum hujus Ludi per Orientem Nomen, eſt شطرنج *Shatrangj*, qd Armeni etiam ſonant ՇԱՏՐԱՆՋ *Shatrangj*, & aliquando ԱԱՏՐԱՆՋ *Satrangj*, A Turcis Conſtantinopolitanis vulgò pronuntiatur *Shetrungj* ſeu *Shitrungj*. Aliquando ſcriptum vidi شطرنگ *Shatrangh* per literam *Ta*: & ſæpiùs in quibuſdam Perſarum Libris (etiam malè per *Shin* & *Ta*) legitur شطرنج, *Shatrangj*, & quod idem valet شترنج *Shitrengj*, & ſubinde شترنگ *Shitrengh*, ſeu *Shatrengh*: & minùs benè cum Dzamma, *Shutrengh*. Quo autem modo veriùs & rectiùs à Perſis aliàs ſcribitur & legitur, in ſequentibus docebitur.

Arabes potùs per *a* clarum ſemper ſonant *Shatrangj*, ſeu cum Articulo *AlShatrangj*; ſive pro more, colliquato *l* in *sh*, *Ashatrangj* vel *Ashetrengj*. Hinc Hiſpani & Luſitani habuerunt ſua vocabula ſuáſque formas *Xatrang*, ſeu *Xatreng*; vel cum Articulo Arabico, *Algedrèz*, *Alxedrèz*, *Agedrèz*, *Axedrèz*, *Axedreç*: nam hiſce omnibus & adhuc pluribus modis id ſcribere & pronuntiare ſolent, cùm Luſitanorum *x* ſonet ut noſtrum Anglicum *sh*. Pedro de Alcala in Dictionario Hiſpan-Arabico impreſſo, nomen *Axedrèç* tanquam Hiſpanicum, Arabicè exprimit & exponit *Citrange*, unde colligimus quoſdam Maurorum hoc etiam modo pronuntiâſſe.

In

In Vocabulario quodam Perſico malè ſcriptum reperi سهرنج *Sahrigj*, (fortè pro شهرنج *Shahrangj*,) quod non ex induſtriâ, ſed Scribæ errore factum puto, quamvis in juſtum ſuum ordinem Alphabeticum hoc modo ibi ſcriptum reperiatur, & quoque exponatur per شترنج *Satrangj*.

Sunt ex Mauris qui id efferunt *Eſſatrangj*, ſeu ut habet Nomenclator MS Hiſpano-Arabicus, السترانج eodem ſono vocis malè exaratæ. Et apud Ibn Chelikân in Carmine Arabico, notatur legendum *Sitrangj*. In alio quoque libro ſcriptum vidi صطرنج *Satrangj*, & صا شترنج *Sâ Satrangj*, quaſi ab aliquo qui Sibboliſmo laboraret. Hoc poſterius fortè ſcriptum fuerat ab aliquo Græcorum, qui ſcribunt & ſonant Σᾶ pro *Shâh*, cùm *sh* non habeant, & in medio & fine vocum vim *h* enuntiare nequeant. Ridiculam ejuſmodi pronuntiationem tanquam lepidum & ridendum quid memorat Sokeiker Damaſcenus & & Sephadius, cùm aliquis ſocio ſuo diceret, يا سجاع هات السطرنج من تحت السجرة cui alter reſpondit, *Tu ſanè pronuntiando errâſti in 9 punctis*, i. e. in 3 ش; eò quòd debuerat rectiùs dixiſſe, يا شجاع هات الشطرنج من تحت الشجرة *O vir ſtrenue, cedò AlShatrangj ſub illa arbore*: ubi *Al Shatrangj* pro omnibus hujus Ludi Inſtrumentis in genere ſumitur. Arabes quidem (ut in ſupradictis cernitur,) proceſſu tem-

poris, verùm Nominis Perſici ſonum mutarunt & vitiârunt: illi enim in initio hoc Nomen ſine Vocalibus ſcriptum videntes, & verum ejus ſonum ignorantes, quiſque pro libitu pronuntiabat ut ſibi videbatur, vel prout in buccam venerat: unde tanta in hoc nomine diverſitas.

Ab iſto Vocabulo etiam denominata ſunt quædam ad Ludum non ſemper pertinentia, ſed tantùm propter Strias & Teſſellationem ſic dicta. Ex. gr. apud Indos (quod à Mercatoribus didici,) *Sitrungee* eſt ſpecies *Panni* ſic dicti, viz. *Stragulum ſtriatum* latioribus ſtriis, propter aliquam ſimilitudinem cum Scaccario, cujus locum talis *Pannus* aliquando ſupplere ſolet. Eſt quoque شطرنجي *Shatrangi* quædam ſpecies *Panis*, qui propter admixtos latiores furfures, quodammodo variegatus & quaſi teſſellatus eſſe videtur. Deſcriptio Perſicè in Libro *Pherhengh Gjihânghîri* talis eſt, *Shatrengi vocant Farris partes ſimul mixtæ: adeò ut ſi Pulmentum ex eo coquunt, id vocant Pulmentum Shatrengicum; vel ſi Panem ex eo coquunt, eundem nominant Panem Shatrengicum*; quæ viliora haberi ſolent. Ideoque Sheich Aúhadi poëta dicit,

سفرهٔ چرخ ونان شطرنجي
چيست تا در سماط اوسنجي

Menſa Orbis-cœleſtis & Panis Shatrengicus,
Quid ſunt ut in convivio ea ponderes?

id eſt, quamvis Orbis-cœleſtis Expanſum ad inſtar Menſæ ſternatur, & Stellis tanquam Ferculis varie

rie ornetur, homini tamen esurienti nihil est, respectu mensæ bono apparatu instructæ: nec in delicatioris cibi censu habendus est Panis Shatrengicus, *i.e.* ex farre seu farinâ furfuribus misto. Hæc inquam quid sunt, ut in convivio seu benè instructâ mensâ ea æstimes, eorum aliquam rationem habeas, aut alicujus momenti ac ponderis esse censeas?

Supradicti nominis aliam significationem adducit Megiserus in Dictionario Polyglotto, dicens quod in lingua Carinthiæ *Shtreng* sit *Strenuus*; fortasse quia quasi strenui & pugnaces habentur Viri Shatrangici, scil. Frustula militaria seu Milites lusorii.

A dictis Nominibus Orientalibus, Græci aliquas deduxerunt formas, quas aliquantulùm immutatas ac detortas, pro hujus Ludi Nominibus venditarunt. Exempli gratiâ, Græci hodierni, ut & ii mediæ ætatis, suo modo hunc Ludum vocant scribúntque Σαντρὰζ: & in Ducæ Byzantinâ Historiâ eodem fermè modo legitur Σαντσὰτζ, quod ille Ducas Persicum esse dicit. Hæc autem ex communi Græcorum usu, patiuntur Metathesin literæ ρ, quæ meliùs rescribenda sunt Σαρτάζ & Σατρὰντζ, cùm utrumque horum manifestò sit ipsissimum vocabulum شطرنج *Shatrànj* seu *Shatranzj*; excepto quod Græci sonum τῦ ش *sh* suis literis exprimere nescientes, cogantur scribere *Satranz* per Σ seu *S* simplex in initio fine Aspiratione, & per ζ loco *g* mollis in fine, cum Græci *g* molle non habeant.

Vocabuli Σαντρὰζ alius eſt uſus apud modernos Græcos inter Turcas viventes & Turcicè loquentes, à perplexitate hujus Ludi (ut videtur) deſumptus; quo ſignificatur *Stultus* & *Ignarus* homo ruſticis moribus imbutus, ſeu *homo implicati ingenii*, qui ſe extricare nequit. Græci enim Turcicè loquentes dicunt, *Icùl bre Santràzj*, id eſt, ἄπλυτε ξακὰ ἐμπλεγμένε, ſicut me olim docuit Hieremias ſacerdos Græcus Doctiſſimus. In hac loquendi formulâ, vocula *Brè* fit à Græco μωρὲ, *ô ſtulte*: ab hoc enim contractè fit μρὲ, & hinc facilioris ſoni causâ βρὲ. Sic D. *Rhodocanaces*, *Icùl* verò eſt pro اچكغل *Icghil*, ſeu ut vulgus *Icghùl*, i. e. *fuge*, ab اچكمق *Icamak*, i. e. *fugere*. Quin etiam dictus *Hieremias* aliam me docuit Formulam vituperandi aliquem, *O bir ghedi Santràzj-dur ki olagjàk deghil-dur*, id èſt, eodem interprete, Ἐκεῖνός ἔστιν εἷς ἀνόητος ἐμπεπλεγμένος ὅπου ἀλλέως ἢ γένηται. Hæc enim verba ſuâ manu ſcripſit. Turcica vero ſtrictius reddi poſſunt, *Ille eſt cornutus* ἐμπεπλεγμένος *qualis futurus non eſt alius*; nempe ita ut ei par inveniri non poterit.

Sunt quidam Græcorum qui ab eodem vocabulo *Shatràngj* ſeu *Satràngj* ſive *Satrèngj*, deduxerunt aliam Formam quâ hic Ludus nominatur Ζατρίκιον, quod certè eſt quaſi Ζατρίκι, ſeu additâ terminatione Græcâ, Ζατρίκιον: hoc enim modo perventum eſt ad Ζατρίκιον, omiſſo ν, uti fere ſolent facere mediæ ætatis Scriptores in vocibus peregrinis, qualia ſunt Καστρήσιον ſeu Καστρίσιον *Caſtrenſe*, Ἔρμητα *Armenta*, &c.

His

His positis, abundè constare potest quantùm erraverit Doctiss. Salmasius, qui asserit Nomen Ζατρίκιον unà cum ipso Ludo à veteribus Græcis manâsse. Mirum quod nemo Veterum hujus unquam meminerit! Utinam potuisset citare ullum ante mediam ætatem Autorem qui hujus Vocabuli vel semel mentionem fecerit. Aliàs enim illius Assertio est gratis facta; & quâ ille asseruit, eâdem facilitate negari potest.

Anna Comnena in Alexiade meminit Patrem suum Imperatorem ad diluendas negotiorum curas, cum aliquot ex Consanguineis suis de noctu aliquando lusisse Ζατρίκιον, quod ipsa Anna dicit *ab Assyriis ad nostrum usum propagatum*. Et tamen Doctiss. Possinus in suo Glossario Annæo, conatur deducere illud Nomen non ex linguâ Assyriacâ, sed à Græco Ζητρεῖον, seu Ζατρεῖον, id est, *Pistrinum, Ergastulum*: hinc enim ὑποκοριστικῇ ἐπενθέσει extensum putat Ζατρίκιον; idque præsertim, cùm (illo dicente) in aliquo Anonymo mediæ ætatis Glossario MS legatur, Ζατρίκιον, ὁ κοῦσπος τὸ τῶν δούλων κολαστήριον, id est, *Zatricium est Cuspos* [*Cippus* stocks] *servorum puniendi locus*. Cum autem in solo isto Manuscripto legatur Ζατρίκιον, & omnes alii Autores legant tantùm Ζατρεῖον, seu potius Ζητρεῖον, (sic Moschopulus, Ζητρεῖον κοινῶς ὁ κοῦσπος, i. e. *Cippus*,) suspicor in dicto MS mendum esse Librarii; adeo ut pro Ζατρίκιον, legendum sit Ζατρεῖον. Quærendum igitur, annon in dicto MS Glossario prorsus omissum fuerit Ζατρεῖον, dum Ζατρίκιον ejus loco substituitur? Nam non possum imaginari dicti Glossarii Autorem, quamvis fortè

fortè modernum, eum in modum judicio deſtitutum, ut ex induſtriâ hæc duo (quaſi idem eſſent,) confuderit. Quia vero ſignificatio *Cippi* aut *Piſtrini*, nihil ad Ludum faciebat, D. Poſſinus nimis ſubtiliter ulterius excogitavit, hunc Ludum primò forte in uſu fuiſſe apud Latrones eundem exercentes in *Carcere*, cujus muros per Alvei luſorii Margines ſeu Limbos deſignari imaginatus eſt: hinc putat fieri poſſe, ut Nomen loci (ſc. *Carceris*,) ubi hic Ludus exercebatur, tranſlatum fuerit ad ipſum Ludum. Sed quàm longe petitum hoc! Et præterea, non animadvertit, *Latrunculos* & *Latrones*, apud Veteres non ſignificâſſe *Fures*, ſed *Milites*, & *Latrocinari*, eſſe *Militare*; & inſuper verum *Ludum Latronum*, ab hoc noſtro longe diverſum eſſe, ut ſuo loco monſtrabitur: quæ ſane plane ſubvertunt dictæ ejus opinionis fundamentum de Latronibus in Carcere, qui potius in libero Exercitu verſari debuerint. Deinde, cum particularium Scachorum figuræ ſint à ſe invicem diverſæ, nulla verò Latrunculorum à ſe invicem in figurâ diverſitas apud Romanos Scriptores ullibi memoretur, impoſſibile eſt quod *Latrunculorum* nomine *Scachos* intellexerint.

Ille quoque huic Ludo perperàm applicat Theocriti locum in Idyllio ſexto, (Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς κινεῖ λίθον, *& à linea movet lapidem*,) qui de alio plane diverſo Ludo intelligendus eſt, non autem de *Zatricio*: de quâ re non multum (ut ſpero) dubitabitur, cum exploratum habeamus tempore Theocriti (qui circa finem Monarchiæ Perſarum

rum vixit,) *Zatricii* Ludum non fuisse inventum, nec in rerum naturâ extitisse: ex authenticis enim & indubitatissimis Testimoniis, illius Inventio, vel saltem ex Indiâ in Persidem missio, refertur ad tempora Regis Nushirravâni, qui fuit Justiniano Imperatori coævus.

Per *lapis à lineâ*, idem vir Doctissimus intelligit *Regem è loco suo movendum*, ut hostes debellare possit: quod sanè hujus Ludi naturæ non benè quadrat; cùm Regis motiones ad periculum evitandum, potiùs quàm injuriam inferendam, disponi ac ordinari soleant: ideóque ipse nimis temerè hanc suam sententiam à Scacchotechniæ peritis approbatam esse pronuntiavit. Ille verò excusandus est, quòd à Scholiaste Græco (ut videtur) seductus fuerit: nam Zacharias Calliergus ad dictum Theocriti locum commentatus, eum de *Zatricio* seu *Scachomachiâ* exponit, his verbis, Παροιμία ἐστί. —— Ἡ δὲ λέξις μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν παιζόντων κοινολέκτως λεγόμενον Ζατρίκιον· ἐκεῖνοι γὰρ ὅταν πολλὰ πονήσαντες οὐ δύνανται ἑτέρως νικῆσαι τὸν ὅμοιον παίκτορα, κινοῦσι καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς λίθον τὸν οὕτω Βασιλέα καλούμενον. *Paræmia est.* —— *Metaphorica autem locutio est à consuetudine ludentium vulgò dictum Zatricium: illi enim postquam multis tentatis, Collusorem aliter vincere non possunt, movent à lineâ Lapidem, nempe illum qui Rex appellatur.* Quantùm hallucinatus est Scholiastes! Nam præterquàm quod *Zatricium* non nisi post tempora Theocriti fuit inventum, irrefragabili autoritate liquet supradictum Theocriti locum, de alio Ludo qui Πεττεία dicitur, intelligi debere, quod statim probabitur.

In eundem quoque lapidem locúmque impingens Cl. Meurſius, qui (in Libello de Ludis Græcorum,) aliter ſe expedire non potuit, quàm confundendo Ζατρίκιον & Πεττείαν, quaſi hæc duo Nomina eundem Ludum denotarent. Et ad illuſtrandum Πεττείαν, perperàm omninò adducit ex Latinis aliquot Verſus qui planè ad *Latrunculos* ſpectant. Πεττεία, autem, (q. d. Πεττεία,) talis erat Ludus in quo uterque Colluſorum quinque Calculos habebat in Laterculo totidem Lineis diſtincto, i. e. quinque ex utrâque parte; in quarum medio erat Ἱερὰ γραμμή, quæ omnes junctim, unà cum mediâ ſeu ſacrâ, undecim Lineas faciebant. Errat quoque D. Meurſius in Πεττεία, ſtatim in ipſo limine, ubi hanc quæ quinis utrinque Calculis ludebatur, confundit cum Πόλει, qui ſecundum Pollucem erat Ludus planè diverſus, qui πολλοῖς Ψήφοις exercebatur; ubi ludentium induſtria verſabatur, ut duo Calculi concolores alterum diſcolorem circumventum tollerent; quod fortè *Latrunculorum Ludo* competat, ubi quiſque periturus *gemino hoſte perit*. Hic Ludus *Pettia*, in uſu fuit tempore Sophoclis, qui multò antè *Zatricii* inventionem vixit. Sed ut dictis fidem meliùs adſeramus, omnia ipſis Polydeucianis verbis habe: Τὸ δὲ Πεττεύειν καὶ ἡ Πεττεία, καὶ τὸ Πεττόν, ὄνομ' ἦν· καὶ Πεττονομεῖν, καὶ Πεττευτής. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν ἐκείνοις προείρηται. Ἐπειδὴ δὲ ψῆφοι μὲν εἰσιν οἱ Πεττοί, πέντε ἑκάτερθεν εἶχε σφῶν παιζόντων ὅλη πέντε γραμμῶν, εἰκότως εἴρηται Σοφοκλεῖ·

Καὶ Πεττὸ πεντάγραμμα, καὶ Κύβων Βολάς.

Τῶν

Τῶν δὲ πέντε ἑκατέρωθεν γραμμῶν μέση τις ἦν, Ἱερὰ καλουμένη γραμμή· καὶ ὁ τὸν ἐκεῖθεν κινῶν Πεττὸν, παροιμίαν ἐποίει, Κινῶ τὸν ἀφ' Ἱερᾶς, &c. A lineâ itaque mediâ, (non quintâ, ut malè Meurſius,) quæ *Sacra* dicebatur, non temerè Calculum movebant, ſed ſummâ urgente neceſſitate; ut recte monet Euſtathius, notátque (ut & ſupra Pollux,) inter quinas utrinque Lineas, ductam fuiſſe aliam ſeorſim à reliquis, quæ *Sacra* dicebatur: παρετείνετο δέ φησι, δι' αὐτῶν, καὶ μέση γραμμὴ, ἣν Ἱερὰν ὠνόμασαν, ἐπεὶ ὁ νικώμενος ἐπ' ἐσχάτην αὐτὴν ἵεται. Et Suidas, Κινήσω τὸν ἀφ' Ἱερᾶς· τοῦτο ἐπὶ τῶν τὴν ἐσχάτην βοήθειαν κινούντων τέτακται. Ex his ſatis liquet, quàm malè dictus Theocriti locus ſit à Græco Scholiaſte explicatus, & inde à Poſſino & Meurſio Scachotechniæ ſeu Zatricio perperàm applicatus.

De Peſſorum Ludo, vide plura particularia infrà in *Hiſtoriâ Aleæ*. Ab eo autem diverſus videtur *Peſſorum Ludus* apud Athenæum lib. 1, ubi tradit, Procos apud Homerum pro foribus luſiſſe πεσσοῖσι. Hi erant 108, qui totidem quot ipſi eſſent, calculos inter ſe contrarios, numero pares, ſtatuebant, ut ex utrâque parte 54 eſſent, intermedio quodam ſpatio relicto, quod vacuum eſſet. In eâ Area quæ Acies & Ordines diſcernebat, calculum unum collocârunt, quem Penelopen nominabant. Pro ſigno ac ſcopo is erat, ſi eum quis altero calculo ferire poſſet.

Sed poſt hæc omnia, quale ſit & unde reverà hoc Nomen *Shatrangj* (vel quomodocunque tandem ſonetur,) deductum fuerit, adhuc dicendum reſtat.

De origine itaque ſupradicti Nominis شطرنج *Shatrangj*, ſeu *Shitrengj*, ſive quibuſcunque aliis Vocalibus efferatur, Orientales Etymologiſtæ inter ſe pugnant. Sunt qui conflatum volunt ex صد رنگ *Sad rengh*, i. e. *centum ſtrophæ ac techna* ludentium. Alii à صد رنج *Sad rangj*, i. e. *centum dolores* ſeu *vexationes* Regis & aliorum, ſc. quorumvis ludentium; quod in Libro MS Bibliothecæ Ultrajectinæ de hoc Ludo, legitur *Sedrentz*, i. e. *centum curæ*, minus rectè. Alii à شاه رنگ *Sháh rengh*, i. e. *Regia techna*, quia hic Ludus eſt qui Regibus competat. Alii à شاه رنج *Sháh rangj*, i. e. *Regis dolor* ſeu *moleſtia*, quòd inter ludendum Rex maximè periclitetur, & contra eum ſemper collimetur. Ecteri Kara-Hiſâri ſeu Nigrocaſtellenſis id arceſſit à شد رنج *Shud rangj*, i. e. *abiit dolor* ſeu *moleſtia*, quod hic Ludus maximam delectationem ludentibus afferat, & angentes curas pellat. Sephadius in ſuis Arabicis Commentariis ad *Togrâi Lamiyato 'lAgjam*, tres adhuc Derivationes adducit. Earum prima eſt ab Arabico شطر *Shatr*, i. e. *Dimidium*, quia uterque ludentium Straguli ſeu Alvei luſorii dimidium poſſidet. Huc ſpectat ænigmaticum illud Tetraſtichon, quod (ſi rectè memini) tum in Libro *Muſtátraph* quàm apud Sephadium extat,

يا

يا ذا النهي ما اسم له حاله
يحار فيها الذهن والفكر
له حروف خمسة انها
ثلاثة منها له شطر

O ingenioſe, quid eſt illud cujus nomen eſt ſtatus ejus,
Circa quod cogitatio & ſolertia attonita ſunt;
Cui inquam ſunt quinque literæ,
Quarum tres dimidiam partem faciunt?

Id eſt, quid eſt illud cujus Nomen (viz. Shatrangj) ejuſdem ſtatum ſeu modum indicat, circa quod verſatur cogitatio ad ænigma ſolvendum; viz. cujus literæ ſunt quinque, (ut eſt in voce شطرنج,) & tamen harum tres priores faciunt dimidium: quod quidem non intelligendum eſt de literarum numero, ſed de ſignificatione tantùm, quia *Shatr* eſt *dimidium*.

Secunda apud Sephadium derivatio eſt (quaſi dicas سطرنج per *Sin*) ab Arabico سطر *Satr*, id eſt, *Linea*, ſeu *delineatio*, quâ ſc. Abacus ſeu Alveus luſorius in Areolas diſtinguitur & delineatur. Tertia, quam Sephadius præ cæteris probat, eſt à Perſicis vocibus شش رنگ *Shesh rengh*, id eſt, *ſex colores*: ille autem intelligit, *ſex ſpecies*, quæ ſunt *Shâh*, *Pherzîn*, *Phîl*, *Phàras*, *Rùch*, *Beidak*, de quibus ſigillatim infrà dicetur.

At ſanè frigida eſt hæc opinio, ſeu potius conjectura, & miſerum ignorantiæ refugium, cùm non ſex, ſed unicum tantùm colorem omnes in eâdem parte ſpecies habeant; & *rengh* propriè *colorem*, non verò *ſpeciem* ſignificet. Hoc modo vides quanta ſit inter ipſos Orientales de hujus Nominis originatione contentio & diſſidium, quod mihi certo indicio eſt eam ab iſtis Etymologiſtis omnino ignorari. Ideóque oportet nos altiore adhuc indagine diſquirere unde ejus veriloquium Europæis omnibus & quoque pleriſque Orientalibus hactenùs incognitum, indubitatò arceſſendum ſit.

Hujus itaque Ludi verum Nomen eſt ستررنگ *Satràngh*, ſeu *Satrèngh*, quod eſt vocabulum purum putum Perſicum. Arabes autem id ſuo modo corrumpentes, mutârunt in شطرنج *Shatràngj*, quod (ut ſupra dictum) apud plures alias Gentes receptum eſt & urbe donatum. Quâ autem ratione hocce Nomen huic Ludo tributum fuerit, haud ita obvium erat colligere. Nam probabile eſt Indos (qui hunc Ludum ad Perſas miſerunt,) eum primò nominâſſe جنگ کو وطنخند *Bellum Ghàv & Tálachand*; cùm ad horum Principum inter ſe Bellum eleganter exprimendum excogitaretur; de quo in ſequentibus particulariter agetur. Perſæ autem quamprimùm viderent hunc Ludum exerceri ſculptilibus hominum figuris quæ reverà homines non eſſent, ſtatim dixerunt, Hæc ſunt tot *Satràngh*, id eſt, *Mandragora*,

ra. Et hoc modo ei aptârunt Nomen quo ſuâ linguâ ſignificari ſolebat *Mandragora*, vel collectivè *Mandragora*, qui figurâ quam habent (aut habere ſupponuntur) humanâ, poſſent repræſentare Homines, eorùmque vices in hoc Ludo ſuſtinere: hoc Nomine innuentes hunc Ludum figuris hominum exerceri, & inde Nomen habere, quaſi tot veris Mandragoris Homuncionum formas imitantibus luderetur. Nam inter utroſque ea eſt Analogia, ut, cùm Mandragoræ ſint mutorum Hominum figuræ, ideò inanimatæ in hoc Ludo Perſonæ ſub eorum Nomine & ſpecie commodiſſimè repræſentari & inde denominari potuerint: nam ejuſmodi exangues Homunculi ex Mundo ſubterraneo prodeuntes, ad exuccos Milites in Bello incruento & umbratili prælio denominandos & adumbrandos ſufficiant. Ut ita tandem ex fictis hiſce Imagunculis minime vivis, veri Belli viva Imago eliciatur. Iſti exhumati quaſi tot veterum Regum milites qui prælio interierant, è ſepulchris eruti, planè ad Bellum renati videntur: namque haud citiùs luce fruuntur æthereâ aurâ veſcentes, quàm in ipſâ quaſi infantiâ ſeu renovatâ juventute ad pugnam ſe accingunt; ſurdi, nihil audientes de concordiâ; muti, nihil loquentes de pace; conſilium ſuum nimiâ loquacitate non produnt, ſed in procinctu omnes tacitè erecti ad Bellum, quod quale ſit, ex ſolis eorum actionibus diſcernitur.

Huic rei quam paulò ante conjecturâ aſſecutus fueram dum cogitans in lecto jacerem, pleniorem fidem

fidem fecit Libri *Pherhengh Gjihân-Ghîri* Autor dictus *Anjou*, qui gente Persa, patriâ Indus, quem tum ſtatim conſului, & conceptæ ſpei hoc modo reſpondentem inveni, ستردنك نام نباتيست شبيه بآدمي — بتازي يبروح الصنم — وبارسي كه معروف ومشهور است بدين اعتبار كردند كه صورت انسانرا از چوب ساخته اند ستردنك نام نهاده اند ومعرب آن شطرنج است كه اكنون بتعريب اشتهار دارد

Satràngh eſt nomen plantæ quæ Hominem refert: Arabicè dicitur Mandragora ſimulachralis ſive *figuratus. Hinc Ludus ille notiſſimus & celeberrimus denominatus eſt: quia enim in eo ſunt Hominum figuræ ex ligno formatæ, ei impoſuerunt Nomen Satrangh. Arabizatum verò ſonat Shatrangj, quod ſecundum hanc Arabizationem celebre circumfertur.*

Mandragora aliàs vocatur مردم گياه *Mérdum Ghiyâh*, i.e. *Herba humana*. Arabicè autem dicitur, *Tabrûh Al Sánam*, i.e. *Mandragora ſimulachralis*, propter hominis figuram quam habere cenſetur: ſed valdè imperfectè, niſi accedat Ars, ut ſolent facere aſtuti nebulones, præſertim in Bryoniæ radice.

Elegans certe Inventum, animo à negotiis ſoluto exhibens recreationem ingenioſam, amœnum ſcil. ſpectaculum duorum Principum inter ſe pro victoriâ concertantium; ubi belligeratur abſque vulneribus, pugnatur abſque irâ, & litigatur abſque invidiâ. Nec ſanè illepidum eſt

aut

aut cogitatu injucundum, cum Persis imaginari nos in hocce prælio luctrâsse quasi ex humo exortos Radicum Exercitus pro laribus ac focis fortiter decertantes; sc. Mandragoras (illos inquam Terræfilios) è loculis suis exilientes & inter se rixantes, ac tanquam Veterum Γιγαντῆς pugnam Giganteam conferentes; dum vegeto animo & florido vultu in apertum Campum erumpentes prodeant, & crescente certamine contra se invicem dimicent, donec tandem imaginariam cædem, belli scil. incruenti fructum pariant; & postremò altera pars victoriæ Palmam reporter, altera vero fusa debellata & abolita sit, & quasi radicitùs ex terrâ viventium extirpata, siccâ morte moriatur.

Sed & propter aliquam cum Mandragoris analogiam, reperitur Arbor quædam eodem Nomine *Satrângh* dicta, quæ tamen aliàs plerumque vocari solet وواك *wâkwâk*, seu *Vâkvâk*; quippe cujus Fructus humanum Caput referre dicitur, & putatur edere vocem *Vâkyâk*, unde impositum Nomen. Vox autem reverà procedit à duriorum fructuum inter se collisione dum vento agitantur: nullum enim aliud colloquium eloquiumve exercent. Et quia Mandragoræ humanum figuram referentes, speciem humano more non multiplicant, sed eo respectu steriles esse videntur, inde factum est ut قصر عورت *fœmina sterilis* aliquando eodem nomine vocetur ستـرنـگ *Satrângh*, cùm humanâ sit formâ, & tamen imprægnari non possit, æquè ac Mandragoræ Radix.

Et in eundem ſenſum venit استرون *Uſtérven*, (haud multum differens ab *Uſterengh*, & forté pro eo,) etiam *fœminam ſterilem* ſignificans. Et quidem ex dictis & allatis exemplis videatur conſectarium, quòd omnibus rebus naturaliter aliquid humanæ figuræ referre videntibus, aut vice verſâ hominibus Mandragoras vel ſterilitate vel aliter referentibus, idem *Mandragoræ* nomen apud Orientales imponi ſoleat. Et, dicta omnia in unum conſpirantia, dederunt occaſionem ut hicce Ludus humanam formam quodammodo æmulans, nominaretur *Satrángh*.

Cæterùm hoc Nomen, quatenùs *Mandragoram* notat, non uno, ſed variis modis ſcribitur & pronuntiatur. Scribitur enim ستردنگ *Satrángh* ſeu *Satrèngh*, vel *Sitrángh* ſeu *Sitrèngh*, vel *Sutrèngh* ſeu *Sutrángh*, vel استردنگ *Iſteràngh* ſeu *Iſterengh*. In uno aliquo Lexico Perſico MS ſcriptum vidi per *Shin* شترنگ *Shatrángh*, quod mendis accenſeo; à quo tamen commodè fiat Arabizatum شطرنج *Shatrángj*. Et quidem hæ omnes formulæ ad *Mandragoram* denotandam adhiberi poſſunt & ſolent: & quotquot modis effertur hoc Mandragoræ Nomen, totidem formis hic Ludus nuncupari poſſit. Uſitatior autem pronuntiandi forma, quæ etiam pro hujus Ludi Nomine adhiberi ſolet, eſt *Satrángh* ſeu *Satrèngh*, ut ſuprà notavimus. Et hoc modo enucleatum habes, quâ ratione hicce Ludus iſto Nomine inſignitum fuerit; ſcil. quaſi dictus fuerit *Ludus Mandragoralis* ſeu *Mandragorarum*, quippe qui ſecundùm

cundùm Perſarum ſententiam, Mandragoris loco hominum exerceri ſoleat. Unde & hoc Opuſculum à me nuncupatum eſt MANDRAGORIAS: & quidem *Mandragoriadis* Nomen Anglicè haud incommodè dicatur **Mandrake-play**, ſi vim vocis exprimere velimus.

Sed ut etiam reliqua aliarum Gentium Nomina hujus Ludi perſequar, apud Malayenſes Indos hic Ludus videtur obtinuiſſe Nomen à Stragulo ſuper quo luditur deſumptum: illis enim is dicitur *Tjator*, quod eſt nil niſi Perſicum چادر *Tchâdir*, quo *Stragulum* quidvis, & quoque *Lodix*, *Linteúmve* Lecti notari ſolet: cùm ſuper Stragulo (plerumque ſtriato) humi ludere ſemper ſoleant.

Hanzoannitarum Legati quibuſcum collocutus ſum, dicebant *Shatrangj* ſuâ linguâ vocari افوده *Uſûba*, quod hoc modo pro me ſcribebant literis Arabicis: his enim ſuas Literas Credentiales ſcribebant, eiſque ſemper in ſcribendo utuntur, cùm in Hanzoannenſium linguâ vernaculâ nullas nec literas nec characteres habeant, nullúmque Alphabetum.

Linguâ *Hainam*, i. e. *Annamiticâ* ſeu *Tunchinenſi*, Scachi vocantur *Con co*, i. e. *Pezas de jogo*, ut Hiſpanicè explicatur; ſcil. *Fruſtula Luſoria*: ſic enim (ut videtur) totum hunc Ludum à parte denominare ſolent. Alonſo de Molina notat *Juego de Axedrez* linguâ Mexicanâ vocari *Quauhpatolli* ſeu *Quappatolli*; & *Tablero de Axe-*

drez dici *Patolvapalli*, i. e. *Luſoria Tabula*: nam *patóa* eſt *ludere*, & *patolli* eſt *ludus*; ideoque ſuſpicor præfixum vocabulum *Quauh*, factum fuiſſe ab Hiſpanico *Jaque* ſeu (ut etiam pronuntiari ſolet) *Quaque*. Ab Hiſpanis enim probabiliter hunc Ludum acceperint incolæ regionis Mexico, qui fortè ante Hiſpanorum adventum nihil de tali Ludo audiverant.

Quamvis verò reliqui Europæi & pleræque aliæ Gentes adhibeant Nomen ex Oriente quodammodo derivatum, ex hoc tamen cenſu excipiendi ſunt Hiberni, qui non ab aliis mutuò acceperunt, ſed ab ipſâ hujus Ludi naturâ (ut eis videbatur) defumptum vocabulum ſibi confingentes & adoptantes, id huic Ludo in ſuum uſum aptârunt. *Shahiludii* enim naturam ſeu ingenium ac indolem intuentes, (quòd ſcil. difficile eſſet, & aliquando mentem torqueret,) inde aptum ei impoſuerunt Nomen quod eorum literis ſcribitur bnanɔub *Brandubh*: ſed cùm nis ɔ & b ſuperſcribi debeat punctum quod quieſcentiæ Nota, pronuntiatur tantùm *Bránnuh*, id eſt, *Viſceribus nigrum*; nam *Bran* eſt *Viſcera ventris*, & *dubh* eſt *nigrum*: q. d. id quod viſceribus & cordi grave ac tœdioſum eſt. Sunt ex Hibernis qui ſcribunt *Brandabh*, & pronuntiant *Brannaw*. Aliis quibuſdam hic Ludus ſimpliciter dicitur Bnan *Bran*, ſeu Bnain *Brain*, quod liquet ex Proverbio Hibernico, Nı bnaire Feap bnain na é, i. e. *Non eſt agilior Scachus quàm ille*; ſcil. propter celerem Scachorum motionem de loco in locum, & quaſi agilitatem in tranſiliendo Areolas Scaccarii,

carii, quamlibet transcurrendo Lacustria imitari & æquare videbatur ille Hibernus de quo cusum est Proverbium, ut & alii omnes de quibus usurpari solet. Nam Fean bnain est *Vir Scaccarii*, ut Anglicè dicimus **Chess-man**. Nec tantùm Reges Hiberniæ, sed & veteres Reges Angliæ *Scaccaria* servâsse constat. De hoc D. du Fresne in Glossario sequentia adducit ex Bromptono, ubi de solenni Processione facta in Coronatione Richardi I Regis Angliæ dicitur, *Et post illos veniebant 6 Comites portantes unum Scaccarium, supra quod posita erant Insignia Regalia & Vestes.* Et mox inter supellectilem Regiam enumerat *Pelves, Utres, & Scaccaria, Ollas argenteas, & Candelabra*, &c. Et his addendum, quòd à Scachis *Fiscus Regius* nominatur *Scaccarium*, **Exchequer**; de quo Nomine alibi dicetur.

Quomodo hic Ludus à Judæis appellatur, suprà dictum est. Hi tamen aliquando aliter eum vocant קוביא *Cubîa*, (male huic applicato alterius Ludi Nomine,) quod legitur in Libro *Cózari* prope finem in exemplari MS; cujus Nominis loco in Codice impresso legitur אישקאקש *Eschaques*, rectiùs.

Syris etiam impropriè hic Ludus dicitur ܟܘܦܣ *Kûphos*, quod (ut & קוביא) fit ex Græco Κύβος & Κυβεία, quæ propriè & primitùs ad *Nerdiludium* pertinent, & ad *Aleam*. Quòd autem hic error altiùs irrepserit, & inter aliquos Arabum etiam penetraverit, liquet ex *Camûsi* Autore *Phiruzabádio*, qui obiit anno Hegj.

Et in eundem ſenſum venit استرون *Uſtérven*, (haud multum differens ab *Uſterengh*, & forté pro eo,) etiam *fœminam ſterilem* ſignificans. Et quidem ex dictis & allatis exemplis videatur conſectarium, quòd omnibus rebus naturaliter aliquid humanæ figuræ referre videntibus, aut vice verſâ hominibus Mandragoras vel ſterilitate vel aliter referentibus, idem *Mandragoræ* nomen apud Orientales imponi ſoleat. Et, dicta omnia in unum conſpirantia, dederunt occaſionem ut hicce Ludus humanam formam quodammodo æmulans, nominaretur *Satrángh*.

Cæterùm hoc Nomen, quatenùs *Mandragoram* notat, non uno, ſed variis modis ſcribitur & pronuntiatur. Scribitur enim ستردنگ *Satrangh* ſeu *Satrèngh*, vel *Sitrangh* ſeu *Sitrèngh*, vel *Sutrèngh* ſeu *Sutrangh*, vel استردنگ *Iſterangh* ſeu *Iſterengh*. In uno aliquo Lexico Perſico MS ſcriptum vidi per *Shin* شترنگ *Shatrangh*, quod mendis accenſeo; à quo tamen commodè fiat Arabizatum شطرنج *Shatrángj*. Et quidem hæ omnes formulæ ad *Mandragoram* denotandam adhiberi poſſunt & ſolent: & quotquot modis effertur hoc Mandragoræ Nomen, totidem formis hic Ludus nuncupari poſſit. Uſitatior autem pronuntiandi forma, quæ etiam pro hujus Ludi Nomine adhiberi ſolet, eſt *Satrangh* ſeu *Satrèngh*, ut ſuprà notavimus. Et hoc modo enucleatum habes, quâ ratione hicce Ludus iſto Nomine inſignitum fuerit; ſcil. quaſi dictus fuerit *Ludus Mandragoralis* ſeu *Mandragorarum*, quippe qui ſecundùm

cundùm Perſarum ſententiam, Mandragoris loco hominum exerceri ſoleat. Unde & hoc Opuſculum à me nuncupatum eſt MANDRAGORIAS: & quidem *Mandragoriadis* Nomen Anglicè haud incommodè dicatur Mandrake-play, ſi vim vocis exprimere velimus.

Sed ut etiam reliqua aliarum Gentium Nomina hujus Ludi perſequar, apud Malayenſes Indos hic Ludus videtur obtinuiſſe Nomen à Stragulo ſuper quo luditur deſumptum: illis enim is dicitur *Tjator*, quod eſt nil niſi Perſicum چادر *Tchâdir*, quo *Stragulum* quidvis, & quoque *Lodix*, *Linteúmve* Lecti notari ſolet: cùm ſuper Stragulo (plerumque ſtriato) humi ludere ſemper ſoleant.

Hanzoannitarum Legati quibuſcum collocutus ſum, dicebant *Shatrângj* ſuâ linguâ vocari اوزبه *Uſûba*, quod hoc modo pro me ſcribebant literis Arabicis: his enim ſuas Literas Credentiales ſcribebant, eiſque ſemper in ſcribendo utuntur, cùm in Hanzoannenſium linguâ vernaculâ nullas nec literas nec characteres habeant, nullúmque Alphabetum.

Linguâ *Hainam*, i. e. *Annamiticâ* ſeu *Tunchinenſi*, Scachi vocantur *Con co*, i. e. *Pezas de jogo*, ut Hiſpanicè explicatur; ſcil. *Fruſtula Luſoria*: ſic enim (ut videtur) totum hunc Ludum à parte denominare ſolent. Alonſo de Molina notat *Juego de Axedrez* linguâ Mexicanâ vocari *Quauhpatolli* ſeu *Quappatolli*; & *Tablero de Axe-*

drez dici *Patolvapalli*, i. e. *Lusoria Tabula*: nam *patóa* est *ludere*, & *patolli* est *ludus*; ideoque suspicor præfixum vocabulum *Quauh*, factum fuisse ab Hispanico *Jaque* seu (ut etiam pronuntiari solet) *Quaque*. Ab Hispanis enim probabiliter hunc Ludum acceperint incolæ regionis Mexico, qui fortè ante Hispanorum adventum nihil de tali Ludo audiverant.

Quamvis verò reliqui Europæi & pleræque aliæ Gentes adhibeant Nomen ex Oriente quodammodo derivatum, ex hoc tamen censu excipiendi sunt Hiberni, qui non ab aliis mutuò acceperunt, sed ab ipsâ hujus Ludi naturâ (ut eis videbatur) desumptum vocabulum sibi confingentes & adoptantes, id huic Ludo in suum usum aptârunt. *Shahiludii* enim naturam seu ingenium ac indolem intuentes, (quòd scil. difficile esset, & aliquando mentem torqueret,) inde aptum ei imposuerunt Nomen quod eorum literis scribitur bpanδub *Brandubh*; sed cùm τοῖς δ & b superscribi debeat punctum quod quiescentiæ Nota, pronuntiatur tantùm *Bránnuh*, id est, *Visceribus nigrum*; nam *Bran* est *Viscera ventris*, & *dubh* est *nigrum*: q. d. id quod visceribus & cordi grave ac tœdiosum est. Sunt ex Hibernis qui scribunt *Brandabh*, & pronuntiant *Brannaw*. Aliis quibusdam hic Ludus simpliciter dicitur Bpan *Bran*, seu Bpain *Brain*, quod liquet ex Proverbio Hibernico, Ni bpaire Feap bpain na é, i. e. *Non est agilior Scachus quàm ille*; scil. propter celerem Scachorum motionem de loco in locum, & quasi agilitatem in transiliendo Areolas Scaccarii,

carii, quamlibet transcurrendo Lacustria imitari & æquare videbatur ille Hibernus de quo cusum est Proverbium, ut & alii omnes de quibus usurpari solet. Nam Fean bnain est *Vir Scaccarii*, ut Anglicè dicimus **Chess-man**. Nec tantùm Reges Hiberniæ, sed & veteres Reges Angliæ *Scaccaria* servâsse constat. De hoc D. du Fresne in Glossario sequentia adducit ex Bromptono, ubi de solenni Processione factâ in Coronatione Richardi I Regis Angliæ dicitur, *Et post illos veniebant 6 Comites portantes unum Scaccarium, supra quod posita erant Insignia Regalia & Vestes.* Et mox inter supellectilem Regiam enumerat *Pelves, Utres, & Scaccaria, Ollas argenteas, & Candelabra*, &c. Et his addendum, quòd à Scachis *Fiscus Regius* nominatur *Scaccarium*, **Exchequer**; de quo Nomine alibi dicetur.

Quomodo hic Ludus à Judæis appellatur, suprà dictum est. Hi tamen aliquando aliter eum vocant קוביא *Cubîa*, (male huic applicato alterius Ludi Nomine,) quod legitur in Libro *Cózari* prope finem in exemplari MS; cujus Nominis loco in Codice impresso legitur אישקאקש *Eschaques*, rectiùs.

Syris etiam impropriè hic Ludus dicitur ܟܘܦܣ *Kûphos*, quod (ut & קוביא) fit ex Græco Κύβος & Κυβεία, quæ propriè & primitùs ad *Nerdiludium* pertinent, & ad *Aleam*. Quòd autem hic error altiùs irrepserit, & inter aliquos Arabum etiam penetraverit, liquet ex *Camûsi* Autore *Phiruzabádio*, qui obiit anno Hegj.

817, Christi 1414; ille inquam in suo Verborum *Oceano* habet الكوبة النرد او الشطرنج *Cûba est idem qd Nerd aut Shatrangj*. At sanè *Cûba* planè irreptitium est in Linguam Arabicam nuperis seculis, & à dicto Autore aliàs doctissimo perperàm applicatum *Shahiludio*, de quo id dici non agnoscunt antiquiores, ex quorum numero est *Giéuhari*, qui Opus suum absolvit anno Hegj. 390, Christi 999. At apud *Ecteri* quamvis recens sit, (tamen & accuratus,) كوبة *Cûba* de solo *Nerdiludio* rectè exponitur.

Ejusdem farinæ est Nomen *Tabula*, quod in Onomastico Copt-Arabico explicatur الشطرنج *AlShatrangj*, malè, cùm *Tabula* propriè sit *Nerdiludium*: nisi velimus ut idem Nomen applicetur cuivis Ludo qui in Tabellâ exercetur, quod monstrosum. Hi itaque sunt vulgati errores, qui tamen diuturno ac inveterato usu in quibusdam locis recepti sunt, & ad hodiernum usque diem obtinentes, ubi ab inaccuratis unius Ludi Nomen minùs rectè alteri adscribitur.

§. II.

§. II. *De Shahiludii Inventore seu Autore, & de tempore, loco, & occasione Inventionis.*

DE istius Ludi origine, variæ sunt opiniones, quas pro hujus instituti ratione breviter recensebo; & tandem quænam sit verior, statuam & determinabo.

Sunt qui Ægyptiis ejus inventionem tribuunt. Et ex Judæis nugatores sunt qui non erubescunt hoc Inventum Salomoni adscribere; de quâ re videsis Schickardum in *Taarich*, p. 66, & 146. Dan. Souterius in Libello *de Tabulâ lusoriâ* somniat se probâsse Palamedem inveniisse hunc Ludum, pro delectatione & diverticulo Græci exercitûs in Obsidione Trojanâ. Sed miror delirantem, cùm omnia quæ ad firmandam suam sententiam adducit ex Cedreno, Porphyrogennetâ, aliisque Græcis Testimonia, ad hunc Ludum non spectent; sed potius tendant ad probandum Palamedem inveniisse *Tabulam & Tesseras*. Sed nec hoc verum esse infrà in suo loco evincetur. Hieronymus Vida in *Scacheide*, attribuit Shahiludii inventionem cuidam Philosopho nomine *Xerxi*, quem D. Wielius in dictum Poëma Commentator, putat cognominatum fuisse *Philometrium*, nescio quem: huic opinioni, inquit, ansam dedit Diomedes. Dicuntur Magnates conduxisse illum

Xerxem

Xerxem virum ingeniosum, hunc Ludum excogitare pro Rege aliquo Chaldæo seu Babylonico, qui noluit aliter de injustitiâ suâ admoneri, quàm videndo repræsentatum in hac ludicrâ Republicâ, quo modo, ordine, & œconomiâ Rex & Subditi invicem se gerere deberent. Iste Rex Babylonicus, in Libello penes me de hoc Ludo Germanice conscripto, vocatur *Evil-Merodach*; quem D. Olearius in Itinerario suo (p.29) nominat *Elmaradab*, nescio quâ erroris arreptâ ansâ, nisi forte in Oriente illud Nomen hoc modo detortum ac depravatum audierit. Ipsius autem Regis tempore, hic Ludus nondum lucem viderat; quippe qui longo pòst temporis intervallo excogitatus fuerit, ut in sequentibus monstrabitur. Joh. Fabricius asserit Philosophum quendam & Mathematicum apud Persas celeberrimum, cui Nomen شطرنج *Shatrangha*, hunc invenisse Ludum, qui ideò apud posteros Inventoris Nomen retinuit. Nemo autem novit quâ Authoritate hæc assertio nitatur. Anna Comnena in Patris sui Alexii Imperatoris Historiâ, p. 360, tradit hunc Ludum ad Græcos venisse ab Assyriis, Παιδιὰ δὲ τοῦτο ἐκ τῆς τῶν Ἀσσυρίων τρυφῆς ἐξευρημένων, καὶ εἰς ἡμᾶς ἐκεῖθεν ἐληλυθός.

De hâc re non minùs variæ sunt etiam Arabum opiniones. *Sokeiker* Damascenus Arabicè ex *Mes'oudio* narrat hoc modo; *Refert* Mes'oudius *in libro* Murûgjo 'lDáhab, *Reginam quandam habuisse filium adeò fortitudine clarum, ut omnes vicini Reges ab ipso metuerint. Sed tandem aliquis*

quis hoſtis contra illum inſtituit prælium, & nactâ opportunitate, ipſum ab Equo deturbavit ac dejecit. Cúmque diu continuaretur certamen, & Mater metueret annon occidendus eſſet filius, ipſa voluit videre quâratione inſtitutum eſt prælium eorum, ut inde certior facta conſolationem accipere poſſet. Quamobrem aliquis ex prudentioribus Conſiliariis hunc Ludum ob oculos poſuit, ut ita Reginæ innoteſcere poſſet quomodo Rex in domo ſuâ incluſus exire deberet, & quomodo ipſe cum toto equitatu bellum ſuum gerere aggrederetur. Vide ſuprà pag. 22.

Alii Arabum dicunt, *Hunc Ludum inventum fuiſſe in gratiam cujuſdam Regis Indiæ, qui timidus erat, & belli ignarus; ut hoc modo ille poſſet animadvertere quomodo inter duas acies prælium eſſet inſtituendum. Et quòd hac ratione dictus Rex animos aſſumpſerit, & belligerandi artem optimè didicerit.*

Alii ſunt qui dicunt, hunc Ludum inde originem habuiſſe, *quod* ſcil. *quidam ex Regibus Perſarum à Rege Indiæ Tributum poſtulaverit: cúmque Rex de hac re apud Conſiliarios ſuos conquereretur, unus aliquis eorum excogitaverit Ludum* Shatrànj, *quem ad Regem Perſarum miſerunt cum epiſtolâ ſecundùm hunc tenorem; Si abſque ullo Tutore hunc Ludum calluleritis, tum pendemus vobis Tributum. Perlectâ autem epiſtolâ, ſurrexit ex Perſarum Proceribus aliquis qui dixit, O Rex, ego te de hac re informabo. Tum ad Legatum converſus, dixit, O Legate, nonne tu noſti Motiones ſingulorum Fruſtulorum ſecundùm Areolas ſuas? Reſpondit, Imó. Dixit, Monſtra itaque mihi ſolùm quænam ſint veræ Motiones, & tunc ego promittam me ludere poſſe: quod ſtatim fecit optimè. Et*

hoc modo Rex Indiæ obligatus fuit Regi Persiæ Tributum pendere. De tribus hisce opinionibus videantur plura in sequentibus.

In Libro *Mustátraph*, Cap. 75, de hoc Ludo legitur, وقيل انها للمامون *Dicitur quòd tributus fuerit* τοῦ *Al Mâmun* Imperatori, qui seniori suo Fratri *AlAmîno* successit, obiitque anno Hegjræ 206, Christi 833. Sed vix potest esse Mámonis Inventum, cùm Sephadius referat *AlMâmon* non excelluisse in hoc Ludo, quem itaque probabiliter nec invenerit. Verba ejus sunt, قيل ان المامون لا يجيد اللعب بالشطرنج ويقول عجبا كيف ادبر ملك الارض من المشرق الي المغرب ولا احسن تدبير رقعة ذراعين في ذراعين *Dicitur, AlMâmon non excelluisse in Ludo Shatrangj, ideoque ipsum dixisse, Mirum est quomodo possim bernare regna terræ ab Oriente in Occidentem, cùm tamen non possim ritè regere Scaccarium duorum Cubitorum in duos Cubitos!*

Sunt qui credunt Philosophum quendam dictum *Legjlâgj*, fuisse hujus Ludi Inventorem. Sic Ecteri Turcicè refert, لجلاج شطرنج تاليف ايدن حكيم *Legjlâgj est Philosophus qui composuit Shatrangj.* In Glossario quod libro *Shâhnâmæ* adjungitur, paulo aliter legitur *Legjâgj*: لجاج نام واضع شطرنج *Legjâgj est nomen Inventoris* τοῦ *Shatrangj.* Utriusque autem tanquam diver-

diverſorum hominum à ſe invicem diſtinctorum meminit *Mohammed Ibn Sherph Cyrenenſis* in Oratiunculâ Arabicâ elatiore ſtylo conſcriptâ de Laude & Vituperio Shahiludii, pro & contra illud. In dictâ Oratiunculâ (quæ in Sephadii Commentariis extat,) legitur, لعب اصولي وغريب صولي فم لجاجي ولعب لجلاجي *Ludus Oſulæus, & Peregrinus Sulæus,* (i. e. inſultans & furibundus,) *Os Legjagjæum.* (i. e. rixatorium ſeu rixoſum,) *& Ludus Legjlagjæus*; elegantiorem quendam in ſonis Luſum quærendo & affectando: eſt quoque allusio ad peregrinum inſultantem & rixantem Luſorem, qui aperto ore inſultat & rixatur. His itaque verbis continentur Nomina quatuor hominum, qui (ut videtur) tot Shahiludii Inventores fuiſſe à quibuſdam perhibentur, viz. *Legjlâgj, Legjâgj, Sûli,* & *Oſûli*; quorum Nominum hoc ultimum alibi non offenderam. *Legjlâgj* in Libro *Pherhengh Gjihânghîri*, eſt Luſor quidam celeberrimus ac famigeratiſſimus, de quo dicitur لجلاج نام قمار بازيست كه بلجلاج اشتهار دارد *Legjlâgj eſt nomen cujuſdam Luſoris qui famoſus eſt nomine Lilâgj*, i. e. qui vulgò ſic vocatur. Sed quamvis dicitur Luſor in genere, mox videtur reſtrictus ad Shahiludium: nam in Verſu qui pro hujus Luſoris nomine, Autoritatis causâ eodem loco allegatur, fit mentio رخ قطع *Straguli* ſeu *Scaccarii*, & قطع *Fruſtulorum* ſeu Militum, quæ planè ad Shahiludium pertinent.

tinent. Et (ſi Librario fides,) in eodem verſu hoc Nomen ſcribitur لجاج *Lejâgj*, quod Arabicè ſonat *Rixator* in Ludo: unde colligimus, ejus in Ludo celebritatem maximè intelligendam eſſe de *Shahiludio* exercendo. Nam ſanè, ſi utervis horum (ſi modò in hoc loco diverſi ſint) fuiſſet tantùm Aleator aut Luſor in genere (ut قمار باز notare ſolet,) non eſſet cauſa cur dictus *Ibn Sherph Cyrenenſis* eorum mentionem faceret in Oratiunculâ quæ de ſolo *Shahiludio* agit. Sed ad litem hanc dirimendam, Ecteri ſuprà laudatis verbis planè affirmat *Philoſophum Legjlâgj fuiſſe Inventorem τῦ Shatrangj*.

Multi ex Arabibus olim ſolebant hujus Ludi Inventionem tribuere שׁ *Sûli*, quia tam celebris fuit Luſor, ut de eo Proverbium cuderetur. Iſte obiit in urbe Báſra anno Hegj. 335 aut 6, Chriſti 946 aut 7. Arabes tamen ſuos falli dicit celeberrimus *Ibn Chelikân* qui obiit anno Hegj. 681, Chriſti 1282. Iſte inquam in Illuſtrium Virorum Hiſtoriâ in Vitâ *AlSûli* (& ex eo Sephadius) ſic ſcribit, ابو بكر محمد بن يحيى بن عبد الله بن العباس بن محمد صول تكين الكاتب المعروف بالصولي الشطرنجي — وكان اوحد وقته في لعب الشطرنج لم يكن في عصره مثله في معرفته والناس الي الان يضربون

يضربون به المثل في ذلك فيقولون فيمن
يبالغون في حسن لعبه فلان يلعب
بالشطرنج مثل الصولي ورأيت خلقا كثيرا
يعتقدون ان الصولي المذكور هو الذي
وضع الشطرنج وهو غلط فان الذي وضعه
صصه بن داهر الهندي واسم الملك وضعه له
شهرام — وكان ملك الهند يومين بلهيث
فوضع له صصه المذكور الشطرنج فقضت حكما
ذلك العصر بترجيحه على النرد لامور يطول
شرحه ان صصه لما وضع الشطرنج وعرضه على
الملك شهرام المذكور اعجبه وفرح به كثيرا
وامر ان يكون في بيوت الديانة وراءها افضل
ما علم لانها آلة للحرب وعز للدين والدنيا
واساس للكل عدل واظهر الشكر والسرور على
ما انعم في ملكها وقال لصصه اقترح

Abubecr Mohammed filius Jahja filii Al Abbâs filii Mohammed filii Sûl-teghîn, Scriba notus nomine Al-Sûli Al Shatrangjî *.

* Id est, *Excellens in Ludo Shatrangj, eique addictus. Fuit quoque olim Poeta Persicus dictus* Alî Shatrangji, *propter eandem rationem.*

Iſte fuit unicus ſui temporis in Ludo Al Shatrangj: non enim erat in ipſius ſeculo quiſquam ei ſimilis in peritiâ ſuâ. Adeò ut homines huc uſque cudant de eo Proverbium propter hoc, dicántque de illo qui ludi præſtantiâ excellit, ὁ δεῖνα ludit AlShatrangj ad inſtar AlSûli. Obſervavi etiam quòd plurimi homines credant memoratum AlSûli eſſe ipſum qui poſuit Al Shatrangj, (i. e. ejus Inventor extitit.) *Eſt autem error: nam is qui poſuit illud, fuit Siſſa Ibn Dâher Indus. Et nomen Regis cui poſuit illud, fuit Shihrâm. Fuitque Indiæ Rex illis diebus Belhîth. Ei inquam ſupradictus Siſſa poſuit hocce Al Shatrangj, quod hujus ſeculi Sapientes Nerdiludio præſtantius eſſe ſtatuerunt, idque propter cauſas quas exponere longum foret. Dicitur verò quòd cùm Siſſa poſuiſſet Al Shatrangj, illudque Regi Shihrâm obtuliſſet, ipſe illud admiratus eſt, eóque valdè delectatus, præcepit ut in Ædibus ſacris ſervaretur: vidit quippe illud tanquam rem excellentiſſimam quam noverat, eò quòd eſſet Inſtrumentum ad Bellum, Decus Religioni & Mundo, & Fundamentum totius Juſtitiæ, & quod produceret Gratitudinem & Lætitiam pro eo quod largitus eſt* Deus *in poſſidendo illud. Ideóque Siſſa dixit, Poſtula nunc, &c.* In his aliquantulùm confuse agit Ibn Chelikân, aſſerens *Siſſam* hunc Ludum inveniſſe & eundem obtuliſſe Regi *Shihrâm*, & deinde בל *Belhîth.* At ſoli *Belhîth* reſtringit Sephadius, totam hujus rei hiſtoriam maximâ ex parte è ſuprà laudato *Ibn Chelikân* deſumptam fuſiùs narrans, & omittens mentionem שה *Shihrâm*, quod depravatum videtur. Nam cùm hoc non ſit uſitatum in Oriente Nomen, ſuſpicor شهرام *Shihrâm* eſſe

esse proclive Arabum mendum pro بهرام *Behrâm*, quod Regum Persiæ & Indiæ Nomen usitatissimum. Arabibus enim nimis pronum est Persica & alia exotica Nomina corrumpere, uti etiam factum est in *Belhîth*, & *Sissa*, & *Azdeshîr*, ut in sequentibus monstrabitur, & in multis aliis monstrari potest. Adeò ut *Shihrâm* seu *Behrâm* videatur dicti Regis particulare Nomen, dum *Belhîth*, (seu quomodocunque tandem legendum sit,) generale sit Nomen ut apud Romanos *Cæsar*, quod ut singulorum Imperatorum Titulus generalis subjungi solebat. Adeò ut utrumque Nomen reverà ad eundem Regem pertinuerit; nempe *Shihrâm* seu *Behrâm* fuit verum Nomen dicti Regis, cujus Titulus seu Cognomentum fuit *Belhîth*: quin & hoc etiam corruptum est. Locus verò extat in Sephadii Arabicis Commentariis ad *Tograi* Poëma cui Titulus *Lâmiyato 'l Agjam*, uti in MS Cod. Bibliothecæ Bodlejanæ legitur, his verbis,

والناس كثير منهم من غلط في الصولي — ويزعم
انه وضع الشطرنج لما ضرب المثل فيه
والصحيح ان واضعه صصه بن داهر الهندي
وكان ازدشير بن بابك اول ملوك الفرس
الاخرة قد وضع النرد — فلما وضعت الفرس
ذلك افتخرت به وكان ملك الهند يومين
بلهيش فوضع له صصه المذكور الشطرنج
فقضت حكما ذلك العصر بتفضيله علي النرد

Plu-

Plurimi ſunt ex hominibus qui falluntur quoad Al-Sûli, —— exiſtimantes illum poſuiſſe AlShatrangj, eò quòd de eo cuſum eſt Proverbium. Nam Azdeshîr filius Bâbek primus Regum Perſiæ Claſſis poſterioris, Nerdiludium poſuerat. —— Cumque Perſæ poſuiſſent hoc, de eo gloriabantur. Fuit autem tunc Indiæ Rex Belhith, cui prædictus Siſſa poſuit AlShatrangj, (ſeu Shahiludium,) quod hujus ſeculi Sapientes Nerdiludio præcellentius eſſe ſtatuerunt, &c. Scriba heic per *Phata* legi voluit *Saſſa*, rectiùs quàm *Sokeiker Damaſcenus* qui in ſuâ hujus Ludi Hiſtoriâ pag. 6, recepto modo per *Keſra* legendum præſcribit, rem paulò diſtinctiùs de Rege Indiæ narrans his verbis,

فان قلت هل تعرف اسم الحكيم الواضع
والملك الموضوع له قلت اجل واضعه صصة
الحكيم بكسر الصاد الاولي وفتح الثانية
مشددة بن داهر بفتح الها الهندي وضعه
لشهرام بكسر الشين ملك الهند وقيل
لبلهيث كذا ذكره اليافعي وغيره ومن قال
ان اول واضعه محمد بن يحيي بن عبد الله
بن العباس بن صول الكاتب المشهور
بابي بكر الصولي فواهم وانما
كان اوحد زمانه في اللعب به حتي
ضرب به المثل وتوهم بعض انه واضعه

Si dixeris, An nôſti nomen Inventoris, & Regis cui inventum eſt? Dico, Imó: Inventor fuit Siſſa Philoſophus

Iosophus filius Dâher Indus, qui posuit illud שׁ *Shihrâm Regi Indiæ. Sunt qui dicunt,* שׁ *Belhîth: ita enim memorant Al Tâpheï & alii. Quicunque autem opinantur Inventorem ejus fuisse Mohammed filium Jahjæ filii Abdallâh filii Abbâs filii Sûl Scribam, (qui notus erat nomine Abubecr Al Sûli,) errant. Quia enim erat unicus sui temporis in hoc Ludo, adeò ut ab eo cuderetur Proverbium, inde aliqui putarunt illum fuisse Inventorem ejus.*

Ex Autoribus (ut vides) fide dignis constat hunc Ludum inventum fuisse in Indiâ. Et quidem ibi natales suos habuisse vel hinc constare possit, quia Elephantes in eo suas partes gerunt. Quo autem tempore hoc contigerit, discendum est à celeberrimo Historico Persico, qui est *Chondemîri* filius Operis paterni Epitomator: iste inquam in Vitâ Regis *Nusshirravâni* notat, وفي زمان دور كسري كتاب كليله ودمنه وشطرنج را از هندوستان بسايران آوردند *quòd tempore Imperii hujus Regis, Librum* Culîla & Dimna *atq;* Shatrangj *ex Indiâ in Persidem introduxerunt.* Ille Rex in Europ. Libris scribitur *Anuxiron* pro *Anusshirravân*, qui apud omnes Historicos الملك العادل *Regis justissimi* Titulo tanquam Cognomine ornatus est, fuitque Justiniano Imperatori coævus; obiit enim circa annum Æræ Alexandrinæ 888, Christi 576. Eadem quoque Historia confirmatur in Libro *Mu'gjizât.*

Est quidem inter Orientales aliquos dissidium an *Shahiludium* vel *Nerdiludium* sit antiquius?

quius? Sunt enim qui perhibent Indos primò in Perſidem miſiſſe *Shahiludium*, eóque provocaſſe Perſas ut *Nerdilndium* ad Indos remitterent. Alii verò rectius aſſerunt Perſas primò in Indiam miſiſſe *Nerdiludium*, & eo tempore provocaſſe Indos, ut æmulationis gloriâ permoti, *Shahiludium* (utpote quod æquale aut melius eſſet inventum,) relegarent. Hæc autem, horum Ludorum ex uno regno in aliud Tranſmiſſionem tantùm ſpectant, non autem utriuſvis Antiquitatem prorſus determinant, cùm poſſibile ſit ut Inventio Tranſmiſſionem longo tempore præceſſerit: ideóque ad rem præſentem non multum faciunt. Poſito enim, Indos ſuum *Shahiludium* primò, & Perſas poſteà ſuum *Nerdiludium*, miſiſſe; nihilominus tamen certum eſt hoc eſſe illo ferè mille annis antiquius, ut in ſuo loco monſtrabitur. Nam (ſi ita erat,) Perſæ quidem *Nerdiludium* ad Indos remittebant, non tanquam novum aliquod tunc recens inventum, ſed tanquam antiquius quiddam quod diu anteà apud Perſas extiterat, Indis tamen fortè ignotum.

Sed quoad *Shahiludii* in Mundo progreſſum, hoc primò ex Indiâ in Perſidem, & deinde in Arabiam migraſſe, indicant (præter alia) tot vocabula Perſica quæ ab Arabibus nunquam niſi in hoc Ludo uſurpantur. Autor quidem Hiſtoriæ *Timûri* Arabicè ſcribens, in Schemate *Shatrangi Majoris*, pleraque Nomina Arabicè expreſſit; quod ab illo Scriptore minùs benè factum, præſertim cùm (ipſo dicente) Tamerlanes cujus peculiaris Ludus ibi deſcribitur, Linguam Arabicam

cam non calleret, sed Persicam, quam in omnibus suis negotiis quotidianis (unà cum suâ *Tataricâ*) familiariter usurpare solebat.

Pro Indici Regis Nomine cui Inventum *Shahiludii* oblatum est, بلهيث *Belhîth*, sunt qui legunt بلهيب *Belhîb*; nam in Punctis diacriticis errare proclive. Cùm autem Arabibus pronum sit etiam in Nominum exoticorum Literis errare, & talia Nomina corrumpere & aliquantulùm immutare, quærendum est annon بلهيث factum fuerit ex بلهرا *Bélhera*, quod per aliquod centenos annos fuit generale Nomen seu Titulus Regum Indiæ. Istius Nominis meminit Princeps *Abulpheda*, qui natus anno Hegj. 672, & Urbi *Hamath* in Syriâ Præfectus anno Hegj. 710, Christi 1310: is in Geographiâ suâ refert, وبلاد بلاد خان بالق من الجنوب جبال بلهرا * ملك ملوك الهند *Regioni Cân-bâlak* (vulgò *Cambalu*) *ab Austro adjacent Montes Bélherа qui Rex Regum Indiæ.* In quâ urbe iste solebat residere, docetur in Libro بسط الارض *Bâsato 'l Ard*, الفنوج قاعدة بلهرا ملك ملوك الهند *Kanûgj est Sedes Bélherа qui Rex Regum Indiæ.* Et ab istâ

* Errat in hoc D. Gravius legens بلهر املك ملوك الهند *Belher potentissimus* (q. d. *regnantissimus*) *Regum Indiæ.*

ejus Sede ſeu Urbe, factum eſt ut etiam Rex iſte aliquando vocaretur eodem Nomine, ut Geogr. Nub. Climat. 2, parte 8, مدينة حسنة القنوج وكثيرة التجارات وبها يسمي الملك القنوج *Kanûgj eſt urbs pulchra & copioſæ mercaturæ, ex qua etiam Rex nominatur Al Kanûgj.* Hæc urbs ſita eſt ad Long. 131, Lat. 29: at ſec. *Ulug Beg*, & *Naſsir-eddîn*, ad Long. 115. 50′; ad Lat. 26. 35′: & præſcribunt legendum *Kinnâugj*. Sed in aliis Perſarum Libris legitur قنوز *Kanûgj*, ſeu كنوج *Kanûz*, ſive *Canûgj*, urbs inter duos Gangis ramos ſita. Geogr. Nub. dicit ſitam eſſe *ad fluvium aliquem magnum* يسمي نهر مسلي *qui vocatur fluvius Moſalla.* Et dictus Geographus (ut Reges pro diverſis anni temporibus Sedes ſuas mutare ſolent,) in loco ſuprà citato commemorat alium Reſidentiæ locum, فاما مدينة نهروارة فملكها ملك عظيم يسمي بلهرا وله جيوش وفيلة وعبادته صنم البن وهو يحمل تاج الذهب علي راسه ويلبس الحلل المنسوجة من الذهب ويركب الخيل في ساير الايام وقد يركب في كل جمعة مرة ويركب حوله نحو ماية امراة ولا يمشي

معه

معه احد سواهن وقد لبسن القراطف المذهبة
وتحلين باحسن الحلية واحتملن الاساور
من الذهب والفضة في ايديهن وارجلهن
واسبلن شعورهن على اردافهن وهن
يتلاعبن ويتدافعن والملك يقدمهن
واما جملة وزايره وعظما رجاله فلا يركبون معه
الا اذا خرج مختار بالمن قام عليه — وله
من الفيلة كثير وهي عمدة حربه وهذا الملك
متوارث والاسم لا ينتقل عنهم بلهرا وتفسيره
ملك الملوك كما قدمناه *Quin & Urbs* Nah-

rowâra, *cujus Rex (qui est Regum maximus,) vocatur* Bélhera, *cui sunt Exercitus ac Elephantes, ejúsque cultus est Idoli* Búdd. *Iste solet capite portare coronam auream, & indui stolis striatis auro intertextis. Ordinariis diebus Equo vehi solet: sed quovis die Veneris tantùm semel equitat equitantibus cum eo circa 100 fœminis, nullo alio præter illas eum comitante. Eæ autem induuntur Tunicis-curtis deauratis, & ornantur ornamentis optimis, & manibus ac pedibus gestant Armillas ex auro & argento, diffusis quoque ad nates crinibus: & ipsæ inter se ludunt, se invicem trudentes, Rege eas præcedente. Consiliarii enim & Magnates cum illo non equitant, nisi quando procedit oppugnaturus insurgentes contra illum. Is habet plurimos Elephantes, qui sunt fulcrum Belli ipsius. Et hoc regnum est hæreditarium, nec transfertur ab*

illis Nomen Bélhera, *cujus interpretatio eſt Rex Regum, ſicuti præmiſimus.* Gabriel Sionita dicti Libri Interpres Latinus, malè legit *Balâhara*, & errat de Equitatu Regis heic memorato, &c. In Globis & Chartis pro hoc nomine minùs rectè ſcribitur *Bilher*, quod etiam malè ſitum eſt ad occaſum Guzarátæ. *Camûſi* Author paulò aliter dictum Nomen legit *Belûr*, بلور عظيم من ملوک الهند *Belûr eſt Maximus Regum Indiæ.* Et quæ apud Paulum Venetum, lib. 1, cap. 37, memoratur Regio *Belor*, proculdubio pro dicti Regis Regno habenda eſt. Quin & alibi apud dictum Camûſi Authorem دلهرا *Dílhera* ſeu *Délhera* pro Regis nomine occurrens, videtur corruptum pro بلهرا *Bélhera*, in ejuſdem ſcriptura errando.

In dictâ urbe *Kanûgj*, Regiam olim habuit پور *Pôr*, i. e. *Porus*, ut in libris *Pherh. Gj.* & *Shahnáma* legitur. Hujus itaque urbis Incolæ tunc olim dicti ſunt فوران *Phorân* ſeu پوران *Porân* ſive پوريان *Poriyân*. Alias autem *Poran* eſt nomen alicujus Libri Religionis Indorum, ab eo fortaſſis Rege denominati, utpote qui maximus Religionis Antiſtes & Patronus fuerit. Hujus Libri aliquot tomi Anglicè verſi in 4° (quos ego vidi,) dono dati ſunt Univerſitati Cantabrigienſi à Mercatore quodam Londinenſi. Heic etiam tempore *Nushirravâni* regnavit بلوج *Belûgj* tunc Indiam potitus, qui dicitur tenuiſſe Imperium

زدريا

زدریا قنوج تا پیش سند *à mari Kanûgj usque ad anteriora Sindiæ*, seu Persidis confinia: & cum eo prælians *Nushirravân*, interfecit plurimos بلوجیان *Belugjianos*, seu eos qui erant ex parte سو *Belûgj*, qui hodie sunt Indorum Gens fortissima & præ aliis strenua. Videtur autem prædictus Rex شهرام *Shehrâm* (seu بهرام *Behrâm*) cui dedicatum est *Shahiludii* Inventum, ante istum regnâsse; &, quòd *Shehrâm* seu *Behrâm* fuerit dicti Regis proprium Nomen, *Belhîth* verò seu potiùs *Bélhera*, ejusdem Titulus cùm ad Regnum eveheretur. Cúmque ejus successor *Belûgj* Tributum à Prædecessore Persis promissum, dare negaverit, hoc (sub finem temporis *Nushirravâni*) inter hunc & *Belûgj* memorata prælia pepererisse videtur.

Sed ab urbe *Kanûgj* in Persidem missum fuisse *Shahiludium*, in Libro *Shahnáma* dicitur; viz. quòd راي هند *Rex Indiæ*, (aliàs dictus راي قنوج *Rex Kanûgj*,) suum فرستاده *Legatum* cum Inventione *Shahiludii* misit ad *Nushirravân* Regem Persiæ, cui promisit se soluturum Tributum, si Persæ istum Ludum sine doctore intelligere possent. Tum cùm iste Legatus Regiam Curiam appelleret, convocatis Sapientioribus Persiæ, consultum itur de hâc re; & tandem ludendi modus inventus est per بزرجمهر *Buzurgjúmhur* unum ex Consiliariis Regis Persiæ. Et tum statim (secundùm aliquos) dictus Consiliarius excogitabat

Nerdi-

Nerdiludium, quod valdè probans Rex Perſiæ, mox miſit illud (unà cum explicatione *Shahiludii*, prout Indi poſtulabant,) per manum dicti Conſiliarii ad Regem Indiæ; qui itaque ſecundùm pactum, Tributum & Munera mittebat. Indi autem non potuerunt *Nerdiludium* ad eos miſſum explicare, donec à Perſis docerentur. Hæc ex *Shâhnâma*. Similia quoque narrantur in Libro *Mujizât*. Sed non obſtantibus hiſce, certum eſt (ut ſuprà innuitur,) *Nerdiludium* non tunc fuiſſe recenter inventum & excogitatum: multis autem centenis annis ante *Nuſhirravâni* tempora, in Orbe extitiſſe, ut ſuo loco fuſiùs docebitur.

Dictus *Buzurgjúmhur* ex Magnatibus Regis *Nuſhirravân* & præcipuis ejus Conſiliariis, erat homo alti conſilii, tardiloquus, & in omnibus ſuis rebus cogitabundus. Unde *Sheich Saadi* in Libro *Guliſtân*, de eo ſic refert, *Sapientes Indorum in magnam Buzurgjúmhuri excellentiam objecerunt, (nullum aliud vitium in eo deprehendentes,) quòd adeò tardus eſſet in loquendo, ut oporteret diu expectare priuſquàm verborum ejus Argumentum quis capere poſſet.* Ille hoc audito, infit, *Melius eſt cogitare, & deinde dicere, quàm poſteà dicti pœnitere.* Et perpetuò apud Perſas obſervatum eſt, ut quoties aliquis acutum ac ingenioſum Reſponſum reddidiſſe dicatur, toties eum tanquam cogitabundum *Caput in ſinum demiſiſſe* notetur.

Sed, ut ad rem redeam, ex ſupra laudato Libro *Shahnâma* conſtat, alios fuiſſe Reges in Indiâ tempore *Nuſhirravâni*, quippe qui longo tempore (viz. 48 annos) in Perſide regnaverit. Poſt dictum

ctum *Belûgj* itaque, proximus Indorum Rex cujus mentionem invenio, erat جمهور *Gjumhûr*, qui dicitur Sedem Regiam habuisse in Provinciâ کشمیر *Keshmîr*, in urbe (ut videtur) صندلي *Sándali*. Hoc mortuo, in Regem electus est ejus Frater, cui Nomen ماي *Mây*, qui habuit duos filios کو *Ghâv* & طلخند *Tálachand*. Et *Mây* etiam mortuo, regnavit Regina Mater dicta پرچهره *Pari-tchéhra*, id est, *Angelicâ formâ* prædita. Prædicti autem filii tandem adultiores facti, adeunt Matrem ut sciant utrum horum in Successorem designare vellet. Et quidem Mater celans quantum potuit intentionem suam, utrisque seorsim spem fecit. Ipsi itaque interim inter se dissentientes, utrinque Milites conscribunt: dum Mater eos bono consilio demulcere & iras compescere tentat; sed frustrá: nam paulò pòst, in apertum Bellum eruperunt. Et tandem post multa prælia, evénit ut *Tálachand* interficeretur; adeò ut proximè regnâsse præsumatur کو *Ghâv*, cui fortè successerit *Shehrâm* seu *Behrâm*. Quapropter Mater adiens Filium superstitem, apud eum conqueritur de hisce rebus. Et deinde Sapientiores Regni satagunt بساختن بازی شطرنج مانند جنگ کو وطلخند *ad instituendum Ludum Shatrangj ad instar Belli Ghav & Tálachand*; viz. in memoriam Belli

eorum hic Ludus inſtitutus eſt, ad repræſentandum illud. Hunc itaque Ludum compoſuerunt ad modum (ut videtur) qui infrà Perſicè ac Latinè ex Libro *Shâhnâma* deſcribitur, ubi ille antiquior Ludus duobus Camelis auctior eſt vulgari. Et deinde dolens Mater contemplatur dictum Ludum, eundemque quotidiè exercendo, in memoriam revocat Bellum ac mortem filii ſui *Tálachand*; nec potuit ſibi temperare quin mortis ejus memoriâ ſe torqueret, & ejuſdem meditationi ſe diu & quotidiè devoveret. Hactenùs Liber *Shâhnâma*. Et poſteà (ut videtur) hic Ludus qui Reginæ Matri repræſentatus fuerat, omnibus ſuis numeris perfectior factus concinnatúſque, cum Progreſſivæ Arithmeticæ Exemplo per Scaccarii Areolas repræſentato, *Shehramo* ſeu *Behramo* ut Munuſculum & ſuo genere Rarum quid de novo oblatum eſt.

Id autem quod Arabes (qui in rebus Perſicis & exoticis ſubinde errare ſolent,) dicunt de Inventore صصه بن داهر *Siſſa Ibn Daher*, (cùm *Siſſa* ut Orientale nomen vix ſonet,) meliore autoritate rectiùs dicendum eſt de نصير دهر *Naßîr Daher*, ſeu *Naßîr filius Daher*: nam hujuſmodi errores in Nominibus peregrinis nimis frequentes ſunt, dum Librarii minùs gnari in Exemplaria malè exarata incidentes, multas corruptelas introducunt. Talem quidem Inventoris Nomen occurrit in Libro *Pherhéngh Surûri* (quem ex Indiâ ipſo Inventionis loco accepi,) in voce طلخند

طلخند, ubi sic legitur, طلخند نام پادشاه هند که از دشمن شکست خورده واز غصه آن برتخت فیل جان داد ومادر او از فراق بیقرار شد ودستور دهرکه یکی از حکمای هند بدون وضع شطرنج کرد که درمجلس او باخته اند تا مشغول شود واندوه از خاطر او محو شود مثال فردوسی فرماید

همی کرد مادر ببازی نگاه
پر از خون دل ازدرد طلخند شاه

Tálachand est Nomen Regis Indiæ, qui ab hostibus fractus, (e. i. fusus,) *præ mœrore dum in Solio portatili ab Elephante veheretur, animam reddidit. Hincque accidit ut Mater propter amissum filium inquieta reddita est. Ideóque Nassîr Daher (qui fuit unus ex Sapientibus Indiæ,) posuit Shahiludium, quod in ejus* [viz. dictæ Reginæ] *conviviis luderetur, ut illâ hoc modo occupatâ, dolor ex ejus Animo deleretur. Hujus meminit Phirdausi,*

Istum Ludum aspicere solebat Mater
Cum corde cruore pleno, dolendo pro Rege Tálachand.

Videtur nempè quòd Regina cupiebat videre modum Belli filiorum suorum, quod melancholiæ suæ gratum esset: & in initio dolor hoc Ludo renovatus est, quod dolentibus perplacet: sed tandem in recreationem cessit, tam Reginæ quàm

aliis. Et post hæc omnia, probabile est dictum *Ghav*, Matri successisse, & Ludum istum ad Persarum Regem misisse. Hæc de *Shahiludii* apud Orientales Inventione & Antiquitate dicta sunto.

Sed si Hibernorum Chronicis fides adhibenda esset, illorumque evidentia probaretur, major adhuc antiquitas *Shahiludio* tribueretur. Nam in Chronico Regum Hiberniæ ab anno Mundi 3596 ad annum Christi 332, memoriæ proditum est, *Quòd Cahir môr*, (al. *Cathir môr*) *i. e. Cahir seu Cathir magnus*, (qui obiit anno Christi 177,) *inter alia multa, Rotsio Falcio filio suo & aliquot Nobilibus legavit Quinque Tabulas lusorias dictas* Fitcell, (Fichell,) *& quinque Scacchia Alveolos dictos* Bnannsab (Brannaw.) *Et Crinthanno filio suo inter alia, legavit 10 Tabulas Lusorias insigni Arte tornatas, & duos Scacchia Alveolos cum Scachis in varias formas distinctis: Et summam Ludorum præfecturam per Lagenam illi contulit. Macorbo filio Leogarii Binnbhuadhuch reliquit 50 Tabulas lusorias quibus ludunt Pugiles, & 50 Scacchia Alveolos, cum aliis.* Hæc ex Codice *Lecan* in Biblioth. Dubl. qui continet Chronicon Regum *Ulster* qui regnârunt in *Emaniâ*: sec. alios, Regum Lemovici seu Lemsteri: sed temporis computo desideratur fides. Hæc olim amicissimè mecum communicata sunt per Doctissimum & Reverendissimum in Christo Patrem D. *Narcissum Marsh* Cashellensem hodiè in Hibernià Archiepiscopum dignissimum.

§. III.

§. III. *De Scaccario.*

TAbula in quâ *Shahiludium* exerceri ſolet, Latino-Barbarè audit *Scaccarium*, utpote in quo luditur Militibus luſoriis, qui vocantur *Scacci* ſeu *Scachi*, cujus Nominis ratio ſuperiùs adducitur. Apud Gul. Caxton, qui ante 170 annos Librum de hoc Ludo Anglicè edidit, dicta Tabella nuncupatur Chequer, & ſubinde Eſchequer, quod planè eſt Gallicum *Eſchecquier*, formatum à voce *Eſchec*. Hodie Anglicè dicitur Cheſs-board, Germ. Schach-bert. Hinc *Scaccarii* denominationem accepit *Fiſcus Regius*, (vulgò Exchequer) apud Anglos tempore Guilelmi Victoris (qui hoc Ludo ſingulariter delectari ſolebat,) inſtitutus. Qui ergò plura ſcire cupit de origine *Curiæ Scaccarii* ſeu *L'Eſchequier* apud Normannos, conſulat *Le Grand Conſtumier de Normandie*; unde noſtra ad illius imitationem eodem modo inſtituta eſt. Hujus autem appellationis cauſa & origo ſumitur à quadam Mensâ ubi rationes Fiſci ſubducuntur, quæ ſtriato panno inſternitur: à quo quidem Panno tanquam à ſingulari quodam Inſigni, tota illa Curia nominata eſt *Scaccarium*; ut *Camera Stellata* à Stellæ ſymbolo. Pleniorem hujus rei Deſcriptionem habe ex *Gervaſio Tilberienſi*, qui ante 450 annos per modum Dialogi inter *Magiſtrum* & *Diſcipulum*, hanc dictam Curiam optimè deſcripſit. Codex eſt in

Bibliothecâ Bodlejanâ MS *ἀτέκμηρον*, ubi inter cætera, hæc ſequentia leguntur. Mag. *Scaccarium eſt Tabula quadrangula, quæ longitudinis decem pedum, latitudinis quinque, ad modum Menſæ circumſedentibus appoſita, undique habens Limbum latitudinis quaſi quatuor digitorum, ne quid appoſitum excidat. Supponitur* [forte pro *ſuperponitur*] *autem Scaccario ſuperiori Pannus in Termino Paſchæ emptus, non quilibet, ſed niger Virgis diſtinctus, diſtantibus à ſe Virgis vel Pedis vel Palmæ extentâ ſpacio. In ſpaciis autem Calculi fiunt, juxta Ordines ſuos. Licet autem Tabula talis Scaccarium dicatur, tranſumitur tamen Nomen hoc, ut, ipſa quoque Curia quæ conſidente Scaccario eſt, Scaccarium dicatur.* Diſc. *Quæ eſt ratio Nominis?* Mag. *Nulla mihi verior ad præſentem occurrit, quàm quòd Scaccarii luſilis ſimilem habet formam.* Diſc. *Nunquid Antiquorum prudentia pro ſolâ formâ ſic nominavit, dum & ſimili ratione Tabularium poſſit appellari?* Mag. *Meritò te ſcrupuloſum dixi: Eſt & alia, ſed occultior. Sicut enim in Scaccario luſili quidam Ordines ſunt Pugnatorum, & certis Legibus vel Limitibus procedunt vel ſubſiſtunt; præſidentibus aliis, aliis procedentibus: ſic in hoc, quidam præſident, quidam aſſident ex officio, & non eſt cuique liberum conſtitutas Leges excedere; quod erit ex conſequentibus manifeſtum. Item in luſili, pugna committitur inter Reges: ſic in hoc, inter duos principaliter Conflictus eſt, & pugna committitur, Theſaurarium ſcil. & Vice-Comitem qui aſſidet ad Computum, reſidentibus aliis tanquam Judicibus, ut videant.*

Menſæ Scaccarii Pannus (ut vides) quolibet Ter-

Termino Paſchæ de novo emptus erat, paulò antè illum Terminum ſublato præcedentis anni Panno antiquo, qui fortè beneficio Miniſtrorum cedebat. Dicta Menſa eſt in eâ Fiſci parte quæ vocatur *Curia Receptarum*, ubi olim Computus fieri ſolebat. Qui huic Menſæ inſternebatur Pannus, antiquitùs erat albo nigróque diſtinctus, hodiè albo ac cœruleo. Non autem olim erat, uti nec hodiè eſt, Teſſellis decuſſatus ut hodiernæ Tabellæ luſoriæ, ſed ſolis Striis longiſve Virgis à dextrâ ad ſiniſtram ductis notatus, ac in portiones diviſus: & nihilominùs tamen *Scaccarii* Nomen obtinuit. Et hoc quidem non diſſonat à more Indorum hujus Ludi Inventorum, qui ſubinde ludunt ſuper *Gaũſapen* ſeu *Stragulum ſtriatum* latioribus ſtriis; & quia talis pannus in ludendi uſum adhiberi ſolet, inde fit ut ejuſmodi Pannus omnis ab Indis nuncupetur *Sitrungee*. Indi enim habent tres ſtriatorum pannorum ſpecies, ſcil. minimis, latioribus, & latiſſimis ſtriis: primæ ſpeciei nomen mihi excidit, ſed ſecunda ab iis vocantur *Lungee*, & tertia *Sitrungee*, cujus ſtriæ duas ferè uncias latæ. Et ſuper hujuſmodi panno aliquando *Scachis* luditur, quamvis non decuſſatis, ſed ſolummodò tranſverſis lineis notetur. Et hoc profectò in amplo ejuſmodi Panno ceu Scaccario facillimè poteſt fieri, cùm in *Shahiludio* ſingulorum Militum ſtationes nudo oculo ſine linearum decuſſatione diſtingui queant; præſertim cùm præcipuus ſcopus & ſolicitudo ſit de Motionibus directis, quæ plures ſunt; obliquæ vero pauciores. Aliàs ſi aliquando opus

ſit,

sit, in promptu esset vel Cretâ vel Rubricâ Sinopicâ vel quâvis aliâ materiâ Areolas à se invicem distinguere. Variegatio autem seu Colorum distinctio multò minùs necessaria. Quod autem olim obtinebat, ad hodiernum usque diem continuatur, uti ex *Scaccarii* Nominibus ibidem usurpatis manifestum est. Id enim ab Orientalibus nuncupatur رقعهٔ شطرنج *Ruk'a Shatrangj*, quo *Frustum portiôve* vel *Corii* vel *Panni* in genere Arabicè significatur. Quod adhuc propiùs accedit, *Ruk'a* apud *Ecteri* speciatim exponitur شطرنجي بيري *Pannus Shatrangicus*, nempe *Scaccarium*; & in Libris *Turgjemân* Arabico & *Mokáddema Adáb*, adhuc magis explicatè, رقعهٔ پارهٔ كرباس يعني شطرنج اوينجق بيز *Rúk'a est Portio Carbasi, i. e. Pannus super quo luditur Shatrangj.* Et propter eandem causam, (quòd nempe ex Panno lineo parari soleat in Oriente Scaccarium,) subinde id Arabicè vocatur بساط شطرنج *Bisáti Shatrangj*, id est, *Stragulum Shatrangicum*, & قطع *Nit'a* seu *Nat'a* sive قطع الشطرنج *Nit'a Shatrangj*, id. qd Persicè پستر شطرنج *Písteri Shatrangj*, id est, *Stratum Shatrangicum*, quod aliquando est پستر ادیمین *Pister Adímîn*, id est, *stratum coriaceum*, cretâ aut carbone delineatum.

In eundem quoque usum quandoque habent pannos tinctos formâ مكعب *Cubicè-tessellatâ.*

Tale

Tale quid notavit Car. Clusius, viz. Turcas *Alvei* loco *Telam pictam* adhibere. Idem mos inter Americanos etiam obtinuit: nam Pet. Martyr Anglerius ubi de Insulis nuper inventis agit, (prout citatur à Gustavo Seleno,) dicit eos habere *Lodices varias Gossampinas candido, nigro, & flavo coloribus intertextas, duas auro & gemmis dites, tréfque alias pennis & Gossampino intertextas Scaccorum Ludo.* In Oriente verò idem stragulum pro natâ occasione variis usibus inservire solet: super eo enim vel Shatrangj luditur, vel humi consideretur, vel cibus capitur; &, ut commodè comportari queat, Sellæ equinæ insternitur.

Tabella lusoria aliquando fit ex ligno, ut apud nos: & tunc Hispanicè audit *Tablero de Axedrèz*, Persicè تخته شطرنج *Táchtahi Shatrangj*, Turcicè mutato vocum situ, شطرنج تختهسي *Shatrangj Táchtasi*, id est, *Tabula Shatrangica*; quæ Bernardo da Parigi est جپرازلو تخته *tchaprâzlu Tachta, Tabella tessellata*: aliquando simpliciter تخته *Tachta*, quod aliàs in genere quamvis *Tabulam Asserémve* notat. Mihi etiam videtur quòd aliquando huc trahatur Turcicum Vocabulum پول *Pôl*, quod potissimùm est i. q. آوجه تختهسي *Tavola de Bianchieri*, seu Tabella Nummaria Scutiformis & Limbo erecto instructa. Turcæ autem huic Ludo adeò addicti sunt, ut in quâvis Chartâ, vel in ipso Pavimento,

to, lineis in pulvere aut arenâ ductis Areolas describant, & decussatis cruribus sedentes per totos ferè dies absque tœdio ludant.

Hic Ludus, propter eam quam cum Regni œconomiâ Analogiam habet, in Historiâ Timûri vocatur ملك الشطرنج *Regnum Shatrangicum*: & propter ejusdem similitudinem cum prælio, Tabula in quâ luditur ab Orientalibus aliquando vocatur دشت *Desht*, id est, *Campus, planities*; quandoque appellatur عرصة *Arsa*, id est, *Latifundium*, seu *Spatium planum & vacuum ædificiis aut collibus undequaque cinctum*, vel, *Tale spatium in medio unius ædificii*, viz. *Atrium apertum*: quod quidem spatium quodammodo imitatur Alveolus lusorius Limbo undequaque cinctus.

Quoad *Scaccarii* magnitudinem, illud quo usus est *Al Mâmun Imperator* Bagdadensis Chalîpha, erat duorum Cubitorum in duos Cubitos, viz. Quadratura erat duorum Cubitorum. Aliàs aliquando unius Cubiti Quadratura sufficere videtur.

Areolæ Arabicè pluraliter vocantur بيوت *Boyût*, à singuli بيت *Beit*, Persicè خانها *Chânaha*, à sing. خانه *Châna*, Turcicè اولر *Evler*, à sing. او *ev*, quæ omnia *Domos* seu *Casas* significant. Aliquando Turcicè dicuntur چپرازلر *Tchaprâzler*, id est, *Quadræ* seu *Quadraturæ* cubicæ.



Pijâdé
Pijâdé
Pijâdé
Pháras
Pherz

Macha-
מסלורת
lem No-
ientibus
ſuppo-
rum ſin-
s in ſuis

ue qua-
eolarum
iccarium
ſtrum,)

rientalis

etioſiſſi-
iſſimum
n meum
i admo-
igeri ad
quidem
cum tri-
ac No-
iones &

ibus ex
: & ita
am *Scac-*
. Intus
quando
ſcripto-
Cala-





bicæ. Abben-Ezræ dicuntur מחלקות *Machaláoth*, i.e. *Partitones*, *Diviſiones*; itemque מסלות *Meſillòth*, i. e. *Aggeres*, *Valla*; quod quidem Nomen etiam Lineamentis Areolas diſtinguentibus meliùs quadrare videatur, upote quæ ſupponantur eſſe ad inſtar Aggerum ſeu Vallorum ſingulas Areolas munientium, quibus Milites in ſuis Stationibus defenduntur.

Quoad *Scaccarii* formam, plerúmque quadrata eſt, octonario quaquaverſus Areolarum numero in ſe ducto conſtans, quale eſt *Scaccarium Orientalium ordinarium*, (perinde ac noſtrum,) cujus Schema heic appoſitum vides.

[Heic inſeratur Schema Scaccarii Orientalis ordinarii.]

Hujuſmodi *Scaccarium* omnium pretioſiſſimum & ornatiſſimum pariter & antiquiſſimum eſt illud quod ex Indiâ tanquam peculium meum poſſideo ex dono Viri Ampliſſimi, Amici admodum honorandi, Dñi Dan. Sheldon Armigeri ad Indiam Orientalem Mercatoris. Quod quidem *Scaccarium* amiciſſimè mihi dedit, unà cum tribus Scachorum generibus apud Principes ac Nobiles in Indiâ uſitatis: quorum deſcriptiones & Icones infrà ſuo loco habebuntur.

Iſtud *Scaccarium* quatuor craſſis Pedibus ex tornato Ebore fultum & elevatum eſt: & ita comparatum, ut (pro natâ occaſione) tam *Scaccarii* quàm *Plutei ſcriptorii* uſum præſtet. Intus enim varias continet Cellulas, quæ aliquando Calamos, Penicillos, aliáque id genus ad ſcripto-

riam Artem pertinentia; & aliquando *Scachos*; vel etiam utraque simul capere possint. Extra verò exhibet Areolas ex cortice seu crustâ Testudinis interlineatione Eburneâ distinctas, omnes unius coloris tantúm: nec aliter fieri opus est; nam Areolarum in nigras & albas distinctio, est pro tyronibus. Quatuor anguli deaurati variegato opere, Crystallo teguntur. Margines sub Crystallino tegmine pellucido, visendos exhibent Flores arte factos ex Ebore colorato. Et demum totum opus ita eleganter fabrefactum est, & admixtâ variegatione Eburneâ aliâque varietate undequaque ornatum, ut omnia verbis aptè exprimere prolixum foret.

Scaccarium Persarum in Indiâ degentium.



Persarum autem in Indiâ degentium *Scaccarium* quamvis quadratum & eodem Areolarum numero delineatum, tamen in Regis Præsidium & meliorem tutelam ac securitatem, aliquot alicubi Areolas subdivisione quâdam decussatas habet, uti ex adscripto Schemate vides. Rex enim difficultate pressus, illuc tanquam ad Castella quædam evadens

dens, ſicut in Aſylo tutus non niſi difficulter ab hoſte impetitur.

Arabſhahides autem meminit ſe apud *Timûrum* ſeu *Tamerlanem* vidiſſe شطرنج مدور *Shatrangj rotundum*, & شطرنج طويل *Shatrangj oblongum*, & شطرنج كبير *Shatrangj magnum*: quæ variæ *Scaccariorum* formæ à Tamerlane excogitatæ fuêre, ut milites luſiles in ampliore Campo verſati, Bellum ludicrum & incruentum gerentes, Belli veri ac cruenti diſpoſitiones commodius (exercitu ſic formato) repræſentare, ſeque ad modum vivorum militum in pugnantium Exercitu gerere poſſent, atque ad quaſvis exigentias ſe convertere. *Scaccarii rotundi* & *oblongi* apud Arabſhahidem figuræ non extant: Sed *Scaccarium magnum*, & Tamerlanis in eo Luſus, (prout ex Codice Arabico MS emendatius legitur,) hiſce verbis, appoſito etiam Schemate, deſcribit: locus in impreſſo Codice eſt pag. 402. ويصغي الي كلامهم

ملازما للعب الشطرنج لكونه منقحا للفكر
وكان علت همته عن الشطرنج الصغير فلا
يلاعب الا بالشطرنج الكبير ورقعته عشرة في
احد عشر وفيه من الزوايد جملان وزرافتان
وطليعتان ودبابتان وفرز واشيا غير هذه
وسياتي

وسياقي وضعه والشطرنج الصغير بالنسبة الي الكبير *Et attendebat ad discursum eorum* (Ic. Medicorum & Astronomorum) *dum adhæreret Ludo AlShatrangj, eò quòd hoc intellectum acueret. Fuit autem animus ejus sublimior quàm ut luderet Shatrangj parvo; ideóque non ludebat nisi Shatrangj magno, cujus Scaccarium est Decem Areolarum in undecim: in eo quippe sunt Augmentationes duorum Camelorum, duorum Camelopardalium, duorum Excubitorum, duorum Musculorum, & Vezîri, aliarumque rerum, quæ heic* (viz. in isto libro) *ponuntur. Et Shatrangj parvum, Analogiam habet cum magno,* & viceversâ. Hujus Schema heic annexum cernitur.

[Heic insere Tamerlanis Scaccarium magnum.]

Scaccarium magnum secundum Arabshahidis Descriptionem, vides constare Areolis 110, quæ quidem forma nimis angusta videtur. Cùm enim in *Scaccario parvo,* (ubi sunt tantum utrinque duplicati militum ordines,) quatuor Areolarum series interponantur; in *Scaccario magno* ubi utrinque triplicati sunt militum Ordines, ex eâdem Analogiâ sextupla Areolarum series inter utrumq; Exercitum interponenda est: cùm numerosiores Exercitus, magis amplum & spatiosum Campum in quo committatur prælium, deposcant. Ideóque tale *Scaccarium magnum* majori formâ 130 Areolis distinctum heic repræsentandum curavi.

[Heic insere Scaccarium magnum formâ majore.]

Ordinario etiam *Scaccario* aliquanto majus est


Beidak Al Zurâpha
Beidak Al Talîa
Beidak Al Dabbâba
Beidak Al Pharzin
Beidak Al Ruch
Beidak Al Shâh
Zurâpha
Talîa
Dabbâba
Pháras
Ruch
Shâh
Vezîr
Gjamal
Phîl

Beidak Al Beidak	Beidak Al Pharas	Beidak Al vezir	Beidak Al Giamal	Beidak Al Phil	
Rùch	Pharas	Dabbâba	Galia	Zurâpha	Beidak Al Sh
Phil		Giamal		Pherzîn	Sh



est Persicum illud quod in Libro *Shâhnâma* describitur, denis Areolis in se ductis constans, *duobus* post *Elephantes Camelis* auctius; cujus Descriptio ex dicto Libro à me desumpta, heic sequitur, ordinem ludendi & situm Militum commonstrans, in Vitâ Nushirravâni, p. 1069.

1. بیاراسته شاه در قلب گاه
2. بیک دست فرزانه نیک خواه
3. ابر دست شاه ار دو رویه دو پیل
4. ربیلان شده گرد همرنگ نیل
5. دو اشتر بر پیل کرده بپای
6. نشانده بدیشان دو پاکیزه رای
7. به پهلوی اشتر دو اسپ ودو مرد
8. که پرخاشجویند روز نبرد
9. مبارز دو رخ بر دو روی دو صف
10. زخون جگر بر لب آورده کف
11. پیاده برفتن زپیش وزپس
12. که او بود در جنگ فرمان رس
13. چو بگذاشتی تا سر آورد گاه
14. نشستی چو فرزانه بر ادست شاه

15. همان

15. همان نیز فرزانه یکخانه خویش
16. برفتن نبودش ازین شاه بیش
17. سه خانه برفتي * سر افسر از پیل
18. بدیدي همه رزمگاه از دو میل
19. سه خانه برفتي شتر همچنان
20. بآورد گه بر † دمان ودان
21. نرفتي کس پیش رخ کینه خواه
22. همي تاختي او همه رزمگاه
23. همي راند هر یک بمیدان خویش
24. برفتن نکردي یکي کم وبیش
25. چو بردي یکي حمله بر دیگري
26. نگهداشتي مرد یار را یاوري
27. چو دیدي کسي شاه را در نبرد
28. بآواز گفتي که اي شاه برد
29. سبک شاه از راه بر خاستي
30. گران لشکري یاوري خواستي

---

* *Pro* سرافسر *fortè leg.* سر افراز † *Pro* بر *lege* برود procedit.

1. *In*

1. *In procinctu ſtat Rex in medio loco,*
2. *Ad cujus manum eſt Pherzâna α ei benè-volens.*
3. *Juxta manum Regis utrinque ſunt duo Elephantes,*
4. *A quibus Elephantibus excitatur pulvis β cœrulei coloris.*
5. *Duo Cameli juxta Elephantes ſunt pedibus conſiſtentes,*
6. *Juxta eos nempe collocati ſunt hi duo præcellentes ingenio.*
7. *Ad latus Camelorum ſunt duo Equi cum Equitibus,*
8. *Qui certaminis-quæſitores γ ſunt die prælii.*
9. *Strenui ſunt duo Ruchi ad utriuſque ordinis extremum,*
10. *Qui præ ſanguine jecoris δ effuſo manum ori admovent.*
11. *Pedes adeſt apud eundem antè & pòſt,*
12. *Qui tempore Belli multùm exclamare ſolet.*
13. *Quando iſte pertranſiverit ad extremum bellatorii campi,*
14. *Sedet ſicut Pherzâna juxta manum Regis.* ε
15. *Talis etiam Pherzâna unicâ Areolâ*
16. *Plus, non poteſt ab iſto Rege diſcedere.*

α Is eſt Conſiliarius ſapientiſſimus ſeu magnas Conſultiſſimus, qui Dux totius exercitûs. β Scil. Nubes pulveris. γ Id eſt, Proclives ſunt ad quærendum occaſionem certandi. δ Quem nos dicimus *Sanguinem cordis.* ε Scil. ſi Primarius Pherzâna ſeu Dux generalis perierat: nam duo Generaliſſimi eodem tempore eſſe non poſſunt. Aliàs autem in procinctu reſervatur donec Generaliſſimus interficiatur; in cujus locum ſuccedit & ſubrogatur.

17. *Per tres Areolas discedit Elatus Elephas,* ζ
18. *Perlustrátque prælii campum per duo milliaria.*
19. *Per tres Areolas discedit Camelus eodem modo,*
20. *Ad belli locum procedens furens & superbiens.*
21 *Nemo audet ambulare coram Rucho vindictivo,*
22. *Nam ille currit per totum prælii campum.*
23. *Unusquisque movetur in suo ipsius Meidân,* ¤
24. *Adeò ut nemo possit ambulare minùs aut plus.* ♦
25. *Quando unus in alterum facit impetum,*
26. *Quisque observat ut socio suo opem ferat.*
27. *Quando aliquis videt Regem in prælio,*
28. *Elatâ-voce dicit, O Shâh apage.*
29. *Tum agilis Rex de illâ viâ surgit,*
30. *Quia ab illo exercitu opem petit.*

Id itaque quod *Phirdausi* Libri *Shahnâma* Autor descripsit *Scaccarium*, tali ordine est,

Ruch Piyâde	*Asp* Piyâde	*Shutur* Piyâde	*Pil* Piyâde	*Pherz* Piyâde	*Shâh* Piyâde	*Pil* Piyâde	*Shutur* Piyâde	*Asp* Piyâde	*Ruch* Piyâde

Scaccarium Chinense primò descripsi secundùm Traditionem Semedi, Trigautii, & aliorum; & deinde secundùm delineationem Amici nostri *D. Shin-Fo-Çung* nativi Chinensis infrà in Sectione *De Shâhiludio Chinensium.*

Inter Europæos qui hunc Ludum augere studuerunt, & *Scaccaria* ordinariis majora sibi effinxerunt, est *Gustavus Selenus Dux Lunaburgensis*

ζ Aliter quàm fit apud Europæos. Sunt quoque in Indiâ qui altero ordine collocant Scachos, *Shâh*, *Pherz*, *Shutùr*, *Asp*, *Phil*, & nullum *Ruch* agnoscunt. Sed hoc peculiare; nec apud omnes receptum. ¤ Id est, sec. proprios suos limites & certas suas leges. ♦ Id est, Non potest suas leges excedere.

in

in ſuo Libro quem ipſe in Folio Germanicè ſcripſit de hoc Ludo, cui Titulus **Schach-ſpiel.** Ibi meminit antiquioris formæ hujus Ludi, qui vocatur **Curtzier-ſpiel**, & in uno ſolo Germaniæ loco, viz. in **Stroepeck** Aſcaniæ oppido, obtinet. *Scaccarium* illud in latitudine 8, in long. 12 Areolas habet. Ille autem qui omnium maximè hunc Ludum auxit, eſt *Chriſtoph. Weickmannus* Suevus, qui de hoc Ludo Germanicè edidit Librum in Folio cui Titulus, **Die groſſe Schach-ſpil**; in quo talia excogitavit Schemata ut 4, 6, aut 8 Perſonæ ſimul ludere poſſint; idque ſigillatim quiſque pro ſeipſo, vel junctis partibus ſeu partes ſortiendo, Schematibus decuſſatis, & octangularibus, &c. quæ heic exprimere, & illius ludendi methodum docere, prolixum eſſet, & fortè Lectori tœdioſum. Qui itaque plura ſcire cupit, adeat dictos Libros qui in Bibliothecâ Publicâ Oxonii extant.

Scaccariorum materiam quod ſpectat, tam apud nos quàm apud alias Gentes ex ligno fiunt. Caſu neceſſitatis, (ut ab Orientalibus aliquando fit,) in quâvis Chartâ atramento aut minio delineari ſolent, aut Cretâ humi, aut diſcoloratis lineis in arenâ aut pulvere deſignari. Adeò ut in quovis Deſerto ludere poſſint Viatores nullum ſecum portantes *Scaccarium*, nulloſque *Scachos*, cùm quævis Lignicula aut Lapilli pro *Scachis* ſufficere poſſint. De pretioſiſſimo meo Indico *Scaccario* ex Ebore & cruſtâ teſtudineâ ſuperiùs dictum eſt. Ludovicus XIII Galliæ Rex habuit *Scaccarium* Lanâ aut ſimili materiâ infertum ſicut Pulvi-

nar, ſuperficie lineis diſtinctum: & *Scachi* quibus in eo ludebat, erant infimâ parte muniti aculeis ſeu acubus, quibus in dicto illo molli *Scaccario* infixis, ipſe ſolebat ludere dum in Eſſedo aut Rhedâ placido greſſu veheretur. Et hoc modo, nulla motitatio quaſſatióve illius ludum perturbare potuit, nec erectos *Scachos* dejicere.

Apud D. Du Freſne in Gloſſario memoratur *Scaccarium* ex Jaſpide & Chalcedonio, de quo infrà dicetur. Ex relatione Comitis hujus regni, accepi, Don Juan de Auſtriâ pro *Scaccario* habuiſſe integram aliquam Cameram Marmoreis Quadris ſeu Teſſellis (prout debuit) diſtinctam, ubi *Scachorum* loco adhiberi ſolebant veri ac vivi Homines aut Pueri, qui ſec. hujus Ludi leges *Scachomachiam* (illo jubente & præſidente) exercebant. Idem narratur de Duce quodam Winmarienſi qui in Atrio ſeu Areâ aliquâ magnâ albo nigroque marmore variegatâ, loco *Scachorum* vivis Militibus Bellum ludicrum inſtituere ſolebat. Et ex Relatione D. Reimberg Civis Viburgenſis, accepi, quòd Pueri Viburgenſes in Jutia prodire ſolent in apertum campum, ibique humi formare *Scaccarium* in ipſâ glebâ ſulcantes & exarantes ſatis magnas Areolas, in quibus ſunt tot vivi pueri Nigris & Albis induti, ad nutum duorum Moderatorum ſeu Rectorum ſuas Motiones conformantes, & juſſis audientes, donec eorum altera pars ludendo vincat.

§. IV.

§. IV. *De Scachorum ſeu Militum luſoriorum Nominibus & Materia.*

FRuſtula quibus hic Ludus exerceri ſolet, Anglis dicuntur **Cheſs-men**; vel Ludo priùs ſpecificato, ſimpliciter dicimus **The Men**; idque tam in hoc quàm in quovis alio Ludo. Totus Scachorum Exercitus Arabibus ſonat الجنـــود *Milites*, ſeu الجيشان *Duo Exercitus*, ſpeciatim الجيش الابيض *Exercitus Albus*, aut الجيش الاسود *Exercitus Niger*. Hibernis Foipionn, i. e. *Societas*. In aliquo Parliamenti Pariſienſis Arreſto vocantur *Familia*, ſcil. Regis. Hibernicè Scachus eſt Bnan, ſeu Bnain, ſive Feap bnain, i.e. **Cheſs-man**. Nam Feap planè factum eſt ex Lat. *Vir*: & Bnain videtur eſſe ex Britannico *Bren*, i. e. *Rex*. Nam ut *Scachus* origine *Regem* denotans, transfertur ad ſignificandum quemvis Militem; ſic & Bnain origine *Regem*, ſed uſu communi quemvis in hoc Ludo Militem notat; hoc Ludo originitùs à potiori in eo perſonâ denominato, unde & nos *Shahiludium* nuncupavimus. Gallis dicuntur *les Eſchecs* ſeu *Eſchex*: Germanis **Schachſtein**. Italis *Scacchi*, quod quidem Nomen apud omnes Europæos Latinè lo-

quentes obtinet: nisi quod aliquando *Scachos* aliàs perperam vocent *Latrunculos*, qui ad alium planè Ludum pertinent, ut suo loco monstratur. Leunclavius figuratè utitur, dum dicit, *Scachus Scacho opponendus*, i. e. *Rex Regi*, vel *miles militi* objiciendus: nempe vis vi opponenda, & illa hâc repellenda est, ductâ Metaphorâ à consuetudine ludentium, qui suas partes muniunt & tuentur, suos milites opponendo adversis.

Apud Arabes varie appellantur: aliquando nempe قطع الشطرنج *Kit'a AlShatrangj*, i. e. *Frusta Shatrangica*; vel (ut *Camûsi* Author habet,) ادوات الشطرنج *Adwât AlShatrangj*, i. e. *Notulæ Shatrangicæ*. Apud *Ecteri* افران الشطرنج *Afrâd AlShatrangj*, i. e. *Individua Shatrangica*, seu *Particularia*, sive *Singularia*; q. d. individuæ personæ, eâdem notione quâ Bernardo da Parigi vocantur اشخاص الشطرنج *Aſhchâs AlShatrangj*, i. q. Persice تنهاء شطرنج *Tanhâi Shatrangj*, i. e. *Personæ Shatrangicæ*, nempe τὰ πρόσωπα τῆς παιγνίας, ut Græci veteres loquebantur. Aliàs Arabicè audiunt اسباب الشطرنج *Aſbâb AlShatrangj*, i. e. *Utensilia Shatrangica*; & آلات الشطرنج *Alât AlShatrangj*, i. e. *Instrumenta Shatrangica*. Hæc autem duo Nomina ultima, tam *Scachos* quàm *Scaccarium* comprehendunt.

Si figurati sunt, tum (ut Mohammedi in Alcorano)

corano) vocantur انصاب *Antsâb*, id est, *Statuæ, statunculæ*; vel (ut Ali Mohammedis Successori) تماثيل *Tamâthil*, i. e. *Imagunculæ, Pupæ*: & in *Shahnâma* Persicè پيکر *Figuræ* seu *Imagines*.

Sed antiquissimum Nomen ab ipsis hujus Ludi incunabulis eis inditum, est Persicum سترنگ *Satrangh*, i. e. *Mandragoræ*, quia hi (ut illæ radices) homunculorum formas imitantur.

Si materiam spectemus, ex ligno facti *Scachi* modernis Græcis vocantur ξύλα *ligna*. In Libro *Shâhnâma* describuntur ludentes Scachis ex عاج وساج *Ebore & Ebeno*: quorum illud naturâ album, hoc nigrum. Islandi ex Equi marini dentibus hujus Ludi Icunculas lusorias conficiunt. Infimæ sortis homines in Oriente aliquando utuntur Scachis quadratis ex Plumbo aut Stanno; & aliquando rudibus Lapillis, qui tum vocantur Turcicè طاشلر شطرنج *Lapilli Shatrangici*, & Persis eodem significatu سنگهاء شطرنج *Sangh-hâi Shatrangj*, aut مهرههاء شطرنج *Muhra-hâi Shatrangj*, i. e. *Calculi Shatrangici*. Græcis modernis tam hujus quam aliorum Ludorum *Fustula lusoria* nominari solent ψῆφοι, idem sonans quod Romanis *Calculi*. In Libro *Shâhnâma* de Lusoribus canitur,

بدانند هر مهرهٔ را بنام
که چون بايدش راند وخانه کدام

Sciunt

Sciunt quemvis Calculum nominatim,
Quando movendus eſt & ad quamnam Domum ſeu *Areolam.*

Megjdi Hiſtoricus Perſa meminit, quod Perſarum Rex *Coſrav filius Pervîz* habuerit ſibi شطرنج كه نصف مهرهاء آن از ياقوت بود ونصفي ديگر از زمرد *Shahiludium cujus dimidia Calculorum pars ex Hyacintho erat, & altera dimidia pars ex Smaragdo.* Et in Libro *Muſtâtraph* memoriæ proditum eſt quanti valoris fuerint, وقيل ان كان لبعض ملوك الفرس شطرنج من ياقوت احمر اصغر قطعة منه بثلاثة الاف دينار *Dicitur aliquos Regum Perſarum habuiſſe Shahiludium ex Hyacintho rubro, cujus minimum Fruſtulum valebat* 3000 *Dinâr* ſeu *Ducatos aureos.* Dominus DuFreſne in Gloſſario, ex Actis Benedictinorum ſecul. III, meminit *Scachos cryſtallinos.* Et ex aliquo Arreſto Parl. Pariſienſis anno 1320, memorat *Scaccarium de Jaſpide & Chalcedonio cum Familiâ,* viz. unâ parte ex Jaſpide, & aliâ parte ex Chryſtallo. In Theſauro San-Dionyſiano prope Pariſios ſervantur Caroli Magni Scachi figurati Eburnei, qui in Libro de Raritatibus dicti Theſauri his verbis memorantur: *Un Jeu d'Eſchets tout d'Yvoire, qui a autres-fois ſervy à l Empereur Charlemagne. Ces Eſchets ſont fort grands & bien travaillés, & y a certains characteres Arabiques ſoubs le plus gros, ce qui demonſtre qu'ils ſont venus d'O-*

d'Orient. Mihi autem falli videtur iſte Obſervator, propter dictam Inſcriptionem Arabicis literis factam judicans eos veniſſe ex Oriente; cùm horum Scachorum figuratio & opus (ut ex figurarum deſcriptione conſtat,) ſit planè Europæum, ut & Sculptoris Nomen *Joſeph Nicolaus*: hoc enim Cognomen inter Orientales prorſus inauditum. Si itaque eos pro Scachis Orientalibus Regi venditaverit dictus eorum Fabrefactor *Nicolaus*, id ſummâ cum fraude factum eſt: niſi forte Nominis ſui ſcriptio literis Arabicis oſtentationis ſignum fuerit, quo vanitatis ſuæ monumentum poſteris reliquit.

Hæc in genere dicta ſunto: jam ad Scachorum Europæorum particularia Nomina deventum.

Anglica Nomina hodierna.	Angl. Nomina antiqua apud Caxt.	Vetera Anglicana Nomina apud Lydgatum.
King	King	Kynge
Queen	Queen	Queen ſeu *Fers*
Biſhop	Alphyn	Awfyn ſeu *Alfin*
Knight	Knyght	Knyght ſeu *Eques*
Rooke	Rooke	Roke ſeu *Rocus*
Pawn	Pawn	Paune.

Apud Lydgatum Nomen *Fers*, aliquantulùm corruptum eſt pro *Ferç* ſeu *Ferz*. De Nominibus Alphyn ſeu *Alfin* & *Roc*, in ſequentibus dicetur.

Gallicé.	Italicé.	Gallico-Germanicé.
Roy	*Rè*	*Le Roy*, der Konig
Dame ſeu *Reine*	*Dama* ſeu *Regina*	*La Reine*, die Konigin
Fol ſeu *Preſtre*	*Alfiére* ſeu *Alfiéro*, ſive *Alfino*	*Le Fol*, ou les *Sauteurs*, die Springer
Chevalier ſeu *Sauteur*	*Cavallo*	*Les Chevaliers*, die Ritter
Tour, ſeu *Roc*, ſive *Château*	*Torre* ſeu *Rocco*, ſive *Caſtello*	*Les Rocs*, die Elephanten
Pieton ſeu *Piôn.*	*Fedina* ſeu *Fante*, ſive *Pedone.*	*Les Pions*, die Bauren.

Caroli Magni.	Hiſpanicé.	Suecicé.
Rex	*Rey*	Konung, *Rex*
Regina	*Dama*	Drottning, *Regina*
Sagittifer	*Alférez*, ſeu *Alfiéres*	Elephant, *Elephas*
Centaurus	*Cavallero*	Lopare, *Curſor*
Elephas	*Roque*	Springare, *Saltator*
Pedes.	*Peôn.*	Bonder, *Ruſticus.*

Weickmanni Suevicé.	Ruſſicé.
Konig, *Rex*	Korólie, i. e. *Rex*, ſeu
Mareſchall, *Mareſchallus*	Tſârie, i. e. *Imperator.*
Cantzler, *Cancellarius*	Korolemna, *Regina*, ſeu
Rath, *Conſiliarius*	Krala, *Regina*, ſive
Herold, *Fecialis*	Tſârítſa, *Imperatrix.*
Gaiſtlicher, *Spiritualis Vir*,	Slônie, *Elephas.*

Kônie,

Vir, Sacerdos.
Colonel, *Colonellus*
Reitter Hauptman, *Equitum Capitaneus*
Reitter, *Eques*
Curier, *Cursor*
Adjudant, *Adjutor*, i. e. *Scutiger*
Trabant, *Ostiarius* Regis
Leib-Schutz, *Venator*, a. v. *Corporis jaculator*, quia adstat corpori Regis in feras jaculaturus.
Soldat, *Miles.*

Kônie, *Equus.*
Lôdia seu Lôdya, i.e. *Navigium*, seu *Navicula*, *Cymba*, seu potiùs *Carina* ejus.
Péshkie, *Pedes.*

Est autem *Kônie* peculiariter *Equus Tataricus* ex Nagaia, scil. *Equus generosus*; nam alia habent Nomina quibus Equum appellare solent.

Polonicé.	Germanicé.	Danicé.
Krôl, *Rex.*	Konig, *Rex.*	Konge, *Rex.*
Krôlwa, i. *Regina*, seu Bâba, i. e. *Vetula.*	Konigin, *Regina.*	Dronninge, *Regina.*
Pôp, *Sacerdos.*	Lauffer, *Cursor pedestris*, seu Hund, *Canis.*	Biscop, Bisp, *Episcopus.*
Rycerz, *Eques.*	Springer, *Saltator*, seu Ritter, sive Reuter, *Equitator.*	Ridder, *Eques.*
Roch, pron. Roc.	Elephant *Elephas*, aliàs Roc, seu Roch.	Rock seu elephant.
Pieszck, *Pedes* seu *Miles Pedestris*; vel Cholop, pron. Chlôp.	Bawer seu Baur, *Rusticus.* Cum hoc convenit Talmudicum בור *Agrestis locus*, & *Bardus*, *Rusticus*, *Stolidus.*	Bonde, *Rusticus.*

Poloni suos Scachos formant ut hodie fit in Angliâ: & sic etiam ferè reliqui Europæi.

In hiſce Europæorum Scachis pauca quædam obſervanda ſunt, priuſquàm ad Orientalia Scachorum Nomina veniamus. Primum in hoc Ludo locum poſſidet *Rex*: de eo enim inter omnes Gentes convenit. Turcæ ſi aliquando fortè omittant uti Perſicâ voce *Shâh*, pro eo Polonicum *Krôl* ſuis Literis ſcribunt كرال *Krâl*, quo nomine *Reges exotices* aut Provinciarum *Regulos* notare ſolent. Et ab hoc vocabulo apud Gentes Boreales profectum videtur Nomen CAROLUS *Regem* denotans: quod imaginatu non eſt difficile, cùm jam perſpectum habeamus tam apud Scotos quàm apud Germanos Karle, & apud Saxones Ceopl in genere *Virum* ſignificare; & quòd apud hoſce Capl ſit *Virilis homo, Robuſtus*, παγκρατίσης, & apud Ruſſos *Korolie* (Polonis contractiùs *Krôl*,) planè *Regem* denotet. Heic etiam licet obſervare, quod Ruſſicum *Tſârie*, Polonis ſcribatur *Czar*; & quòd hoc pronuncietur *Tchâr*, quando nempe dicitur de Imperatore Moſcoviæ: ſed de Imperatore Germaniæ ſcribunt *Ceſſarz*, quod pronuntiant *Keſſarz*. Hungari autem τὸν quatuor Imperatores (viz. Germaniæ, Græciæ, Turciæ, & Moſcoviæ,) ſcribunt *Csáſzár*, quod pronuntiant *Tchâſár*. Et in dictis vocibus *Korólie*, & *Tſârie*, &c. ſyllaba *ie* in fine vix audiri debet.

Quoad ſecundum locum, Europæi conſpirârunt ut is occupetur à fœminâ, quam pleriq; *Dominam* vel *Reginam* vocant: unde etiam Judæi moderni inter Europæos viventes, eam appellant מלכה *Malca*, eodem ſignificatu. Ruſſi verò & Po-

Poloni eam ſubinde nuncupant *Bába*, i. e. *Vetula*, quaſi ſit Nutrix vel ſenior quædam Famula Regis.

Tertium locum poſſidet *Epiſcopus*, ſeu *Sacerdos*: nam Europæi quidam verum hujus Ludi ſcopum ignorantes, ſuopte ingenio poſt *Regem* collocarunt *Reginam*; & poſt hanc, *Virum Eccleſiaſticum*, ſecundùm illam Regni aut Curiæ œconomiam quæ hodiè in Europâ obtinet: non animadvertentes hunc Ludum eſſe ſpeciem Belli, ideóque ex eo eliminandos eſſe *Epiſcopum* & *Reginam*, eorum loco ſubſtitutis *Generaliſſimo* & *Elephante*, ut fit apud Orientales qui hujus Ludi Inſtitutores & Inventores extitêre, ut & olim rectè fiebat ab Anglis, qui hoſce duos Scachos Firs & Alphyn nuncupârunt. Qui autem *Reginam* & *Epiſcopum* in hunc Ludum introduxerunt, fortè opinati ſunt eum eſſe repræſentationem Curiæ Regalis, dum quod verè eo deſignatum eſt ignorarint; non attendentes eum natum fuiſſe apud Indos, qui non habent Epiſcopos; vel ſi haberent, eos tamen Bello intereſſe non poſſe; nec advertentes quàm abſurdum ſit in hujus Ludi progreſſu, ex Gregario Milite fieri Reginam, quaſi ex Viro fieri poſſit Fœmina: cùm potiùs quodvis fictitium debeat eſſe imitatio veri. Ex hoc itaque Ludo *Regina* & *Epiſcopus* propediem eliminantor, ut antiqui veri & genuini qui huc pertinent Scachi illis ſurrogati in ſuum locum reponantur. Galli autem invenientes in hoc loco Nomen *Fil*, & neſcientes quid eſſet, pro eo ſubſtituerunt aliquid ſibi magis notum *Fol*, quo *Stul-*

tus denotatur, qui nec in Bello nec Politicâ Regni œconomiâ locum habere poteſt: niſi forte ſtultè imaginati fuerint Regis Jocatorem aut Mimum in hunc locum introducendum. Germani hoc loco collocant *Pediſſequum*, vel quod pejus eſt, *Canem*, quid hoc Ludo reverà deſignaretur minimè percipientes. Itali heic ponunt *Alfiero*, qui Hiſpanorum *Alférez*, id eſt, *Vexilliſer*, quod magis probandum videatur. An verò hoc rectè fiat, infrà dicetur.

Quarto loco eſt *Equus*, vel qui ſimul ſupponitur *Eques*; cùm Equus Bellum non gerat abſque ſuo Inſeſſore, & Eques non ſupponatur equitare ſine Equo.

Quinto loco eſt *Rùc*, quod quidem Nomen, ſono aliquantulùm mutato, retinuerunt Europæi, quid reverà ſit ignorantes: ideóque variè de eo ſenſerunt. Apud Anglos habetur Rook, i. e. *Cornix frugivora*, à cujus avis vafritie, (nam nidi materiam à ſociis abſentibus furatur,) homo vafer fraudulentus & deceptor qui alios pecuniâ aliiſque rebus emungit, eodem Nomine vocari ſolet. Cùm autem hic Scachus ſit oblongus, ſunt qui putârunt eſſe *Turrim*, alii *Elephantem Turrigerum*, alii *Petram*, alii *Câſtellum*; Ruſſi *Carinam*, idque vel propter longitudinem, vel propter velociorem curſum quo ab alterâ Scaccarii extremitate ad alteram unâ vice excurrit properátque. Hi itaque uſitatiſſimum *Ruchi* Nomen in hoc Ludo omiſerunt: nam in eorum Lingua *Rûka* ad hunc Ludum non pertinet, *Manum* ſeu *Brachium* ſignificans. Antiqua Ruchi figura quæ

apud

apud Caxtonum reperitur, ferè eadem est quæ in Armorum Libris pro signo Gentilicio occurrit, sub Nomine Chess-rook furcato capite, uti in sequentibus videre est. Quâ de causâ in antiquo Poëmate quod in Prolegomenis venit, *Bifrons Rochus* appellatur. Hæc autem formæ duplicitas, duplum *Dromadarii* Gibbum repræsentans, olim venit ex Oriente, unde & Nominis ratio petenda est, ut suo loco declarabitur. Ejusmodi Rochi (tantum fuit heic olim hujus Ludi æstimium,) pro Armorum Insigniis in multarum Familiarum (ut Bodenham, Eltoft, &c,) Scutis portantur; & præsertim propter Nominis allusionem. *Rochi ex ligno* facti pro Armis seu Insigniis Familiæ de Rockwood seu Rockwood in Agro Herefordiensi adsumpti fuêre. Et in Germania Urbs Rochlitz seu *Rochlicium*, Insignium loco *Ruchum* habere dicitur. Solebant autem talia adhibere, ut *Rebus* exprimerentur *Nomina*; quæ tamen vel ipsas res ordine temporis præcesserint, vel saltem aliundè originem habuerint.

Ultimum & infimum locum tenent *Milites pedestres*, quos quidam *Rusticos* appellare solent. Anglicum Nomen Pawn, fit vel ab Hispanico *Peon*, vel à Gallico *Pion*; & hoc contractum vel ab *Espion*, i. e. *Explorator*, *Speculator*; vel potiùs à *Pieton*, i. e. *Pedes*, seu *Homo pedestris*.

Jam proximè ad Scachorum Orientalium particularia Nomina deventum.

Garçias ab Orta Proregis Indiæ olim Protomedicus, dicit hunc Ludum apud Persas & Mauros [intelligit Arabes in India degentes] usitatissimum

mum esse, & particulares Scachos Lusitanico scribendi more nominat: *Xa, Goazir, Fil, Suora, Rochha, Piada.* Hæc autem suis Characteribus rescribenda sunt ut in sequente Columna habetur, viz.

Apud Arabes.	Garçias ab Orta.
شاه *Shâh.*	شاه *Shâh.*
فرز *Pherz*, seu	وزير *Wazîr* seu *Vezir.*
فرزان *Pherzân.*	فيل *Fil.*
فيل *Phîl.*	سوارة *Suâra.*
فرس *Pharas.*	رخ *Rúch.*
رخ *Rúch.*	پيادة *Piyâda.*
بيدق *Beidak.*	

Vel præfixis Articulis.

Shâhnâma.	Indicè.
شاه *Shâh.*	شاه *Shâh.*
فرزين *Pherzîn* seu	فرز *Pherz.*
فرزانه *Pherzâna.*	هاتهي *Hâtehi.*
پيل *Pîl.*	كهورا *Cahûra.*
شتر *Shutúr.*	رخ *Ruch.*
اسپ *Asp*, seu	چاكر *Tchâgher*, i.e. Gregarius *Miles.*
سوار *Suâr.*	
رخ *Ruch.*	Hæc Nomina ab Indis usitata, sunt partim Persica.
پياده *Piyâde.*	

Tur-

Turcicè seu Tataricé.	Malaïcé.
قآان *Kâan.*	راجه *Rágja*, seu
بكلربك *Beglerbegh.*	راى *Ráya.*
يغان *Yeghân, elephas.*	فرز *Pherz*, seu
آت *ât*, seu اوى *,Oûi*,	فغ ليمه *Pangh-lîma*,
seu يوند sive *Yûnd*,	i.e. *Dux Supremus*.*
vel كمند *Camènd*,	كاجه *Gágja, Elephas.*
رخ *Ruch.* [*equus.*	كوده *Couda, Equus.*
قول *Kûl, servus.*	رخ *Ruch.*
چاكر *Tchâgher*, vel	ارڠ قرڠ *Orangh-*
صوناش *Commilito.*	*pràngh*, seu ارڠ باقرڠ

Orangh baprangh, i. e. *Vir Bellicus* seu *Militaris*; aliàs dictus *Jure-prangh*, seu *Pongáwa*, Belgicè **Soldaet**, & **Crijchs-knecht** *Bello serviens*, seu **Crijghsman.**

Elephantis situm juxta Equum esse meminit Sheich Saadi, qui quingentis ab hinc annis vixit: is inquam in Libro *Bustân*, cap. 3, p. 310, ductâ ab hoc Ludo similitudine, narrat pauperem quendam Amore filii Regis ita captum fuisse, ut eum intuendi causâ, perpetuò juxta Equum ejus libenter stare vellet,

زميدانش خالي نبودي چو ميل
همه وقت پهلوي اسپش چو پيل

* Aliàs Generalissimus Exercitûs Dux, Belgicè **Crijghs-heyr**, Malaicè vocatur *Balantántra.*

Ab Hippodromo ejus nunquam vacabat perinde ac ipse Postis seu *Meta*:

Sed perpetuò juxta Equum ejus stabat *perinde ac Elephas.*

Ad hæc Commentator Turcicus adjicit, يعني شطرنج فيلي *id est, Elephas Shatrangicus*; qui qui in hoc Ludo juxta Equum stare debet. Ex præcedentibus sex Speciebus conscribitur totus Exercitus Shatrangicus, qui constat 16 personis ex utrâque parte, sicut legitur in Libello Turcico, شطرنجدن ايكي صف اون آلتيدر *Utervis ordo Shatrangicus* constat τοῖς *sexdecim*: quod intelligendum est de eo Ludo qui ordinari solet in Scaccario parvo seu communi. Tamerlanes autem sibi excogitabat Scaccarium Magnum, quo ipse cum suis ludere solebat. In hoc Magnus ille Exercitus quem Arabshâhides in Vitâ Tamerlanis Campo Shatrangico secundùm Turmas suas disposuit, conflatus est ex 12 diversis ac distinctis speciebus; ita ut ex utrâque parte sint 28 Personæ suis Ordinibus collocatæ; & totus Numerus est 56. Nomina autem talia sunt, prout in MS. Codice apud dictum Arabshâhidem consignantur in hujus Ludi Schemate, quod in impresso Codice desideratur.

Scachi

Scachi Tamerlanis.

I. شاه *Shâh.*
II. فرز *Pherz.*
III. وزير *Wazîr.*
IV. جمل *Gjámal.*
V. فيل *Phîl.*
VI. زرافة *Zurâpha.*
VII. طليعة *Talîa.*
VIII. دبابة *Debbâba,* seu *Dabbâba.*
IX. فرس *Phâras.*
X. رخ *Rúch.*
XI. بيدق *Beidak.*
XII. بيدق البيدق *Beidak AlBeidak.*

Qualia hæc sint, & quibus aliis Nominibus appellentur, ordine dicetur. Interim verò notandum est, Arabshâhidem qui hæc recensuit, fuisse Arabem, ideoque pleraque dictorum Nominum expressisse Linguâ Arabicâ, quam (fatente ipso) Tamerlanes non intellexit: Persicam verò & suam Tataricam optimé. Quam ob rem, me judice, meliùs feciſſet laudatus Author, si omnia illa Nomina scripsisset Linguâ Persicâ, quâ familiariter utebatur dictus Heros. Ego autem hunc defectum supplere satagens, in sequentibus, quibusnam nominibus Persicis & Turcicis sive Tataricis eadem appellentur, explicaturus sum. Et ut hoc commodiùs fiat, cuncta sigillatim excutiam, ordine percurrendo Scaccarium magnum, quod simul omnia quæ in Scaccario minori comprehenduntur, exhibet.

I. شاه *Shâh,* id est, *Rex.* Hoc Persico no-

mine ludendo plerumq;utuntur Arabes ac Turcæ, aliique, qui olim & hoc tempore illud tanquam Vocabulum technicum huic Ludo peculiare acceperunt & amplexi sunt. Judæi plerumque dicunt מלך *Mélech*. Iste Rex ludicro huic Bello interest & præest, utpote cujus causâ suscipitur: sed ferè ut spectator tantùm adest, omnia Generalissimo seu Summo Exercitûs Duci permittens; dum ipse pro Gravitate & Dignitate suâ in suo loco consistit, inde non migrans nisi graviter & lentè per unam tantùm unâ vice Areolam; & neminem offendens seu feriens, nisi fortè aliquem inimicum qui nimis procaciter & audacter in proximam ei Areolam se intruserit ac intromiserit. Rex verò Regem non offendit feritve, neque alter alteri *Shâh* indîcit, neque in proximam ei Areolam venit. Ideóque fortassis minùs benè Joh. Florio, & post eum Torrianus, in Lexico Italico sub voce *Scacco*, inter cætera ponit *Scacco di Re*, quod secundùm hujus Ludi receptissimas Regulas adhiberi non potest. Secundùm quosdam, Rex cum Rucho locum commutare potest, quod Galli dicunt *Rochiere*: hoc faciendum est priusquam alteruter eorum è loco suo motus fuerit. Si autem Rex in processu pugnæ ad tantas angustias redactus fuerit ut omnes suos Milites amiserit, & ipse in Angulum se receperit ita ut extra periculum Monitorii *Shâh* constitutus fuerit, tum censetur esse in Propugnaculo suo, unde egredi nefas, quia sponte se periculo objicere non debet. Et hoc modo cùm ex

ex Caſtello ſuo elici nequeat, Victoria ab ejus parte eſſe ſtatuitur, quia vinci non poteſt. Hoc à quibuſdam vocatur **A Dead Game**. Sed in Scaccario Perſico ſuprà adducto, per varias aliquot Areolarum Decuſſationes deſignantur loca ad quæ tanquam ad Aſyla Rex ſe recipere poſſit. Et quidem Rex Albus collocandus eſt in Nigrâ Areolâ, & viceverſâ Niger in Albâ.

II. فرز *Pherz*: Aben-Ezræ etiam פרז *Pherz*: Lydgato **Fers**: unde Latinè ſcribentes olim in Angliâ & alibi habuerunt ſuum *Ferzia* ſeu *Fercia*, quo nomine intellexerunt Peditem promotum ut fieret *Pherz*. Nam verum Nomen, quamvis exoticum, ſervare ſatius videbatur, quàm incertam ejuſdem Interpretationem introducere. Pedro de Alcala legit *Firiç* & *Furcîn*, & exponit, *Cavallero Noble* Hiſpanicé.

In interiori Æthiopiâ circa Montem القمر *AlKumr*, (qui perperam dici ſolet *AlKamar*, i. e. *Lunæ*,) invenitur Beſtia dicta *Pherz*, cujus Deſcriptionem dabo ex Geographiâ quam Charactere Africano ſcriptam reliquit Abu'l Haſan. Ille inquam fol. 58, 2, ubi agit de Lacubus ex quibus exit Nilus, hæc habet, البحيرات التى يخرج منها النيل وينصب اليها امياه كثيرة من جبل القمر وانما يدخلون فى هذا الصحرا فى صيد الدابة المعروفة بالفرز ويقال لها ايضا الزمردة وهى دابة مسمومة ليس

ليس شي في الارض اقطع من سمها
وسمها حار يابس يحرق من ساعته وهذا
الحيوان يشبه القرد في خلقته وفي هذا
الصحرا اشجار كبار عالية واذا اراد احد
من النوبة والحبشة ان ياخذ من هذا
السموم استعد لنفسه قارورة العجرة من
الحجارة التي في جبل الاردكان وهذه
الجبال تحيط ببلاد الزنج *Quoad Lacus ex quibus egreditur Nilus, in eas effunduntur aquæ copiosæ ex Monte AlKumr. Et in vicinum Desertum ingrediuntur homines ad venandum Bestiam dictam Pherz, quæ vocatur etiam AlZumúrruda. Et hæc quidem est Bestia venenata, adeò ut nihil in toto terrarum orbe sit acrius veneno ipsius, quod est calidum & siccum, & urit statim. Hæc Bestia similis est Simiæ in formâ suâ. In hocce Deserto sunt arbores magnæ atque proceræ: & quando aliquis ex Nubiâ aut Habassiâ cupit acquirere aliquid de hoc veneno, parat sibi ampullam fortem ex lapide qui invenitur in Montibus AlArdacân, qui quidem Montes cingunt Regionem AlZingj, &c.* Et deinde pergit narrare quâ arte accipiant dictum venenum, & quòd maximo pretio illud vendant Regibus Zingæis aliisque. Hæc ille. Sed me judice, Nomen *Pherz* in nostro Ludo, non ex Africâ, sed ex Asiâ potiùs petendum est.

Ut

Ut itaque dicam quid ſit, فرز *Pherz* (quatenus ad hunc Ludum ſpectat,) eſt forma contracta, pro فرزين *Pherzîn*, aut فرزان *Pherzân*, ſeu *Phirzân* ut minùs rectè legit Ecteri, qui tamen benè exponit ut ſequitur, فرزان بيلو حكيم عارف ذو فنون كمسه فارسيدن معربدر *Phirzân eſt homo ſapiens, ſciens, doctus, eruditus* ſeu *ſcientiis imbutus: & è Perſico Arabicum factum eſt.* In Epitome τοῦ *Ruſtem AlMáulavi* exponitur, فرزين بكدش سز *Pherzîn eſt incomparabilis,* ſeu *cui nullus eſt ſimilis.* Aliâ formâ in *Logàt Méſnavi*, فرزانه حكيم وعاقل *Pherzâna eſt ſapiens, intelligens,* ſeu *gnarus.* Et rurſus in dictâ Epitome, فرزانه اولو وحكمت اسي وقتلو ومعتبر *Pherzâne eſt magnas* (ſeu *aliquis ex Magnatibus,*) *Dominus ſapientiæ, fortunatus, & æſtimabilis.* In Dictionario Anglico-Perſico in Indiâ ſcripto, *Pherzâne* ponitur Synonymum τοῦ هوشمند, id eſt, *Prudens, circumſpectus*: talis nempè pro Summo Regis Conſiliario & Supremo Militum Duce dignus habeatur. Et hinc eſt quòd in Libro Shahnâma, Magnates Regis vocari ſoleant فرزانگان *Pherzânaghân*; ut فرزانگان توران *Magnates Regionis Turân.*

Cùm Hieremiam Sacerdotem Græcum Scachos mihi recitantem percontarer, qualis eſſet *Pherz*, ille

ille reſpondebat, Ἐπίτροπος τοῦ Βασιλέως, *Commiſſionarius Regis, Procurator ejus, & Negotiorum ipſius Curator.* Ejuſmodi Viros prudentiâ & ſapientiâ inſignes ſecum habere ſolebant Perſarum Reges, quibus res ſuas gerendas credebant. Talis fuit Artabazus (cujus meminit Curtius libro tertio,) *Fidus Conſiliarius, qui omnibus Imperatoriis fungebatur Officiis; hortari, monere ut imperata faciant Milites.* Iſte homo erat Summus Exercitûs Dux ſeu Generaliſſimus, qualis hodie vocari ſolet سپهسالار جملهٔ *Miri gjúmla*, i.e. πανστρατηγός, ſeu سپهسالار *Sipâh-ſalâr*, i. e. Ἀρχιστράτηγος, ſive سپهبد *Sipâh-bad*, vel سردار *Serdâr*, vel سردار لشکر *Serdâri leſhker*, i. e. *Præfectus exercitûs*, vel سر لشکر *Seri leſhker*, ſeu سرعسکر *Seráſker*, i. e. *Caput Exercitûs*, uti apud Turcas hodie eſt, quibus is ſubinde dicitur سرعسکر باشا *Serásker Baſhâ.*

A ſimilitudine cum hoc, (huic enim omninò parallelum & analogum eſt,) in Ludicram noſtram Militiam olim introduxerunt & Regi ſecundum conſtituerunt τὸν *Pherz* ſeu *Pherzân*, qui in pace eſt prudentiſſimus Conſiliarius, & in Bello ratione Officii eſt *Strategus*, qui præſtò adſtat Regis mandata accipere eáque rurſus Militibus impertire & evulgare, & prout res poſcere videntur edicere, totúmque Exercitum gubernare. Hinc eſt quòd dictus *Pherz* tantam habeat licentiam ad omnes Campi partes quaquaverſus pro libitu diſcurrendi; ut ſc. de totius Exer-

Exercitûs conductu & singulorum muneribus ritè præstandis prospiciat; cùm reliquis non liceat nisi secundùm certas ac præscriptas Leges è stationibus suis migrare. Hujus loco Europæi ineptè constituerunt *Reginam*, quam ex hoc Ludo eliminandam & ablegandam superiùs diximus, ut ejus loco substituatur qui propriè huc pertinet *Pherz*.

Ex primitivo & legitimo Orientalium usu, videmus quòd *Pherz* seu *Alpherz* sit *Strategus*, nulli nisi Regi secundus. Hoc (vocabulo à Linguâ Mauritanâ in Castellanam traducto & adoptato) Hispanicè sonat *Alférez* seu *Alferez* sive *Alféres* vel *Alfiéres*, quod Pedro de Alcala in suo Vocabulario Hispan-Arabico (ut suprà monitum) exponit Arabicè *Phiriç* & *Furcin*. Hinc quoque Itali habent suum *Alfiéro* seu *Alfiéro* sive *Alfiére*. Hæc apud utramque Gentem denotant Militarem Officiarium quem *Vexilliferum* seu Militiæ pedestris *Signiferum* vocamus; qui idem Persis dicitur امیر علم *Emîri-âlam*, i. e. *Magister vexilli*, & علم دار *Alam-dâr*, id est, *Vexillum tenens*; & eodem sensu Turcis بیرقدار *Bairak-dâr*, & سنجقدار *Sangjak-dâr*, Angl. **Ensigne**. De hac re audiatur Covarruvias, *Llamamos Alferez comunmente al que encomienda el Capitan la Vandera, la qual instituyeron de muchos siglos atras los hombres, para que las Compañias se adunassen, y acudiessen todos los de ella a un lugar; competia el Capitan traer la Vandera, mas por quien ha de acudir a diversos*

miniſterios ſuſtituye al que llamamos Alferez, el qual ha de eſtar ſubordinado a el, y no moverſe ſin orden y mandato ſuyo, y los demas que militan debaxo de aquella Inſignia la han de ſeguir, y aſſi les davan todos eſtos nombres Signiferos, Vexiliferos, Primipilarios, Duces. Tuvieron los Romanos difirentes Inſinias, a las quales reſponden nueſtras Vanderas: y la principal era la del Aguila, como ſi dixeſſemos agora, el Guion, o Eſtandarte Real: y los que llevan eſta Inſignia, ſe llamaron Aquiliferos. Podria tener alguna ſimilitud con el que la Ley de la partida 16, tit. 9, part. 2, llama Alferez mayor, de quien dize. E el miſmo deve tener la Seña, cada que el Rey huviere Batalla campal.

Sed (ut mihi dictum eſt) in Militiâ Hiſpanicâ hodiè *Alferez* eſt tam *Enſigne*, quàm *Lieutenant*. Hoc quoque notandum velim, quod ſc. Vocabula *Alfiéro* & *Alferez* apud Italos & Hiſpanos in hoc Ludo à primario in alium uſum trahuntur. Primitùs enim in Bello apud Orientales ille qui à Rege ſecundus, apud hoſce verò moderniores ille qui tertius eſt, iſtis Nominibus denotatur; quem alii *Epiſcopum*, alii verò rectiùs *Alfinum* ſeu *Elephantem* vocare ſolent: & hinc eſt quòd J.Florio *Alfinum* eodem ſenſu quo *Alfiero* perperam exponit. Tantóſque errores vulgaris uſus comprobavit. Ejus motiones ſunt liberæ, non limitatæ. Et quidem in Oriente Luſores periti ſolent exhibere Artem ſeu Technam quandam dictam اسپ وفرزین بند *Techna Equi & Pherzin*, quæ eſt in Shahiludio quædam motio quâ

quis per *Equum* & *Pherz* victoriam reportat, per hos Regi indicendo *Shâh-mât*. Hujus meminit *Sheich Sa'di* in *Bustân*,

كداي كه بر شير نر زين نهد
ابو زيد را اسپ وفرزين نهد

Mendicus ille qui Leoni mari Ephippium imposuit,
Abu-Zeido etiam Equum & Pherzin ponet.

Id est, qui Leonem Ephippio insternere & inequitare potest & audet, idem Abu-Zeido Lusori peritissimo arte suâ imponet eumque vincet, quod vix possibile.

III. وزير *Wazîr* seu *Vezîr*, (Persicé اچي *Itchi*,) est *Vicarius Regis*, seu ut exponit *Ecteri*, پادشاهڭ يوڭن چكچي *Regis onus sustinens*: à Verbo وزر *wázara*, i. e. *Vicarius fuit*, & *alterius onus sustulit*. Moderni Græcorum Historici factâ syllabarum Metathesi, scribunt hoc Οὐαείζης pro Οὐαζίρης. Hujusmodi homines sunt Regis Consiliarii, quorum Summus seu Primarius in Turcarum Politiâ habet Tit. وزير عظيم *Vezîr magnus*, vulgò *Vezîr azîm*, qui est q[illegible] *Prorex*, & pro suâ absentiâ constituere solet [illegible] *Ba ritus* in Officiarium dictum قايم مقام *Kâ*[illegible]*itur Boare* &i. e. *Locum tenens*. Ad hujus reiesset *Baritus* [illegible] in ho[illegible] Ludo prout à *Timûro* instit[illegible] Epithe[illegible] [illegible]ope R[illegible]gem

ad-

adstare cernitur Supremus Vezirus, ut Rex cum eo consilium inire possit, & de Militiâ aliisque rebus deliberare. Cúmque hic sit ex præcipuis Ministris qui à Regis ore Mandata accipientes, ea rursus populo impertiunt, ideò pro natâ occasione magnam licentiam & discurrendi in *Scaccario* libertatem habere debet.

IV. جمل *Gjámal* Arabicè fit ex Heb. גמל *Gámal*, i. e. Κάμηλος *Camelus*, consonantibus vocabulis omnibus. Nomen autem desumptum est à significatione Verbi גמל *Gámal*, i. e. *retribuit, compensavit*. De vindictivâ hujus Animalis naturâ consulas Bochartum in *Hierozoïco*, ubi ille de hac re prolixè disseruit. Persicè dicitur شتر *Shutùr* seu اشتر *Ushtùr*, Turcicè دوه *Devè*, vulgò sonans *Tevè*, & aliquando corruptè تمه *Temé*. De Camelorum apud Arabes & Persas usu in Bello, consulas Hugonem Sempilium in *Libro de Mathematicis disciplinis*. Videatur quoque Hermannus Hugo *De Militiâ Equestri antiquâ & novâ*, cap. quinto.

Apud Plutarchum in Alexandro, malè legitur Γαυσάμηλα pro Γαυγάμηλα, quod ibidem exponitur οἶκος κα[illegible] fit enim ex vocibus گو جمل *Gaugjámal* [illegible] *Fovea Cameli*, vel ex جاي جمل *Gjai-gj*[illegible] *Locus Cameli*. Est sc. locus quidam ita [illegible]ibere Arten[illegible]ò quòd aliquis Camelo Dromade ve[illegible] veniens ibique latens, sal[illegible]s evasit. [illegible] Shahil[illegible]

V.

V. فيل *Phîl*, Persicè پيل *Pîl*: hinc etiam Syriacè ܦܝܠܐ *Phîlo*, & apud Rabbinos פיל *Phîl*. Turcicè seu Tataricè vocatur يغان *Yeghân*, Æthiopicè *Nage*, quod consonat cum Indico ejus Nomine *Nâg*, id est *Mons*, propter insignem magnitudinem; quâ etiam notione apud Syros ei inditum est consimile Epitheton, ܛܠܠܐ ܕܒܣܪܐ *Monticulus* seu *Cumulus Carnis*: & sic apud Arabes كلتوم *Cultûm*, i. e. *Carnosum & corpulentum* animal; & عيتم *Aitam*, i. e. *Magnæmolis, grossum*; & أبو دغفل *Abu-dághfal*, i. e. *pater* τȣ̃ *Daghfal* seu *Pulli ampli ac largi*. Herbertus nostras dicit Elephantem Malaïcè vocari *Catgha*; rectiùs كاجه *Gágia*. Garçias ab Orta cap. 14, dicit quòd Elephas in Guzaràt & Decàn vocatur *Ati*, in Malavàr *Ane*, in Canara *Açete*; Æthiopibus *Ytembo*. Hæc ille. Japonicè dicitur *Zô*, Indicè *Ouns*, aliàs هاتهي *Hâtihi*. Sed vulgatissimum ejus apud Indos Nomen, est *Barî*, seu *Brî*. Hoc Romani audientes à populis Orientalibus inter sua Bella Asiatica, formârunt sibi vocem *Barrus*, & *Barrire*, (i .e. *mugire*,) quod etiam urbe donârunt: hinc *Barritus* est *Elephantis mugitus*, ut à *Bos* dicitur *Boare* & *Boatus*. Rectiùs autem dicendum esset *Baritus* per *r* simplex. Alia sunt Elephantis Epitheta apud Indos,

prout in eorum *Sanscroot* seu veteri Linguâ Brachmanorum sequente modo se habent, viz.



pag. 94.

Hústy, i. e. *Celeriter currens.* Matàng, i. e. *Fortis,* quia fortissimum est animal. Curry, i. e. *Factotum,* quia omnia facit & docilis est. Gudge, id est *Tonitru*, propter roboantem barritum. Warran, i. e. *In aquâ generans,* quia semper in aquâ generant, de quâ re Calcashendi dicit, فيل من حيوانات المائية وان كان لا يسكن الماء

Elephas est ex animalibus aquaticis, si modò non stagnet aqua; viz. currente aquâ potiùs delectatur, propter intensos Indiæ calores. Kunger, i. e. *Belluarum maxima*, cujus Epitheti ratio manifesta est. Nâg, i.e. *Mons,* de quo Epitheto vide suprà p. 93. Dunty, i. e. *Longis dentibus præditus,* propter

pter exertos dentes, ex quibus fit Ebur. Davîpa, i. e. *Ferus* ſeu *Ferox*: ſic enim eſt ſuâ naturâ, donec cicuretur. Vîrada, i. e. *Craſſis membris præditus*, cujus Epitheti ratio manifeſta eſt.

Hiſpani qui multa Arabica à Mauris acceperunt, Elephantis Nomen aliquando ſcribunt *Arfel* ſeu *Arfil*: at Pedro de Alcala rectiùs dicit Linguâ Caſtellanâ vocari *Alfil*, & Arabicè *Fil*. Covarruvias in hujus Vocabuli derivatione inſigniter ineptit fallitúrque: & inter cætera, confundit hoc cum *Firiz*, (contractiùs *Firz*, cum Articulo *Al Firz*,) quod adducit ex Padre Guadix, unde paſſim multas alias falſas & ineptas derivationes in medium adducit Covarruvias in Lexico ſuo Hiſpanico. Hinc fortè, vel vice verſâ, ortus eſt alius error apud Hiſpanos & Italos vulgaris, quòd ſcil. *Alférez* ſeu *Alfiere* hunc ipſum Scachum à Rege tertium, adeóque talem in vero Bello Officiarium, notare debeat: cùm in hoc Ludo reverà ſit à Rege ſecundus.

A Vocabulo *Alfil* Jacobus de Ceſſolis Italus (qui ante 400 annos Tractatum de hoc Ludo ſcripſit,) hoſce duos particulares Scachos nominavit *Alphilos*. Sed unius corruptio eſt generatio alterius: nam Itali, *l* mutato in *n*, hos vocant *Alfinos*. Hinc veterum Anglorum *Alphyn*. In Kircheri Lexico Copt-Arabico, voci فيل *Phîl* reſpondet Copticum ⲇⲉⲗⲫⲱⲛ, malè præpoſito *Deltâ*, pro ⲉⲗⲫⲟⲥ. Hujuſmodi originem habuiſſe videtur Græcum Ἐλέφας, quod fortè olim in Nominativo lectum fuerit Ἐλεφαν, quia inde fluit Genitivus Ἐλεφαντ: unde demptis literis in fine adven-

adventitiis, restat ἐλέφας, quod ab *Alphil* (per eundem cum *Alphin* & Ελφιν canalem) ad Græcos fluxit. Nam ut animal ipsum non est origine Græcum, ita nec Nomen, quod unà cum ipso Animale ex Oriente ad Græcos derivatum est.

Et ut *Alphin* & Ελέφαν sunt pro *Alphîl* & Ἐλεφῖλ, sic apud mediæ ætatis Judæos legitur שנרפין *Shen-de-phîn* (prono errore mutato *l* in *n*,) pro שנרפיל *Shen-de-phîl*, id est, *Dens Elephantis*. Sic in Targum Hierosolymitano & Jonathanis ben Uzziel, ad *Gen.* L. 1, Joseph dicitur posuisse Patrem suum בערש רשנרפין רמחפיא ורהב ומקבעא במרגלין *In Lecto* (sc. *spondâ*) *Eburneo qui tectus erat auro & insitus margaritis*, &c. Tales Plautus vocat *Lectos Eburatos*, i. e. Ebore & auro tectos seu obductos, qui Eburneo-aurei. Eodem modo apud Veteres ornata erant *Eburata vehicula*, &c. id est, ut dicimus, inlaped with Ivory. Tales etiam primitùs erant *Sandapilæ* (cujus nominis ratio mox eluceſcet,) in usum hominum Nobiliorum. Sed processu temporis, nomine manente, & materiâ mutatâ, idem Nomen traductum est ad omnes *Sandapilas* ac Feretra, quamvis ex viliori ac longè diversâ materiâ fierent, & nihil Eboris in eis esset. Nam *Sandapilas* aliquando ornatiores & aliquando viliores fuisse, facilè colligitur ex Suetonio, qui dicit Domitianum à Conjuratis trucidatum, exportatum fuisse *in Sandapilâ populari*, hoc dicto subindicans alias etiam tunc fuisse *Sandapilas* præter populares seu communes; aliàs enim quid opus fuisset distinctione? Voluit itaque notare Imperatorem exportatum

portatum fuisse *Sandapilâ* viliore, quali vulgus exportari solebat, omni erga Imperatorem reverentiâ depositâ. Nomen autem quod spectat, planum est *Shendephîn*, (ut suprà dictum) esse pro *Shendephîl* seu *Sendepîl*, unde factum est Nomen *Sandapila*. Cúmque *Shendephîl* seu *Sendepîl* sit *Dens Elephantis*, quoad vim vocis possit etiam notare quidvis Eburatum seu quicquid Ebore tectum est, sive *Feretrum* sive *Lectum* sive *Vehiculum* aut quidvis aliud: usus autem peculiariter *Feretrum* tantùm (*Sandapilam* ideò dictum) significare voluit. De *Eburatis Lectis* in Textu Hebræo legitur *Amos* VI.4, משׁן שׁן *Lecti ex Dente*, i. e. Ebore, scil. Ebore tecti. Quamvis verò sono conveniat, significatu tamen diversum est Persicum زندفيل *Zendephîl, grandem & immanem Elephantem* notans, & nihil aliud.

Supradicta Nominis *Elephantis* derivatio omninò admittenda videtur, cùm hoc animal ignotum fuerit Græciæ; ideóque nec Nomen ibi natum habuerit, sed quod potiùs aliunde fluxerit, ut suprà notatum.

Sunt qui *Elephantis* Nomen deducunt ab Heb. אלף *Eleph*, i. e. *Bos*: & ad suam sententiam adstruendam, monstrant quòd apud Scriptores Italiæ id animal vocatum fuerit *Bos Luca*. Quòd autem ita appellaverint, eorum ignorantiæ tribuendum est. Nam si *Bovis Lucæ* appellatio profecta fuisset à significatione vocis Heb. *Eleph*, proculdubiò id Nominis per Orientem (ubi fuerunt Judæi) propagatum fuisset. Sed cùm Ele-

phas nullibi in Oriente vocetur *Bos*, nec Boum ſpeciebus annumeretur, nec hæc appellatio ſit ſatis antiqua, dicta conjectura (utpote quæ nullum fundamentum habeat,) meritò rejicienda eſt. Judæi quidem Elephantum Dentes per Mercaturam aliunde acceperunt, adeóque in ſuâ Linguâ veteri hujus Animalis Nomen non habuerunt. Nam ſunt tantùm duæ Regiones ubi Elephantes naſcantur, viz. *India* & *Habaſſia*, ut teſtatur Calcaſhendi. Ut autem ſint Bello apti, priùs domari debent. De horum uſu in Bello, conſulatur Curtius.

A Bello quodam Elephantino (ut ita dicam,) Æram ſeu Epocham aliquam ſuam paulò ante *Hegjram* ducebant Arabes Pagani. Ea quidem Epocha quæ proximè ante *Hegjram* apud eos in uſu fuit, denominata eſt ab الفجار *AlPhigjâr*, i. e. à *Bello injuſto* ſeu *iniquo* inter Coreiſhitas & Kaiſitas commiſſo, cui etiam interfuit ipſe Mohammed. Ita autem dictum fuit, quòd Bellatores improbè violarent Sacros Menſes, in quibus apud Arabes præliari nefas. Iſtam Epocham viginti annis præceſſerat عام الفيل *Elephantum annus*, quo tempore اصحاب الفيل *Elephantum Domini* ſeu *Poſſeſſores* venerût expugnatum Meccã, contra quos Deus dicitur immiſiſſe طيرا ابابيل *Volantia agmina*, ſeu *Volucres agminatim ac turmatim volantes*, quarum ſingulæ portabant tres parvos lapillos ponderoſos valdè, quos Dei judicio demittebant in eorum capita; quâ ratione cœlitùs

cœlitùs adjuti Arabes Meccani, dictos Elephantinos seu Elephantomachos repellebant.

Chondemîr (ubi agit de Regibus بنی حمیر *Himyaritis* qui regnarunt in *Jaman*) dicit, quòd *Abraha* hujus nominis tertius, (qui cogn. fuit الاشرم *Al Aſhram* seu *Naſo-ſciſſus*) videns lucrum esse à Visitatione Meccanâ, aliam Ecclesiam ornatissimam dictam قلیس *Kolais* curavit extrui in suâ urbe *Sánaa*. Id autem ægrè ferentes Meccani, miserunt hominem dictum نفیل *Nophail* qui noctu dictæ Ecclesiæ muros stercore inquinaret. Cúmque id resciret *Abraha*, Legatum misit ad نجاشی *Nagjâshi* seu Æthiopiæ Imperatorem, petiitque ab eo Elephantem album dictum محمود *Mahmûd*: & Imperator cupiens ei placere, dictum Elephantem misit, & insuper alios plures Elephantes, & quoque ذن فیل بهادران وفیلان صف شکن *Pugiles Elephantini corporibus, & Elephantes ordines* hostium *rumpentes*; quibus instructus *Abraha*, ivit expugnatum Meccam. Sed ut jactant Mohammedani, repulsàm passi sunt per miraculum, ut suprá. Totius rei gestæ prolixam historiam videas in Libro *Mustátraph*, & alibi. Fuerunt quidem plures *tres Jámanæ* Reges dicti *Abraha*: nempe Regum Yaman 17us fuit ذو المنار ابرهة *Du 'l Manár Abraha*: & 40us fuit ابرهة بن صباح *Abraha filius Sabbâh*, cogno-

mento شيبة الحمد *Sheibato 'l Hamd*. Et fortè alter horum ſit ipſe *Abraha* cujus meminit Doctiſſimus Ludolphus, dicendo quòd *Abreha & Atsbeha fuerunt fratres longè ante Abraha Naſo-ſciſſum*. Et quidem meritó: nam profectò dictorum Regum 46tus fuit ipſe *Abraha AlAſhram* ſeu *Naſo-ſciſſus*, propter cicatricem vulneris in facie accepti, (dictus quoque *Abu-Yecſûm*,) qui cognomento erat صاحب الفيل *Sâhibo 'l Phîl*, id eſt, *Elephantum dominus*. Ipſe erat ſub Æthiopum Imperatore Præfectus τῆς *Yaman* ſeu Prorex, uti & alii qui Regum Nomine memorantur. Sed ea Regum Yamanenſium ſeries quam in Specimine Hiſtoriæ Arabum ex Arabibus adduxit D. Pocockius, Librariorum culpâ non videtur ſatis accurata, præſertim in hac parte: nam ſecundus & tertius ibi memorati, videntur malè diſjuncti, cùm illa duo Nomina unam eandémque perſonam denotent: cui quidem ſententiæ noſtræ fidem facit *Turgjumân Arabs*, ابرهة بن صباح ايضا من ملوك اليمن وهو ابو يكسوم صاحب الفيل *Abraha filius Sabbâh fuit etiam ex Regibus Yaman: ipſe eſt Abu-Yecſûm Elephantum dominus*. Apud eundem *Turgjumân* alius etiam memoratur *Abraha*, qui fuit ابرهة بن حارث ملك ملوك اليمن *Abraha filius Hârith Rex Regum Yaman*, ſeu Regum Yamanenſium maximus. Et quidem celeberrimus ille Elephantum domi-

dominus, videtur idem qui apud Procopium Lib. 1, cap. 20, *Abramus Rex Homeritarum*, id est, حمير *Himyaritarum*, qui Arabiæ Felicis populus sunt. Iste enim ex Æthiopiâ in Arabiam irruens, occupaverat regionem *Táman*, & passim vocatur ابرهة الحميري *Abraha Himyarita*, quia præerat Homeritis seu Himyaritis qui in Arabiâ.

Dictorum Elephantinorum Adventus accidit 17 Mensis Moharram, eorundem autem Recessio 25 Mensis Sha'bân, Nushirravâni anno 42, quo & natus est Mohammed. Et horum Dux fuit *Abraha fil. Sabbâh*, (non autem *Sahâb*, ut malè legit D. Golius in Notis ad *Alfrag.* p. 54.) qui quamvis Arabiæ Rex seu Prorex, Natione tamen Habassinus fuit, uti videre est apud Beidavium & alios in Alcoranum Commentatores ad Suratam *AlPhil.* Iste inquam cum Habassinis suis, adductis quoque Elephantibus, venit expugnatum Meccam, eámque obsedit, cupiens ad *Sánaa* (quæ ejus urbs Regia & Arabiæ Metropolis) totam Regni potentiam & divitias transferre. Ibi enim (ut suprà dictum,) extruxerat Ecclesiam ad quam voluit institui Peregrinatio solennis, ut à Mecca lucrum ad eam hoc modo transferretur, de ejusdem Sanctitate magnalia prædicans, eámque Ecclesiæ Meccanæ præferens.

Ut autem ad pensum redeam, Elephantes reguntur ab homine eorum collo aut humero insidente, idque Unco dicto جنك *Tchengh*, & aliis Nominibus. An verò Librariorum errore

lignea illa *Fala* quâ homines Elephantis dorſo vehuntur, ſit pro قلعة *Cal'a*, i. e. *Caſtellum*, videant alii; vel an *Cal'a* Maurorum more ſcriptum فلعة, pepererit *Fal'a*. Mihi quidem alterum horum videtur veriſimillimum. De Lignei Caſtelli deſcriptione, videatur *D. Barri* in Relatione de Cochinchinâ. Vide etiam Fluddum in Recreationibus Mathematicis, cap. 14. Certè I. *Maccab.* VI, 34, ejuſmodi Turris lignea dicitur *portâſſe 32 homines, præter Indum Rectorem*, qui ſc. in Animalis collo ſedet extra Caſtellum In hoc loco, pro *Indo*, Verſio Gallica malè legit *Dedans*, id eſt, *Intus*; quaſi Elephantis Rector ſediſſet intra ipſum Caſtellum ſeu Turrim, quod impoſſibile & falſum, dum brevi adunco ferro illud animal regat. Ibi etiam deſcribitur modus pugnandi cum eis; & dicitur, Elephantes ad furorem incitari poſſe oſtendendo eis ſanguinem uvarum & mororum. Calcaſhendi tom. 2, pag. 304, refert, *Putant inimicitiam eſſe inter Elephantem & Felem, eúmq; ab eâ præcipitanter fugiturum. Eúmque pariter horrere à voce porci, eâque diſſipari poſſe agmen eorum in Bello. Odio etiam habere* بعوض *Cimices, quia cutem ejus perforant roſtris ſuis: & cernitur perpetuò jactare aures, ut à ſe pellat & excutiat* الناموس *Al Namûs. Ei peculiare eſſe tam leviter pedibus calcare terram, ut pone hominem ſedentem venieus non ſentiatur. Parere 7 annos; ſec. alios, duos aut tres, priuſquàm deſiſtat. Linguam ejus inverſam eſſe, viz. mucronem eſſe in gutture, &*

radicem

radicem esse exteriùs, in contrarium aliorum animalium, &c. ——*Pullos lactere sub pectore; & vulvam esse sub ventre, ita ut tempore coitûs fœmella supinam se exhibeat mari ut is possit ad eam accedere.* Sic ille, si modò vera sunt.

Figura quâ Elephas in Turcarum Scachis repræsentari solet, est Basi crassiori superimpositum rotundum & crassum quiddam ligneum, quo significatur Elephantis dorso superimposita *Fala*, sive Castellum ligneum, in quo Sagittarii ad Bellum prodeuntes vehuntur.

Elephantis motiones in Scaccario quod attinet, per obliquum seu transversum semper fiunt.

Insuper notandum est priusquam hanc Periocham absolvam, præter Elephantes vulgares, esse in Hindustân seu Indiâ aliam Elephantis speciem, vel quæ saltem est Elephanti congener, quæ in Libro *Mugj.* (ubi ejus Icon exhibetur,) Persicè appellatur سنبـاد *Sumbâd.* Proboscidem verò (si pictori fides) habet breviorem: & exerti Dentes ex inferiori maxillâ planè Erecti prodeuntes cernuntur, ut in Apro. De hoc Animali fertur, quòd fœtus in utero matris jam adultus exerat Caput, & pabulum legat edátque per aliquot dies: & quòd, quando tandem fortior evaserit ita ut matre non indigeat, unà vice subitò ex ejus utero exiliat aufugiatque. Nam si mater eum videret, Linguâ suâ (quæ insigni asperitate & aculeis prædita est,) illum vellet lambere, & hoc modo enecare.

VI. زرافة *Zurâpha* seu *Zaraffa*, unde fit Arabico-

bico-Hiſpanicum *Giraffa*, id eſt, *Camelo-pardalis*, quam Agatharchides *Camelopanthera* vocat. Nomen fit à Verbo زرف *Zárapha*, i. e. *aſſiliuit & properauit incedendo*: dum enim incogitanter & negligenter incedit, curſum Equinum facilè ſuperat; tam longa ſunt crura & diducti paſſus. Hujus motio in Scaccario (ut videtur) debet eſſe velox, & fortè per ſaltum.

Perſæ portentoſum hoc Animal vocant miro nomine, quod eſt شتر گاو پلنگ *Shutùr-Ghâv-Pelèngh*, ſeu اشترگاو پلنگ *Uſhtùr-Ghâv-Pelèngh*, id eſt, *Camelo-Bovino-Pardus*, quia eſt (ut vulgò creditur) hybridum animal ex hiſce tribus ſpeciebus procreatum. Verior autem ratio eſt, quòd in quibuſdam ſuis partibus hæc tria quodammodo repræſentare videatur. Bochartus in Hierozoïco ubi deſcribit Heb. זמר *Zémer*, ex Camûſo malè legit استر گاو پلنگ *Oſtor caujalanc*, harum vocum nec ſignificatione nec ſono ſatis perſpecto.

Arabicum *Zurâpha*, Turcæ aliquantulùm vitiosè pronuntiantes mutârunt in زردپا *Zurnápa*, ſeu زردبا *Zurnába*, ſive سرنابه *Surnápa*: tot enim modis ſcribunt. Hinc, per Aphæreſin primæ ſyllabæ inter pronuntiandum vix auditæ, ortum videtur corruptum hujus animalis Nomen *Nabù* ſeu *Nabim*, quod Æthiopicum eſſe fertur; aliàs *Anabula*, quod eſt Nominis Monſtrum ipſo Animali mirabilius. Hæc Nomina Europæi fortè acceperint

rint ab aliquo Æthiope aut alio Turcicè loquente, eo modo quo alibi etiam erratum fuisse ostenditur. Turcis enim sæpe familiaris est pronuntiandi modus exili sono quasi sibilo primæ syllabæ ferè absque vocali, q.d. *Zrnápa* seu *Zrnába*, ubi maximè auditur *Nába*, syllabâ primâ fermè suppressâ. Hujusmodi exemplum est in voce شكنجه *Shcángje* seu *Shgángje*, id est, *Supplicium*, peculiariter illud quo in ingentes hamos præcipitari solent homines rei ab altiori loco præcipites dati supplicii causâ: unde etiam Europæi vulgò efferunt *Gansche*, syllabâ primâ non auditâ. Camelopardalis Æthiopicâ Linguâ (ut apud Doctissimum Ludolphum videre licet,) nominatur *Zarâth*, quod fortè factum fuerit ex Arabico *Zaraph*. Aliàs Æthiopicè appellatur *Zarâth Katchin*, id est, *Caudâ tenuis*, λεπτουρος, λεπτόκερκος: quod enim tam magnum animal minutam Caudam haberet, notabile videbatur. Describitur prolixè apud *Heliodorum* in Æthiopicis, & apud *Dion-Cassium* Historiæ Romanæ lib. 43, p. 255, his verbis, Περὶ δὲ τῆς Καμηλοπαρδάλεως ὠνομασμένης ἐρῶ, ὅτι πότε πρῶτον ἔς τε Ῥώμην ὑπ' αὐτοῦ ἐσήχθη, καὶ πᾶσιν ὑπεδείχθη. Τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο τὰ μὲν ἄλλα Κάμηλός ἐστι, πλὴν καθ' ὅσον οὐκ ἐκ τοῦ ἴσου τῶν κώλων ἔχει. Τὰ μὲν γὰρ ὀπίσθια αὐτοῦ χθαμαλώτερά ἐστιν· ἀρχόμενον δὲ ἀπὸ τῶν γλουτῶν ὑψοῦται κατὰ βραχύ, ὥς' ἀναβαίνοντί ποι ἐοικέναι. Καὶ μετεωρισθὲν ἐπὶ πλεῖστον, τὸ μὲν ἄλλο σῶμα ἐπὶ τῶν ἐμπροσθίων σκελῶν, τὸ δὲ αὐχένα ἐς ὕψος αὖ ἴδιον ἀνατείνει. Τὴν δὲ χροιὰν κατέστικται ὥσπερ Πάρδαλις· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὄνομα ἐπίκοινον ἀμφοτέρων φέρει. *Id nunc commemorabo,*

rabo, animal illud quod Camelopardalis nominatur, tunc primum sub eo [sc. Cæsare] *Romam adductum publicéque ostensum fuisse. Est autem Camelo simile Animal, nisi quod membrorum non eandem ubique proportionem servet. Nam partes ejus posteriores, humiliores sunt: à clunibus paulatim erigitur, videtúrque quasi ascendere: quúmque diu jam altius subinde factum est, reliquam corporis partem prioribus pedibus elevat: collo verò sua peculiaris altitudo adest: colore, ut Pardalis, variegato est; unde Nomen commune ab utrisque tulit.* Apud Calcasshendium dicitur habere Caudam & Ungulam sicut bovis, colorem variegatum albo & flavo. Accurationem ejus Descriptionem habebis ex Libro *Mu'gjizât* Persicé,

سر او بشتر [ماند] وسرو چون گاو دارد
وپوست او به پلنگ ماند وسم او بسم گاو
ماند وگردن بغایت دراز ودستهایي دراز
ودو پایها گوتاه ودم او بدم آهو ماند وصورت
او بصورت [شتر] بیشتر ماند *Caput habet*

Camelinum, Cornua Bovina: cutis ejus Pardum refert: habétque ungulam bovinam, & Collum longissimum: anteriores pedes sunt longi, posteriores verò breves: Cauda ejus caudam cervinam refert: & forma ejus maximâ ex parte similis est formæ Cameli. In Libello Persico de Venatione, شاخ او مانند دراز دنبال *Cornua ejus sunt instar Bovinorum.*

Hocce

Hocce Animal tantæ proceritatis est, ut commodè possit fructus ex arboribus decerpere ac de-

vorare: ejus enim Caput (ut dicitur) undecim pedibus ab humo elevatur. De mansuetudine

ejus & miro celerique inceſſu, videas plura apud Heliodorum in Æthiopicis, lib. 10. p. 496, & apud Bochartum in Hierozoico. Propter mirabilem formam quâ ex variis animalibus participare videtur, multi ex antiquis crediderunt eam eſſe genitam (ut refert Gjâhidh apud Calcaſhendium,) ex Vaccâ ſylveſtri & Pardo, vel ex Tauro ſylveſtri & Pardâ, vel ex Camelâ Æthiopicâ & Pardo & mare Hyænarum; & Camelopardam non concipere ex Camelopardo: addit tamen, *Id notiſſimum eſſe in Jaman & Habaßia*, viz. ut fœmella ex mare concipiat. Ut autem Idea ejus melius animo concipiatur, Iconem ex Libro *Mu'gjizât* hîc apponendam curavi: eâ tamen differentiâ, ut, quod ibi decumbens exhibetur, hîc erectum detur, unde ejuſdem proceritas commodius apparere poſſit. Ad initium cujuſdam Libri Perſici, alio diverſo cornu pingitur, quod etiam juxtà expreſſum eſt.

VII. طليعة *Talîa*, unde Perſæ ſumpſerunt ſuum تلايه *Talâya* ſeu طلايه *Tilâya*. Apud *Turgjemân Syriacum* طليعة eſt ܢܛܪ ܥܩܒܐ *qui intendit inſidiis* ſeu *explorationi*, ſcil. *Inſidiator, Explorator*. Eſt autem طليعة à Verbo طلع *tálaa*, i. e. *aſcendit, ortus eſt, prodiit*. Quid hoc Nomine ſibi velint Arabes, dicit Ecteri, الطليعة جاسوس وعند البعض قراول كه لشكرك دشمندن جانبنه قويرلر ويقال طليعة الجيش من

من يطلع طلع العدو *Al Talîa est Explorator: & sec. quosdam, est Karaùl* [*i. e. Excubitor, Procubitor,*] *quem versus hostilem exercitum collocant. Dicitur etiam, Talîa AlGjeish,* [i. e. *Exploratrix Exercitûs,*] *sc. ea pars quæ prodit ad prospectum hostium,* seu *quæ prospicit ad tractum hostium.* Est sc. φρουρὸς seu πρόκοιτος, **The Forlorn hope.** *Turgjumân Arabicus* etiam vel de uno vel de pluribus exponit,

طليعة طلايه اي ديدبان يعني قراول
طليعة الجيش من يبعث ليطلع طلع العدو

Talîa, Persicè *Talâya* est *Dîdabân,* [i.e. *Speculator,*] Turcicè *Karaùl,* scil. *Vigil Stationarius.* —*Talîa AlGjeish,* [i.e. *Exploratrix Exercitûs,*] *est quicunque emittitur ut prodeat ad conspectum hostium,* vel *ii qui emittuntur ad prospectum hostium,* vel *è regione hostium,* sive sit unus aliquis sive plures. Hi plerumque prælium inchoant: unde in Libro *Pherh-Gjih. talîa* aliàs vocatur سرغوغا *Seri Gaughâ,* i. e. *Caput* seu *initium dissidii;* & سرجنڭ *Seri gjengh,* i. e. *Caput* seu *initium Belli.* Adeò ut *Talîa* sit vel *Excubitor* seu *Vigil,* vel *Explorator,* aliàs Persicè dictus لشكر پژوه *Leshker puzhûh,* i. e. *Exercitum explorans,* qui est vel unus aliquis simplex Homo, vel Exploratrix pars quæ pluribus hominibus constat. Uterque sensus sat benè quadrat: sed posterior videtur hoc loco amplectendus. Nam in Libro *Pherh. Gjihân-ghîri* voce چغته narratur, *Quòd quando duo Exercitus Alexandri &*

Zenghiorum ſibi invicem appropinquarent, tum utriuſque exercitûs طلایه Exploratrix *inter ſe certamen inivit*, &c. Unde planè conſtat *Talâya* eſſe *Turmam* Militum qui emittuntur ad explorandum conditionem hoſtium. Talis hominum Manus in dictum uſum aſſignata & emiſſa, aliàs Arabicè dicitur مقدمة الجيش *Mokáddema AlGjeiſh*, ſeu سابقة الجيش *Sâbika AlGjeiſh*, *Præcurſor Exercitus*, ſc. præiens pars: Turcicè aliàs چرى باشي *Tcheri bâſhi*, i. e. *Caput exercitûs*, Perſicè پیشرو لشکر *Piſhravi léſhker*, i. e. *Anteambulo exercitûs*: & سرهنگ *Serhengh* ſeu سر آهنگ *Ser-âhengh*, i. e. *Caput trahens*, ſeu پیشاهنگ *Piſh âhengh*, i. e. *Anteriora trahens* ſeu *ducens*. Vetuſtiore autem Nomine Perſico, aliquando vocatur یزک *Yezék*; quod ſcilicet in *Pherh.Gj.* exponitur یزک جمع قلیلی را گویند که در مقدمهٔ لشکر روند تا از سپاه خصم باخبر شوند *Yezèk eſt parva turma* [ſeu *collectio*] *hominum qui in anteriore exercitûs parte eunt ad explorandum quales ſunt milites adverſarii.* Et hujus Scachi ingenium & denominatio, arguit eum cum primis copiis emittendum eſſe in Bello Shatrangico ſeu Scachorum Prælio. His vides quale fuit Bellum Tamerlanis.

VIII. دبابة *Dabbâba* ſeu *Debbâbe*, Arabicè

eſt

eſt *Muſculus* bellicus. In eundem fere uſum quoque eſt *Vinea*, ſive *Pluteus militaris*: quibus nominibus apud Latinos deſignabantur ex aſſeribus & crudis coriis compactæ Machinæ Bellicæ, ſub quibus ſenſim promotis, Milites ad ſuffodiendum pertingerent murum. *Muſculi* & *Vineæ* apud Romanos differentiam & Icones videre licet in Juſti Lipſii Poliorceticâ. De *Pluteo* vide Vegetium. Hæc noſtra Machina (quæ eſt *Muſculus*) à Camûſi Authore in voce دب *Dábba, repſit*, ſic deſcribitur, الدبابة آلة تتخذ للحروب فيدفع في اصل الحصن فينقبون وهم في جوفها *AlDabbâba eſt Machina quæ adhibetur ad expugnationem: ſolet autem promoveri ad radicem Arcis* aut *Munimenti, ut* Milites *poſſint fodere dum ſunt in ventre ejus*, ſcil. in medio ejus ſeu intra eam. Idem Author in voce درج dicit الدبابة تعمل لحرب الحصار يدخل تحتها الرجال *Al Dabbâba fit ad expugnandum Caſtellum, ut ſub ea homines intrare poſſint.*

Hæc Machina alio Nomine ab Arabibus aliquando appellatur درجة *Dúragja*, ſeu دراجة *Derrâgja*, quæ propter aliquam motionis ſimilitudinem, ſignificant quoque *Serperaſtrum*, ſeu Sellam gradariam aut gradilem ſubditis rotis quaquaverſus mobilem, in quâ pueruli gradiri diſcunt; à Verbo درج *Dáragja*, i. e. *greſſus eſt, gradatim progreſſus eſt*. Sed & *Serperaſtrum* aliàs etiam

etiam vocatur حال *Hâl*, ab حول *Haul* seu *circuitione*. Nominis *Dabbâba* ratio petita est à Verbo دب *Dábba*, id est, *lentè ac lenitèr quasi rependo incessit, & clanculum obrepsit*: hinc fit دابة *Dâbba*, i. e. *Animal reptile, bestiola*, & dictum Instrumentum *Dabbâba*, quod est Machina rotulis instructa quæ movendo quasi repit, & sub quâ repitur & ab hominibus proserpitur ad suffodiendos urbis aut Castelli muros. *Musculus* habet formam oblongam, & Anglice commodè vocari possit a wheeling Hovell.

Hujus motio in Scaccario debet esse tarda.

IX. فرس *Pháras*, aliàs خيل *Cheil*, Arabicè est *Equus*, Persicè dictus اسپ *Asp*, Turcicè آت *Ât*. In Timûri Historiâ Persicè conscriptâ, de quodam viro stupore attonito dicitur, quòd چون اسپ شطرنج بجاي خود بماند *Sicut Equus Shatrangicus in loco suo manebat*, unde se movere non potuit. Hic autem Scacchus aliàs Persicè plerumque vocari solet سوار *Suâr* & سواره *Suâre*, id est, *Eques, Equitator*. Sic apud Judæos audit vel סוס *Sûs*, i. e. *Equus*, vel פרש *Pharàsh*, i. e. *Eques*. Hujus motiones, ut Equitem decet, fiunt saliendo in tertiam quamvis Areolam diversi coloris. Figura quâ inter Orientales repræsentari solet, est Basi crassiori superimpositum oblongum quiddam quod Collum Equinum fœno cinctum subindicat.

X. رخ *Rùc*, seu *Rùch*, plurali رخاخ *Ricâc*.

Judæi

Judæi hujus vocis ſonum captantes, ſcribunt רוך *Rok* ſeu *Rûk*, & ſic etiam pleræque Gentes Europææ, cùm quid & quale hoc ſit Nomen prorſus ignorent. *Ruch* Salmaſio videtur eſſe *infima Latinitatis vocabulum*, ſcil. Gallicum *Roche*, id eſt, *Petra*; quæ quidem Conjectura non eſt æquè ſolida: quicquid enim immobile eſt & de loco in locum portari nequit, hujus Ludi naturæ non competit, utpote quod non ſit Bello campeſtri Analogum ac accommodum. Præterea, quis poteſt imaginari res origine Orientales, Vocabula ſua ex Occidente traxiſſe? Cum potiùs ſit plus quàm probabile (ut in genere loquar,) rerum Nomina propria ac primaria eoſdem cum rebus ipſis originis locos agnoſcere: id quod liquidiſſimè conſtat de noſtro *Ruch*, quod per totum Orientem in hoc Ludo aliud Nomen non habet. Et ſanè, cum Salmaſius in Exercitationibus Solino-Plinianis, Indica ſpecierum & mercium Nomina fere non mutata unà cum ipſis mercibus ad Græcos & ad nos veniſſe affirmet; equidem non video cur eadem Regula non obtineat in Nominibus Animalium & aliarum rerum quæ ab Indiâ veniunt, & apud ipſos Indos aliud Nomen non habent.

Alii, majori probabilitatis ſpecie contendunt, ludicrum noſtrum *Ruch* eſſe illam ferè incredibilis magnitudinis Avem quæ in Inſulis ultra Madagaſcar prope Indiam reperiri dicitur. De eâ dicit Phiruzabadius, رخ طائر كبير يحمل الكركدن *Ruch eſt volucre magnum quod Rhinoceroſ*

cerotes asportare solet. Hujus Avis prolixam & quidem lepidam Historiam videas in Libro *Mustátráph.* Et apud Abu'l Hasan p. 41, extant miræ Historiæ de Ave رخ *Rûch*, & de Ovo ejus magnitudine montis, & de Pullo ejus, & quomodo voluit elevare navem ex mari, &c. Et sic apud Marcum Paulum Venetum: quæ quidem Descriptiones sunt hyperbolicæ. Paulus tamen nihil asserit de αὐτοψίᾳ, sed tanquam relationem aliunde acceptam refert.

Sed ad amovendam impossibilitatem, Herodotus Lib. 3. pag. 231, dicit Animalia Indica (viz. Quadrupedia & Volucria) suâ specie esse majora quàm in aliis Regionibus, Ἰνδικὴ —— ἐν ταύτῃ τοῦτο μὲν, τὰ ἔμψυχα τετράποδά τε καὶ τὰ πετεινὰ πολλῷ μέζω ἢ ἐν τοῖσι ἄλλοισι χωρίοισί εἰσι, πάρεξ τῶν ἵπων, *exceptis Equis.* Dicam etiam quid accidit Harvici propè Londinum. Saunderus in Calendarii sui Appendice, inter Memorabilia anni 1666, meminit Harvici interfectam fuisse Aquilam, (quæ volando lassata in Summitate alicujus domûs insidebat,) quâ captâ vel interfectâ, compertum est utramque alam esse longitudinis 7 pedum cum aliquot unciis: ita ut ambarum Alarum expansio fuerit plùs quàm 15 pedum, præter latitudinem dorsi. Ungues seu Unci ejus erant ferè 9 Unciarum. Si tanta Aquilæ magnitudo quorundam fidem superaverit, ipsum Saunderum adeant suadeo, qui eos de hâc re certiores faciet, si adhuc in vivis sit.

Cum autem hic Ludus ab origine suâ sit repræsenta-

præſentatio Belli, in quo nullus eſt Avium uſus, omninò credendum eſt quòd *Ruch* non ſit Avis, ſed potiùs Quadrupes; nec (ut probabiliter & problematicè dicam,) Chimæra, ſed potiùs reale quiddam: cùm enim cætera omnia in hoc Ludo ſint realia & quoque Bello apta ac accommoda, non eſt cur putemus hoc ſolum eſſe meram Chimæram & Bello ineptum. Prætereà, cùm in hoc Ludo primitùs facienda eſſet veri Belli ac Prælii Indici repræſentatio, ad quam formandam, ejus Inventor totius tam Naturæ quàm Artis Opera realia coram ſe patentia haberet, unde poterat aptiſſimum delectum rerum ſuo uſui ac ſcopo accommodandarum inſtituere; in tantâ (inquam) rerum copiâ, non erat opus ut dictus Inventor vel Chimæras vel alias res prorſus ineptas in eam quam conſtruxit ſcenam introducere cogeretur, aut ſic facere conſultum duceret. Cum itaque in veri Belli verâ imagine formandâ adhibitus fuerit *Ruch*, optimâ ratione debemus credere hoc eſſe Animal quoddam reale, Bello aptum, & in Bello uſurpari ſolitum. Porrò cùm hic Ludus ſit Idea illius Belli quod reverà inter homines fieri ſolebat, quamvis aliquot Perſonæ ejus recenſeantur ſub Nominibus Brutorum, ea tamen Bruta ſupponuntur ſuos vel Rectores vel Inſeſſores habere; quia Bruta Animalia abſque Rectoribus ac Gubernatoribus ſuis, Belli Diſciplinam tenere nequeunt. Bruta autem ipſa potiùs quàm Homines ſuis Nominibus ſpecificantur; quia illorum appellatio in ſingulis diſtincta eſt, horum verò ſimplex *Hominis*

appellatio quæ generalis est, singulos à se invicem distinguere non potest. Si autem inter Bruta Animalia *Rùch* sit aliqua Avis, non verò Jumentum, qualem quæso vel Rectorem vel Insessorem habebit? nisi velis, ut sicut Accipiter Aviculas, ita hæc Homines rapere ac asportare soleat, se Custodis nutui submittens.

Abu'lHasan Africanus Arabs in suæ Geographiæ pag. 58, 2, ejusdem Nominis Bestiam describit, quam dicit reperiri in illâ Æthiopiæ Regione ubi sunt Fontes Nili. Ejus autem descriptio talis est,

وكذلك يصيدون في هذه الصحرا الروخ
وهو دابة عظيمة علي قدر الثور الكبير له
اربعة قوايم كالبعير وله راسان كراس
الذيب يمشي الي امامه والي خلفه
لا ينعطف لان عظمة واحد لا ينعطف راسه
يمينا ولا شمالا وياكل من فمين ويفيط
من مخرج واحد في وسط بطنه وله في جنبه
مثل الاجناح اذا جرا اوقفهما واذا مشا
دلاهما واهل هذه البلاد من النوبة والحبشة
يصيدونه وياكلونه — ولا يصاد الا بالمرصار
فاذا ارادوا اصطياده حفروا له حفرة مستطيلة
ويدخل

ويدخل فيها رجل فيزمر فيسمعه الرخ
فيقصد نحوه فلا يزال يدني منه حتى يقع
في الحفرة فيقتله الصيان *Eodem modo in hoc*
Deſerto venantur AlRûch, quæ eſt Beſtia magna: habet enim magnitudinem ingentis Tauri. Habet 4 pedes ut Cameli, & duo Capita quæ referunt Caput Lupi: adeóque tam antrorſum quàm retrorſum incedit: nec quidem flectit ſe, quia oſſe uno tantùm prædita eſt; ideóque non flectit Caput nec dextrorſum nec ſiniſtrorſum. Edit utroque ore, & cacat per foramen quod eſt in medio ventris. In lateribus habet aliquid ad inſtar Alarum, quas quando currit, erigit; quando verò incedit, demittit. Et hujus Regionis Incola quæ Nubiam & Habaſſiam incolunt, venantur eam comedendi cauſâ. ——— *Venari autem non poteſt niſi cum Fiſtulâ: quando itaque venantur eam, effodiunt foveam longam, in quâ latet aliquis homo qui canit fiſtulâ: quam cùm audit Ruch, illuc contendit, nec ceſſat ei appropinquare, donec cadat in foveam, ubi eam occîdit venator.* Eadem refert Ahmed AlMohalli in Geogr. ſuâ, unde horum partem hauſi, cum alter Codex eſſet lacerus. Pingitur (ſi Pictori fides) in formâ Cameli quoad omnia, excepto quòd non habeat Gibbum in dorſo: juxta humeros ſunt parvæ alæ rubicundæ: totius corporis color eſt ut color Cameli. Sed erravit pictor ponendo ambo capita juxta ſe in eâdem Animalis extremitate; quâ in parte pictura Deſcriptioni non reſpondet. Sed ſanè vix puto hanc Beſtiam Africa-

nam intelligi posse in nostro Ludo, qui Indiæ Orientali suam originem debet.

In Halîmi Lex. Persico, كرك *Kerk* & كركدن *Kerkaden* exponitur esse رخ *Ruch*, viz. *Kerk*, seu *Kerkaden* esse Rhinocerotem unico cornu, quod adigit in corpus Elephantis, cujus pinguedo per illud cornu defluit in Rhinocerotis oculos eosque extinguit: Et hoc esse animal quod in Shahiludio *Ruch* vocatur, quod propter allusionem ad præcedentem historiam, Elephantem [in bello Scachico] capere dicitur. Sic ille. Adeò ut secundum illum, *Ruch* in hoc Ludo sit *Rhinoceros*.

Sed sepositis aliorum Conjecturis, oportet ut quid (ex Orientalium sententiâ,) reverà sit *Ruch* tandem statuamus. *Ruch* igitur habetur aliquod Jumentum quadrupes hominibus aliisve oneribus portandis aptum: hoc quidem insinuat *Sokeiker Damascenus* in Præf. his verbis, ولم يخش من ساير ولو جاءه بالرخ ابرهة صاحب الفيل *De reliquis autem non metuet, etsi cum Ruchis contra eum veniret Abraha Elephantum Dominus*: id est, Non metuet sibi, quamvis ille famigeratissimus Abraha formidabili exercitu veniens, loco Elephantum adduxerit Ruchos, (animalia viz. multò perniciora,) & hoc modo contra eum ad præliandum venerit. Inter velocia Jumenta *Ruch* quoque numeratur in *Josephi* & *Zelîchæ Historiâ*, (Cod. Laud. p. 62,) ubi fit sermo de Processione

cessione Nobilis Ægypti erga Zelîcham, his verbis, بدین آیین رخ اندر ره نهادند *Hoc modo cum Ruchis viam posuerunt*, i. e. Ruchis insidentes viam confecerunt & iter promoverunt. Et alibi etiam in eodem Libro liquet Ruchum pro Jumento haberi; dum sc. Zelîcha dictum Nobilem quæsitum iret, processio describitur sequenti modo, quasi Ruchis inequitâssent, dum maximâ solicitudine ducti, velocissimis Jumentis veherentur, ut quàm citissimè ad optatum finem pervenire possent.

هزاران سرو وشمشاد وصنوبر
سمن روي وسمن بوي وسمن بر
روان گشتند گوئي نو بهاري
رخ آورد از دیاري تا دیاري

Milleni viri Cupressorum, Picearum, & Pinorum instar,
Jasmineo vultu, Jasmineo odore, Jasmineo pectore β
Procedebant: dixisses equidem hoc fuisse novum Ver γ
Ruchis δ *deportatum è Regione in Regionem.*

In Persarum vetustioribus Historiis fit mentio *Belli* 12 *Ruchorum* inter Iranenses & Turanenses,

β i. e. Pectore candidi & suaveolentes. γ Scil. propter tot proceros viros ceu arbores perpetuò virentes. δ i. e. Dromadariis vectum celerrimè & velocissimè.

In

in quo Bello multi viri fortes utrinque ceciderunt. Et de hoc particulariter refertur, quòd فـرى بـرز *Feriburz* Heros Iranensis filius Regis كيكاوس *Kei-Cäus* in dicto Bello cum كلباد بن ويسه *Kelbâd filio Viſa* gesto, 12 *Ruchos* interfecit. Et quòd dictus *Kelbâd* Heros Turanensis *Feriburzi* manu occubuit. Et quòd گوارة *Ghurâza* Heros Turanensis in dicto 12 *Ruchorum Bello* سيامك *Siyâmek* Heroem Iranensem occîdit. Hæc paulò ante Cyri Magni tempora gesta sunt. Huic itaque Bello vel reverà interfuerunt *Ruchi*, vel aliàs hoc dictum est ad rem magnificandam & hyperbolicè amplificandam, quasi aliquis in aliquod Bellum tot Pegasos introducere vellet.

Sunt qui particularem hujus Jumenti descriptionem afferunt. In quorum censu est *Sâid Gjurgjanensis* in Libro *Maſâlik Mamâlik* Persicè exarato, p. 168, in Capite quod inscribitur ذكر رخ *Mentio Ruchi*, sequentibus verbis,

گفته اند جانوريست برمثل شتر واورا دو
كوهان است وتمامي اعضاي او زهر است
وهيچ حيوان با او برابري نكند وگرد او نگردد
وازجنگ ولعاب دهان وسركين او احتراز
نمايند وهر جد دردظر او آيد ازجانوران
صيد

صید او شود ودر دویدن با باد برابری کند
وحکما بدین سبب رخ شطرنج را بدو
نسبت کرده اند *Dicunt hoc esse Animal simile*
Camelo cum duobus Gibbis : omnia ejus membra esse venenosa: nullum animal cum eo contendere posse, nec ei accedere velle; sed ab unguibus, spumâ oris, & fimo ejus sibi cavere : & omne animal quod videt, prædam ejus fieri : cursûsque celeritate, cum vento contendere posse ; & propterea Sapientes Rùch Shatrangicum ab eo denominâsse. Hoc modo vides, *Rùch* apud illos haberi pro Jumento quodam pernicissimo, & feroci ac prædabundo quodam genere Camelino. Quæ quidem ferocitas non videatur adeò aliena à naturâ animalis quod in remotissimis desertis ac sylvis degit, & rarissimè in hominum conspectum venit ; cùm ex Bocharti Hierozoïco manifestum sit, quàm vindictivâ naturâ præditi sint Cameli communes, quamvis quotidiano hominum servitio & consortio assuefiant. Cúmque duplici Gibbo aut Tubere in dorso præditum sit, & tantâ cursûs celeritate polleat ut ferè vento velocius esse credatur, non sine optimâ ratione judicandum est quòd sit (vel saltem habeatur) ferox ac efferata quædam species *Dromadis*, quæ generi Camelino ab omnibus meritò accensenda sit. *Dromadas* enim usui fuisse in Bello prodidit Livius lib. 7 Belli Macedonici, his verbis, *Ante hunc Equitatum, falcata Quadrigæ, & Cameli quos appellant Dromadas.* Et sanè in Indorum Scachis, *Dromas* planè *Ruchi*

locum in Scaccario occupat, uti infrà videre est.

Rùch itaque in hoc Ludo, est *Dromas* qui vulgo *Dromadarius* audit, à Currendo Nomen habens; quod itaque jumentum Turcice dicitur يلدەسي *Yel-deve-si*, i.e. *Camelus venti*, scil. celer; & Persicè شتر بان پاي *Camelus ventipes*, ocyor Euro. Est enim macra quædam species Cameli ad cursum apti cujus pernicitas ad fugientes persequendum, aut nuntium celeriter perferendum optimè inserviat: per octo enim aut plures dies in calidissimis illis Regionibus (per Dei providentiam pro illorum locorum necessitate & commoditate re ita comparatâ,) potest sitim tolerare, & continuò die noctúque per totidem dies iter facere, sine ulla quiete nisi rarissimè: & hoc quidem modico cibo, nempe aliquot Pastillis quos in sacculo secum defert Insessor. Et singulis diebus saltem 100 milliaria hoc modo conficiuntur. De hac re consulatur si vis *Joh. Leo Africanus*. Hinc est quòd *Rucho* per totum Scaccarii lusilis longitudinem uno impetu seu cursu, (si opus est,) percurrere liceat. Et figura illa quâ olim in Angliâ fisso seu furcato capite repræsentabatur, à duobus *Dromadarii* Gibbis seu in dorso Tuberibus transumpta est.

Dromadarii ab Arabibus hodiè vocantur رواحل *Rawâhil*, q. d. *Itinerantes*; quod apud *Joh. Leonem* suo modo effertur & legitur *Raguahil*. Altera species, quæ est Persica, nominatur بختي *Bucht*,

Bucht, in plurali بخاتي *Bachâti*, quod *Joh. Leo* legit *Bechéti*, ſecundùm Maurorum tenuiorem pronuntiationem. *Dromadarius* Oleario dicitur *Bughur*. Aliàs Arabicè dicitur جمازة *Gjemmâza* aut *Gjiummâza*, & قرمل *Kirmil*, & هجين *Hegjîn*.

Sed poſt hæc omnia probabiliter & problematicè dicta, occurrit Author qui *Ruchi* exiſtentiam planè negat, nec tale Jumentum in rerum naturâ inveniri admittit: cúmque is ſit patriâ Indus, ipſius authoritatem declinare non poſſum. Is itaque eſt *Maulanâ Angjou*, qui in libro *Pherhengh Gihânghîri* dicit, رخ جانوريست مشهور كه مانند عنقا وجود خارجي ندارد ومهرهء از مهرهاء شطرنج بنام او موسوم است *Rùch eſt Animal* nomine *notiſſimum, quod quidem ſicut Gryps, externam exiſtentiam non habet. Et tamen unus ex Calculis Shatrangj ab ejus nomine nuncupatus eſt*. Sic ille. Et quidem poteſt eſſe, ut Indi in imaginarium bellum, fictitium animal introduxerint; & quaſi realiter extitiſſet, in hunc uſum nominaverint & deſignaverint. Sed quid tunc de ſupradicto 12 Ruchorum reali Bello exiſtimabitur? Fortaſſis ſit Metaphorica quædam appellatio: nam ut apud Perſas olim Fortiſſimi Pugiles & viri præ aliis ſtrenui, vocati fuerunt ديوان *Dæmones*, *Diaboli*, propter eorum diabolicam ſeu ingentem fortitudinem, (ut & Angli talem vocant **A Divel**, & dicunt **Diveliſh ſtrong**;)

ſic Sylveſtres ac immites quidam Cameli pernicitate pollentes, vocati fuerint *Ruchi*, qui fictitiâ ac imaginariâ celeritate & fortitudine plus quàm naturali ac reali polluiſſe perhibiti fuerint. An verò *Ruch* aliquando reverà extiterit, vel hodie extet aut non extet, illis ſufficiebat ejus exiſtentiam prætendere, ut Dramatiſtæ Scenas ſuas fictitiâ Heroüm & Deorum præſentiâ decorare ſolebant; uti & nobis ſufficit in Imaginario ac Scenico Bello fictas perſonas & chimæricos Gigantes inter ſe belligerantes introducere. Et quamvis *Ruch* ſit chimæra ut Gryps, oporteat tamen nos ejuſmodi chimæræ deſcriptionē noviſſe, & quid populi Orientales ſibi velint tali nomine, certiores eſſe. At, ſi non fictitium ſit, ſed verum; tum mirabilis Animalis deſcriptionem habemus. Et nobis certè utrovis modo penſum abſolviſſe juvat,& ſufficit. Eſto itaque *Dromas* (ſive fictus ſive realis,) nomen qd in hoc Ludo ſtatuitur *Dromadarius*, ἀπὸ τῦ δρομεῖν, quia ab unâ Scaccarii extremitate ſine morâ ad alteram currere & properare ſolet, (ad inſtar Curſoris,) ab uno exercitûs cornu ad alterum pervolans, ut ex Generaliſſimo Ducis nutu quid faciendum ſit, (an ſcil. progrediendum ſit, vel receptui canendum,) celerrimè & quaſi eodem momento reliquis nuntium perferat, & pulſis ſuis Aheno-Tympanis denuntiet. Iconem ejus infra ex Scachis Indicis videbis delineatam, unde quale jumentum hoc nomine deſignent Indi, planè innoteſcet. Nam eſt vel *Dromadarius*, vel (ut vult Libri *Pherh-Gj.* Autor,) Beſtia quæ fingitur ei ſimilis eóq; celerior.

XI.

XI. بيدق *Beidak*, ſeu بيذق *Beizak*, i. e. *Pedes*: in plurali بياذق *Bejâdik*, ſeu ut Perſæ ſonant, *Bejâzik*, *Pedites*. Hoc autem vocabulum factum eſt Arabicum à Perſico پياده *Piyâde* ſeu پياذه *Fiyâze*, i.e. tam ſpeciatim in hoc Ludo quã in genere quivis *Pedes*, ut Græcis πζὸς, uti πζὸς ϛατὸς ſeu πζὴ ϛατιὰ in reali Bello *Militia pedeſtris* Et inde ad hunc Ludum tranſlatum nomen. Turcis پيا *Yayâ* vel پيان *Yayàn*, quodammodo fit ab پى *Pes*. Hic autem Scachus aliàs aliquando Arabicè vocatur شاطر *Shâtir* (Linguâ Mogolo-Tatarica بيشون *Biſhûn*,) i. e. in genere *Pernix*, *velox*, *agilis*, *currendo promptus*; tranſlato huc nomine à communi uſu quo eſt *Curſor pedeſtris*, *Pediſſequus velox & curſu pollens*: nam ad hunc Ludum ſpectans denotat *Gregarium Militem pedeſtrem*, ſeu *Peditem Shatrangicum*. Judæis hic Scachus audit רגל *Rogel*, vel רגלי *Ragli*, prædicto ſenſu.

At Miles pedeſtris in hoc Ludo non feſtinanter & temerè procurrit, ſed aſtutè & lentè ſecundùm præſcriptam methodum & ſuperiorum juſſa procedens, non niſi in proximam Areolam ſingulis vicibus ſe recipit; excepto primo impetu, quo (ſi vult,) per duas ſimul Areolas prorumpit, i. e. in tertiam profilit. Motione ſimpliciter progreſſivâ rectà pergit, oblique autem ferit cæditque, quaſi ex inſidiis adoriatur hoſtem: eo

nempe modo plus effecturus, quàm si bruto marte & apertâ vi eundem invaderet. Nam in plerisque rebus *Consilium plus facit quàm Vires*.

Horum *Peditum* quivis qui in hoc ludicro bello adeò strenuè se gesserit, ut per hostilem exercitum perrumpens ad alteram Scaccarii extremitatem pervenerit & penetraverit, mortuo aut capto *Pherzîn* seu *Generalissimo*, ille Pedes in mortui istius locum jure succedit, ejusdémque Nomine seu Titulo gaudet, & appellatur *Pherzîn*: & hoc modo fit Generalissimus seu Summus Exercitûs Dux, quo palmario honore Militaris ejus virtus coronatur. Sed distinctionis causâ, (cùm nempe hic Pedes promotus, ab alio Pedite nondum promoto, nullo signo discerni possit,) iste abjici solet, ut ipse *Pherzîn* in amissam dignitatem restituatur. Si autem Pedes ad extremum limitem pervenerit & penetraverit, *Pherzîn* seu Generalissimo nondum cæso, consultum est ut ibi maneat (si potest,) donec optata Dignitas sive Officium ei vacaverit. Absurdissimum autem est apud aliquos Europæos, qui, si eodem Lusu plures Pedites eò usque promovere possunt, duas & tres *Reginas* (seu potiùs *Generalissimos*,) eodem tempore habent. Hoc modo evenire potest, ut in eodem exercitu duo aut tres *Generalissimi* simul cernantur, quod absurdum est, & fieri non potest, cùm illud Officium nullum habeat æmulum. Sunt qui amissi Ruchi aut cujusvis Officiarii locum vicésq; Promoto Pedite suppleri posse existimant: hoc autem apud Orientales, (quatenùs obsérvaverim)

vix

vix fit; quamvis tale quid cum vero & reali bello habeat Analogiam.

De Peditis Promotione ferè ænigmaticè & opertè dicit ابن قلاقس *Ibn Colâcus* apud *Togrâi* citatus, hisce Versiculis Arabicis:

الصغير الحقير يسمو به السير
فيعنو له الكبير والجليل
فرزن البيدق التنقل
حتي انحط عنه في قيمة الدشت فيل

Est quidã parvus pauperculus quem effert progressio,
Ita ut submittat se ei Magnas ac Illustris: scilicet
Peditem ad dignitatem-evehit Translatio à loco in locum,
Donec pretio ei cedat in Campo Elephas.

Hâc nempe Dignitate adeptâ, ipso Elephante potior evadit: ille enim huic immediatè præcedit. Hoc quidem generaliter dicitur de quovis Pedite promoto: at Autor ابو فضل التميمي *Abu Phadl Al Temîmi* id ad Ruchi Peditem peculiariter restringere videtur,

دعني اسر في البلان ملتمسا
فضلة مال ان لم يفرزادنا
فبيدق

فبيدق الرخ وهو اسير ما
في الدشت ان سار صار فرزانا

Permittite mihi ut perambulem regiones flagitando [seu *corrogando*]
Abundantiam opum, ut videam *annon fiet-promotio:*
Nam vel Ruchi Pedes ipse est facillimus [seu *promptissimus*] *qui*
In Campo si fuerit profectus, fiet Phirzân, i. e. *Ge-* [*neralissimus.*

Alius (MS Seld. 7 superiùs,) factâ hâc allusione, observat, neminem absque industriâ aliquid acquirere posse, his Versiculis Persicis,

آنکه غوطه خورد در دريا
صدف در قيمتي نشکافت
دوم شاه گشت وفرزين شد
هر پياده که در سفر بشتافت

Qui non urinatur in mari,
Ostream margaritæ pretiosæ nunquam findet.
Secundus à Rege evadit, & fit Pherzîn
Omnis Pedes qui in itinere properat.

Facetum est quod hominum discordias & rixas & pravos mores perstringens, affert *Sheich Saadi* Persa in Libro *Gulistân* ferè quingentis ab hinc annis exarato, Cap. 7, سالي نزاع در ميان پياده گان

پیاده‌گان حجاج افتاد داعي در آن سفر
هم پیاده بود انصاف در سر وروي یک دیگر
افتادیم وداد فسق وجدال بدادیم گجاوه
نشیني شنیدم که با عدیل خود بگفت
یا العجب که پیاده‌گان عاج چون عرصهٔ
شطرنج بسر مي برند فرزین میشوند یعني
به از آن شوند که بودند وپیاده‌گان حجاج
عرصهٔ بادیه را بسر مي برند وبتر شدند

Quodam anno inter Pedites Feſtales accidit jurgium quoddam; Orator quoque veſter in eodem itinere Pedes fuit. Cúmque nos probè alter in alterius caput vultúmque involàſſemus, & ſatis contumeliarum ac jurgii edidiſſemus; quendam Pilento-Camelino inſidentem audivi qui ſocio ſuo dixit, Mirum eſt quòd Pedites eburnei ad extremitatem Latiſundii Shatrangici pervenientes, fiant Pherzîn, i. e. meliores evadant; & quòd Pedites Feſtales Deſerti Latifundium emenſi, pejores fiant! Hoc eſt dicere, Mirum quòd gregarius Miles pedeſtris permeando latitudinem Scaccarii, fiat Exercitûs Dux, & hoc modo melior evadat; & quòd devoti Peregrinatores per latiſſima Deſerta ad Meccam religionis cauſâ contendentes, eò pejores fiant! *Orator veſter* eſt humilior Authoris phraſis ſignificans *ſeipſum* qui orat pro vobis: quaſi dixiſſet, *Servus veſter*;

pro quo olim apud Anglos Papicolas dici ſolebat **Pour Beades-man**, qui Roſarii ſphærulas orando pro te tractare & abſolvere ſolet.

A Nomine فرزين *Pherzîn* ſeu فرزان *Pherzân*, fit apud Arabes Verbum quadriliterum فرزن *Phérzana*: id eſt, *ad dignitatem promovit* aliquem, ſeu fecit eum Pherzân, active tranſitivè: & in quintâ Conjugatione paſſivè, تفرزن *Taphérzana*, id eſt, *ad dignitatem* ſeu *honorem promotus eſt*, q. d. fit Pherzân ſeu Magnas, & magnatum numero accenſitus eſt; vel, *Progreſſus eſt*, ſeu *progrediendo ad dignitatem promotus eſt*. Sic utitur *Sokeiker Damaſcenus* in Libelli quem de hoc Ludo Arabicè ſcripſit Præfatione, Dei erga homines benignitatem elatiore ſtylo per ſublimes metaphoras celebrans, سير خيول افكاره في رقاع الكاينات فتفرزنت بيادق اذكاره على اكمل الحالات *Equis cogitationum ejus incedere permiſit per Scaccaria Creaturarum, adeò ut promoti ſint Pedites famæ* [ſeu *exiſtimationis*] *ejus ad ſtatum perfectiſſimum*: nempe Deus hominum cogitationes expatiari fecit per totam contemplationem Creaturarum, donec tandem famæ & exiſtimationis eorum monumenta ad perfectiſſimum & pleniſſimum felicitatis ſtatum aſſurrexerint.

XII. بيدق البيدق *Beidak AlBeidak*, id eſt, *Pedes Peditis* ſeu *Peditum*, nempe *Servus ſervorum*: Grega-

Gregariorum Militum Pediſſequus ac Famulus, qui in ſolo Tamerlanis Scaccario Magno locum habet.

In Oriente hi omnes Scachi in كيسة *Kiſa*, id eſt, *Márſupio* ſeu *Sacculo* condi & ſervari ſolent; ne fortè perdantur, & ut ab Itinerantibus aliiſque de loco in locum commodiùs portari queant, & ad ludendum pro lubitu depromantur.

Hæc de ſingulorum Scachorum Nominibus dicta ſunto. Proximè ad eorundem Formas ſeu Figuras in Oriente deſcribendum procedo.

§. V. *De Scachorum Figura ſeu Forma.*

SCachi ſeu Milites luſiles apud varias Gentes varias habent formas, pro ingenio & phantaſiâ formantium: dantur autem aliæ Figuræ aliis veriores, & Una omnium veriſſima ad quam conformari debent reliquæ, quæ temporis proceſſu jam ab originali formâ & authentico Prototypo deviârunt. Tœdioſum eſſet omnes Scachorum varietates proſequi, eáſque ſigillatim referre. Quales jam hodie ſint apud Anglos (qui à Gallis ac Germanis acceperunt,) omnes benè nôrunt: quales autem olim heic fuerint, memoriæ prodidit *Guil. Caxton* Weſtmonaſterienſis, Typographus Angliæ tantùm non antiquiſſimus, qui circa annum 1480 de hoc Ludo edidit Anglico Ser-

mone Librum, in quo Scachorum suo tempore usitatorum Formas seu Figuras hoc fere modo exhibet, quantùm ex illius ligneis Sculpturis colligi queat.

Anglorum Scachi tempore Caxtoni.

Idem autem Caxtonus hæc omnia aliis posteà ligneis Sculpturis majoribus exprimit sub integris formis *Regis*, *Reginæ*, *Judicis*, *Equitis Cataphracti*, *Equitis inermis*, & *Plebeji*. *Fac. de Cessolis* constituit *Rucum* esse *Proregem* equo vectum. Apud *Weickmannum* Suevum, ex unâ parte omnes numero 14, Militari habitu describuntur; ex alterâ, erecta Insignia (Standarts) cernuntur.

Scachi Caroli Magni qui in Thesauro San-Dionysiano prope Parisios ad hodiernum usque diem servantur, sec. hanc sequ. Descriptionem formati sunt: viz. *Rex* altit. 4 unciarum seu latorum Pollicum, tenens Sceptrum sedet in Solio suo. *Regina* coronata sedet in minori Solio. *Sagittiferi* duo (seu Regis utrinque Custodes,) tenent Arcum tensum quasi jacularuri essent. *Centauri* duo inermes, quorum uterque est Semi-homo Semi-equus. *Elephantes* duo Turribus onusti.

Pedites

Peditesgladiati humeris geſtantes Sclopetos, octo ex unâ parte, & totidem ex alterâ. Horum Sculptor Scachis majoribus nomen ſuum ſubſcripſit Arabicè من عمل يوسف الناقلي *ex opere Joſephi Nicolaï*, quaſi ex Oriente veniſſent. Sed totum hoc Europam redolet, nec hujus Ludi ſcopum ſec. ſententiam Orientalium attigit. De hoc autem ſuprà fuſiùs dictum eſt.

Orientalium Scachi ſunt vel Figurati, vel Plani & informes. Omnes Perſicæ Sectæ Mohammedani Figuratis ludunt: Turcæ autem & Arabes planis utuntur; quorum tamen Nomina ſupra explicata, eos olim figuratos fuiſſe indicant. Sunt autem tales, prout ab eis & ab Hieremiâ Sacerdote Græco delineatas accepi.

Scachi Turcarum & inter eos degentium Græcorum.

Shâh Pherz Phil Pharas Rùch Beidak

Scachi Indici plani Lignei.

Hi Scachi ex Ligno *Miſwâk* ſeu *Dentifricio* inſtar Suberis leviſſimo & molliſſimo tornati ſunt: quos unà cum Scaccario Perſ-Indico ex Indiâ accepi à ſingulari Amico *Joh. Fraunce* è Coll. Univerſitatis Oxon. qui erat Mercatoribus Anglicis in Inſulâ Bombay apud Indos à Sacris. Is autem ante aliquot annos in Flumine ibi aquæ immerſus periit, non ſine ſummo mei dolore & Literarum diſpendio maximo.

Tres ſequentes Scachorum ſpecies elegantiſſimas (unà cum pretioſiſſimo Scaccario,) ex Indiâ ab urbe *Surât* Dono accepi ab Ampliſſimo Viro *D. Dan. Sheldon* Armigero ad Indos Orientales Mercatore, cujus Amicitiæ multa debeo.

Scachi Indici plani Eburnei ſolidi.

Hi

Hi ſunt Scachi plani ex Ebore ſolido tornati, qui vernice cum interſperſo auro opere variegato obducti ſunt. Altera Militum Acies ruber, altera viret, coloribus lucidiſſimis & ſplendidiſſimis, in uſum Principum ac Magnatum.

Scachi Indici plani Eburnei cavi.

Hi ſunt etiam Scachi plani, qui Ebore tornati intus excavati ſunt, in ſingulorum cavitatem indito parvo quodam Tintinnabulo æneo, quod moto ac quaſſato Scacho, tinnitum edit. Maximè autem à Luſoribus quaſſari ſolent, quando aliquis adverſæ partis Militem ducit captivum. Singulorum ambitus exterior elegante ordine inciſus eſt Foraminibus, ut ex eis ſonus exeat. Ebur totum obducitur vernice, eo nempe ſolo abſque interſperſo auro. Militum Acies ex unâ Scaccarii parte rubet, ex alterâ viret. Hactenus egimus de Scachis recentioribus ac planis, in uſum Sectæ Turcicæ Muſlimorum, qui Figuratis uti nolunt.

Jam proximè agendum de Scachis veris genuinis antiquioribus, qui (ſec. hujus Ludi inſtitutum primarium) ad Animalium Figuras formati ſunt, quibus utuntur Muſlimorum Secta Perſica. Fiunt ex Ebore ſolido, opere Sculptili, vernice

cum

cum interſperſo auro obducti. Et horum altera Acies vultûs albore & pectoris candore inſigni, Belli impetum exceptura accingitur: altera vero vultûs rubore & pectoris ſanguinolentiâ notabilis & infamis, in procinctu ſtans & ad pugnam proditura cernitur. In Curioſi Lectoris gratiam, Icones ſingulorum Scachorum prout armati viſuntur, à Prototypis accuratè æri inciſæ & delineatæ in ſequente paginâ apponuntur. Prototypa autem ipſa Ebore formata & curioſè elaborata, ego tanquam peculium meum dono acceptum poſſideo ex inſigni Munificentiâ ſupradicti Ampliſſimi Viri, qui (quod etiam gratus agnoſco,) non tantùm Ludicræ iſti Curioſitati ſatisfecit, ſed & Librorum Perſicorum ſupellectilem rariorem (quam Bibliotheca Publica Oxonienſis poſſidet,) rogatu noſtro ab Indis redemit, & Quæſtiones ac Diſquiſitiones noſtras ad rem Literariam ſpectantes ex Oriente ſolvendas curavit.

Scachi Indici figurati Eburnei ſolidi proximâ paginâ delineati ſequuntur.

Ruch.
Asp seu Suâr.
Pîl.
Pherz.
Shâh.
Piyâde.
Piyâde.
Piyâde.
Piyâde.
Piyâde.
Piyâde.

Utque Lectori horum Notitia meliùs perspecta sit, singulorum habitum & apparatum accuratiùs describere non gravabor.

I. *Shâh* seu *Rex* ad Militiam prodit inermis, quasi Certantium dominus & Certaminis Spectator tantùm, Elephante cataphracto vectus; indutus Pileo Indico qui Persicè شاره *Shâra*, Indicè چره *Tchára* dicitur: qualem quidem Pileum tam in Bello quàm in Pace gestant reliqui omnes, (ut ex picturis constat,) nisi quòd Pileus Regis sit ornatior. Elephantis Regii dorsum sternitur Castello ligneo Bestiæ alligato, quod in Libris Latinis vocatur *Fala*, de quâ suprà pag. 102 dictum est. Hoc autem Castellum in Regis Elephante peculiariter appellatur Persicè تخت فیل *Tâchti Phîl*, i. e. *Solium Elephantis*. Quo nomine Indico Sanscretico vocetur, sculptum legitur in Tabellâ pag. 94. Ibi nempe appellatur *Singhâssan*, i. e. *Palatium* seu *Hospitium amœnum*, & quoque *Gayâssan*, i. e. *Elephante portatum*; vel junctim, *Palatium* seu *Hospitium amœnum Elephante-portatum*.

Alio nomine Indico aliquando vocatur *Mikdember*. Est autem Castellum seu Turricula lignea quadrata, interiùs & exteriùs picta & aurea ornata; quæ supernè obtensum habet operculum seu Conopeum pictum columellis elevatum; quod quando in hostes jaculaturi sunt, seponi solet. In ejus medio est Sella in gyri formâ circumposita, quæ propter cavitatem seu vacuitatem quam intus

ntus pro circumſedentibus relinquit, dicitur حوض *Hauze* ſeu *Hauza*, (quaſi à formâ *Lacûs* ut *Ciſternæ*,) plures homines capiens. Coram Regis facie extra anteriorem dicti Caſtelli partem, (vel apertè in Elephantis collo vel Cellulâ *Caſtello* adnexâ) incluſus ſedet ſeu ſtat *Elephantis Rector* Perſicè dictus پیلبان *Pîlbân*, qui pro Regis Elephante eſt ex Nobilioribus Indis quos vocant *Nairo* & مهابت *Mahâbet*. Iſte Elephantem regit aduncâ virgâ ferreâ, ſeu Baculo qui ferri acuto unco inſtructus, qui à *curvitate* dicitur Indicè گچباك *Getchbâk*, Perſicè گچك *Ghetchèk* ſeu گژك *Ghezhêk* ſive گژه *Ghezhè* ſeu انگژ *Anghèz* vel انگژ *Anghèzh*; omnia à گژ *Ghèzh* vel گچ *Gètch*, i. e. *Curvus*, q. d. *Curvulum* quiddam, a Crook. Perſicè etiam aliàs dicitur چنگ *Tchengh*, *uncus*, & (ut ex *Pherh. Surûri* videtur,) كوب *Cûb*, à *feriendo*. Ponè Regem ſtat *Umbrellifer*, qui (abſente Conopeo,) Regis Caput à Solis ardore protegit expanſâ *Umbrellâ*, quæ Perſicè dicitur سایبان *Sâyabân*, i. e. *Umbram-inducens*, & آفتابگیر *Afitâb-ghîr*, i. e. *Solem excipiens*. Hodiè in Iſpahân audit نشك *Chiſhèk*, & Turcicè گولگه گدن *Ghiûlgha Ghiûn*, i. e. *Umbram afferens*. Indicè Linguâ vulgari

 dici-

dicitur سربايان *Serbayân*, Malaicè فايغ *Payongh*: Linguâ Indicâ Sanscreticâ *Atapawáraṇa*, i. e. *Umbrosum, umbram afferens* aut *suppeditans*; & quoque *Atapúttra*, i. e. *ad Nobiles pertinens*, quarum vocum Characteres videre licet pag. 94. Mercatores autem nostri Portugallico sermone talem Umbrellam vocant *Quittasol*, seu *Kittesol*, i. e. *Solem abigens*, Italis eâdem ratione *Parasole*. Regis *Pedes* est كمانداران *Camân-dâr*, i. e. *Arcitenens, Sagittarius* Arcu & Sagittis instructus, contra quemvis hostem jaculaturus.

II. *Pherz* seu *Generalissimus* Equo cataphracto vectus, cernitur Capite gestans ريشه *Rîsha*, i. e. *Plumam*, quâ ab aliis distinguitur. Manu tenet strictum Gladium curtum dictum كرده *Curda* seu *Curta*, voce consonante, aliàs مهلند *Mahland*. Ad dextrum latus appensum habet كمان *Camân*, i. e. *Arcus*, & à sinistrâ pendet ترکش *Terkèsh* seu *Pharetra* Sagittis referta. Hujus *Pedes* est *Tubicen* seu *Buccinator* inflans بوق *Bûk* seu *Buccinam*, Is ad Generalissimi nutum ac monitum est moriger, & paratus ut mox factâ clarigatione vel Classicum sonet, vel aliàs posita Receptui canat.

III. Proximè post hos, utrinque visitur *Elephas* cataphractus, علمدار *Alam-dâr* seu *Vexillifer* Equi-

Equitatûs, quem aduncâ virgâ ferreâ regit Insessor; ponè quem, Bestiæ dorsum insternitur. Tabulato eminentiore seu elevatiore ad modum Altaris seu Mensæ quadratæ, ex quâ antrorsum apparent duæ Pinnæ rhomboïdes, quæ videntur esse summitates duarum Hastarum seu Lanceârum (quæ unæ fortè talium duos integros fasciculos notent,) quas convecti pro natâ occasione arripiant ad protelandum hostes Vexilla invalentes. In dicti Tabulati posteriore parte cernuntur duo *Vexilla* isti Tabulato infixa & ibi prominentia. Tabulatum autem pro Vexillifero est formâ elevatiore, ut ita quasi in editiore loco totius Exercitûs conspectu situm, meliùs exhibeat Vexilliferos ut ab omnibus cernantur, Vexilla in majorem altitudinem porrigentes eáq; vibrantes. Et quidem Vexillum Militare plerumque est ex Serico. Vexillum autem Honorarium præ foribus Magnatum erigi solitum, (Turcis توغ *Tûgh* dictum,) est longiori Baculo affixa Cauda Equina aut Vaccina vel alba vel tincta, quas habent ex Regione *Tebet* longiores. Hujus *Pedes* est *Vexillifer* seu *Signifer* Peditum, quem Europæi vocant *L'Enseigne*. Iste autem Pedes aliquando etiam tenet برخ *Bérchagj* seu برجه *Bergja* sive كتاره *Ketâra* dictam *Gesam* seu Hastam breviorem, quam etiam Indi alioquin gestare solent.

IV. Post istos, utrinque collocatur *Equus* cataphractus, cum Insessore manu tenente strictum

Enſem ſeu Evaginatum Gladium, cui ad dextrum latus *Arcus*; ad ſiniſtrum verò, *Pharetra*, alligata ſunt. Hujus Pedes armatur شمشير *Shimſhir*, i. e. *Gladio*, (vulgò *Semiter*;) & adjunctum habet سپر *Sipèr*, i. e. *Clypeus* ſeu *Umbo*, quem ad ſui utelam protendit, dum Gladio ictum minitatur.

V. *Rùc*, i. e. *Dromadarius* ſeu *Camelus Dromas*, cui ad utrumque latus alligatum eſt كوس *Cùs*, i. e. *Ahenotympanum*, quod pulſat Inſeſſor in medio inter utrumque poſitus. Talia enim in Oriente in Bello pulſari ſolent, & quoque in Urbibus ferâ veſperâ, (ſc. horâ octavâ,) ut hoc dato Signo claudantur Portæ. Hujus *Pedes* eſt توفنكچي *Tuphenghtchi* ſeu *Sclopetarius*, ſcil. armatus cum تفنك *Tophengh*, vulgò *Tiphengh*, i. e. *Sclopeto* Turcis ac Perſis dicto; quam in Syriâ Arabicè loquentes aliquando corruptè efferunt *Phengh* ſyllabam primam tacendo. Talis *Sclopetus* Italis dicitur *Moſchetto*, unde Angl. Musket, qd aliàs Arab. audit بندوق *Bundûk*, & مكحلة *Mûkhala*, (apud Arabum vulgus ſonans *Mokhala*,) ſeu مكحلة البارود *Moſchetto per polvere pyrio* ſeu *tormentario*.

Poſt iſtum eſt alius Pedes ad alium aliquem Officiarium pertinens, qui armatur *Umbone* & *Clavâ* ſeu *Fuſte* quem in hoſtem vibrat.

Hoc modo vides Indorum Orientalium Militiam

iam antiquam: his nempe justo ordine in Scacario collocatis, lustratur exercitus armatus & ad pugnam instructus ac accinctus; ubi imaginaberis omnes ovantes & tela vibrantes, & ut committatur prælium flagitantes ac flagrantes.

§. VI. *De Vocabulis Lusoriis Shah-ruch & Shah-mat, &c.*

IN præcedentibus exponuntur hujus Ludi Instrumenta, ut eò feliciùs Lusor suum pensum aggredi possit. Jam proximè exponendæ sunt difficiliores aliquot voces ac Termini lusorii qui inter ludendum sæpenumerò adhiberi solent; inter quos sunt *Shâh-rùch*, & *Shâh-mât*, &c.

Videtur olim in more fuisse apud Persas & reliquos Orientales, ut qui adversum *Regem* de imminente periculo moniturus esset voce *Shâh*, teneretur etiam addere Nomen Scachi quo ejusmodi Monitio fiebat, sive esset *Pherz*, *Phil*, *Phârs*, aut *Ruch*. Talis erat supradicta Monitio *Asp-Pherzîn*, seu *Shâh Asp-pherzîn*, quibus tunctim Rex monebatur. Et, si quis *Rucho* monebat Regem, ille dicebat شاه رخ *Shâh-ruch*, i.e. *Shâh à Rucho*, scil. Monitorium *Shâh* tuo Regi indicitur à meo Rucho, quod in Historiâ Tamerlanis memoratur. De eâdem re accipe quæ habet Ducas Historicus Byzantinus Michaëlis Ducæ Nepos, qui scripsit circa an. Chr. 1400.

Οἱ δ' ἔφασαν ἵππάριον σμικρὸν, καὶ καθίσαντες αὐτὸν ἐπὶνω, πρὸς τὸ τεμοῦ χᾶν ἀπήγαγον. ὁ δ' αὐτὸς ἐνομάθις ὅτι Παγαζὰτ ἐν χερσὶν ἦν, κελεύσας πᾶξαι σκιλωὰ, ἐκάθητο ἐν τῷ ὑῇ αὐτῷ ἔνδον τὸ σκιλωὰς παίζων Ζατείκιον, ὃ οἱ Πέρσαι Σαντζὰτζ καλοῦσιν, οἱ δ' Λατῖνοι Σκάκον δηλῶν ἐν αὐτῷ, ὡς ὑκ ἔτι μοι φροντὶς ὢν περὶ τῆς τοῦ Παγαζὰτ ἀνδρίσεως, εἶχον γὰρ αὐτὸν δικὰ τῆς ἀπειθείας μὴ δυνάμενος εἰς φρόνημα ἐν παλίμβολον τὸ ἀληθὲς ὢν ὑποκείμενον τ' ἀλήθειαν. Καὶ γὰρ εἰ καὶ δεῖ δηλασίοις ἐχώρει τὰ τύπου χρατεύματα, ἀλλὰ καὶ μεγάλη φροντὶς, καὶ κότος συνεῖχεν αὐτὸ, ἐπὶ τὰ τῆς τύχης ἴδια εὐμαρῶς εἰς αὐτὸν διαῤῥέοντα. τότε δὲ ἐπεχειράζετο, καὶ εἰς μῦθος ἐχώρει, καὶ τ' αὐτῷ αὐθαιρέτως ἐμίσει τὰ τῆς τύχης δωρήματα. Ἀπαγαγόντες δὲ αὐτὸν, καὶ ἐν τῇ πύλῃ τῆς σκηνῆς στήσαντες, ὄρθιον, ἦραν φωνὴ διφημίσαντες τὸν Τεμοῦ χᾶν, καὶ σὺν τῇ εὐφημίᾳ καὶ τὸ τῦ Παγαζὰτ ὄνομα δεῖ χείλεσιν· ἰδὲ λέγοντες, καὶ ὁ τῶν Τέρκων ἀρχηγὸς παρεστήκει σοι δίσμος. ὁ δὲ Τεμοῦρ ἀγάλλομος δεῖ τῇ μελέτῃ τῶν Σκάκων, ὑκ ἐνέδυρε πρὸς τὸ εὐφημῆσαι αὐτόν. Τότε πάλιν γεγωνοτέρᾳ φωνῇ εὐφήμησε παρεσκόπτες, καὶ τὸ τῦ Παγαζὰτ ὄνομα ἐκ δευτέρᾳ ἀνήγαλαν. Τότε καὶ ὁ Τεμοῦρ ἀπήντησε ἐν τῷ τῦ Σκάκου πομπῇ παρὰ τῦ ὑῇ αὐτῦ, ὃς αὐτῷ Περσιστὶ Σιαχὲχ, ὁ λέγεται παρὰ Ἰταλοῖς Σκάκος ζῶσκω, ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτῦ ἔκλοτε Σιαχὲχ, ἄγων τῦ ὑῇ αὐτῦ. Quæ sic Latinè ſonant. *Iſti vero humili vilíque equo inſtrato, Bajazitem imponunt, & ad Temûr-châm deducunt: qui cùm audiviſſet Bajazitem in ſuam poteſtatem deveniſſe, juſſit erigi Tentorium ſub quo cum filio ſuo ſedit Zatricium ludens, quem Ludum Perſæ* Santràtz *vocant, Latini vero* Scacum. *Per hoc ſignificabat, quaſi non eſſet ei de apprehendendo Bajazite cura; quippe qui innumeris ſuis copiis haberet eum tanquam aviculam in laqueo:*

(et

ed reverà veritatem dissimulabat. Quamvis enim ciem duplo majoribus copiis instructam haberet, an-ius tamen admodum ac iratus apud se erat, donec eliciter res sibi cessisse sentiret. Tuncque astutè dis-erebat, & in fictos sermones excurrebat, fortunæ ona fortitudini suæ admetiendo. Bajazitem demùm dducunt, stantémque in tentorii vestibulo collocant, latâque voce Temûr-chân (i. e. Tamerlanem) *áustis acclamationibus prosecuti sunt, intérque illas omen Bajazitis sæpiùs est auditum: dicebant enim, Ecce Turcarum Princeps vinctus coram te stat. Te-mûr autem Scacorum Ludo intentus, ad acclamantium oces non exiliit. Rursùs verò contentiori voce ad-lamavêre adstantes, noménque Bajazitis denuò re-etiêre. Ludo Scacorum tunc Temûr victus à filio uo (qui Persicè dederat in eum Siâch-rouch quod Ita-is dicitur* Scacco Rocco,) *vocavit nomen ejus, (viz. ilii sui,) Siâch-rouch.* Hactenùs ille.

Est autem in Textu Græco duplex menda, *viz.* ζόγκω *Zonco* pro ῥόκκω *Rocco*: aliàs enim *Scaco-zon-co* non potest esse parallelum *Siach-roucho*. Et alia menda est δοὺς pro δόντος, ubi in Grammati-cam peccatur; nam secundùm nostrum Ducam, filius in patrem dabat *Siach-rouch*: quamvis & hoc etiam falsum fuisse videatur. Arabshâhides enim qui Timûrum in omnibus suis bellis comitatus est, ejúsque historiam Arabicè conscripsit, hanc rem paulò aliter narrat; *viz.* Timûrum non cum filio, sed cum alio quopiam lusisse; & huncce filium infantem, non verò adultum, ita nomina-tum fuisse. Ejus verba habe, pag. 68, وامر تيمور

يسير ببناء مدينة علي طرف سجون من ذلك
الجانب وعقد اليها جسرا علي متن النهر
بالمراسي والمراكب وسماها شاه رخية وهي
في اماكن رخية وسبب تسمية ابنة شاه رخ
بهذا الاسم ووسم هذه المدينة بهذا الوسم
انه كان علي عادته مشغولا بلعب الشطرنج
مع بعض حاشيته وقد امر ببناء هذه
المدينة علي هذا الساحل وكان احدي
حظاياه معه وهي حامل فرمي علي خصمه
شاه رخا فذبل خصمه لذلك واردفي وبينما
خصمه قد وقع في الاين فاذا بمبشرين جاءا
مخبرين احدهما ببشره بولد والاخر ببشره
بتمام عمارة البلد فسماهما بهذين
الاسمين ووسمهما بهذين * الوسمين

---

* وسم est *Nomen*: nam apud Ibno'lOmeid hæc phrasis legitur قليبوس سير ولده وسم الاسكندر *Philippus filio suo imposuit Nomen Alexandrum.* Et موسوم est *nominatus.*

Extrui jussit Timûr civitatem in ripâ Seihûn, (id est, Saxartis,) *in citeriori parte; eique annexuit pontem super dorsum fluminis cum Anchoris & Cymbis, eamq; nominavit Shâhruchía, quæ reverà fita est in loco spacioso. Causa verò cur filium suum Shâhruch hoc nomine appellaret, hancque civitatem hoc Signo* [seu Nomine] *insigniret, erat, Quòd cùm esset pro more suo occupatus Ludo Shatrangj cum aliquo ex Assecliis suis, (anteà verò præceperat hanc civitatem extrui in hâc ripâ,) eâtque cum eo aliqua ex Concubinis suis una tunc temporis gravida, ipse profectò posuit contra Adversarium suum Shâh-ruch, unde adversarius ejus debilitatus fuit & enervatus. Intereà autem temporis dum adversarius in illam arumnam incideret, ecce duo nuntii venerunt nuntium ferentes: eorum unus ei nuntiabat de Filio* ab eâ Concubinâ tunc nato, *alter ei nuntiabat de absolutâ extructione dictæ Civitatis: ideóque utraque* (viz Filium & Urbem) *nominavit hisce Nominibus, eâq; ambo hisce Nominibus insignivit.*

Mos Colluſorem vincendi & Regem per Ruchum efficaciter monendi etiam videtur obtinuiſſe apud Italos: nam Johannes Florio, & poſt eum Torrianus, in Lexico Italico ſub voce *Scacco*, addunt *Scacco-Rocco, Scacco-Dama, Scacco di Cavallo, &c.* Et deinde *Scacco-Tavola*, quando quaſi à Tabulâ datur *Scacco* ſeu *Scacco-Matto*, Colluſorum altero id ex ſuâ parte non percipiente. Hoc Angli vocant **Blinde Mate**. Rex ſolitarius in angulo ceu Propugnaculo tutus, alterum vincere cenſetur: hoc vocatur **Fools Mate**, de quo ſuprá. Huc quoque ſpectant ſequentia quæ ex Thomâ

Actio citat Gustavus Selenus, p 116, *Cùm Neuter vincit, Ludus vocatur Tabula: quia Tabula relinqui videtur Victoria, & ipsa sola spectanda est, cùm neuter Lusorum vincat.----Circa quod, non est prætereundum,* Pactam *apud Æthiopes idem significare quod Tabula apud nos. Ipsi enim hâc voce utuntur, (ut Æthiops non vulgaris & valde nobilis mihi retulit,) cùm neuter Ludentium vincit.* Sed in his verbis notandum est, *Pactam* malè impressum esse pro *Tactam*: nam طاقة *Tacta* est *Tabula*, non quidem in Ling. Æth. sed in Persicâ & Turcicâ, quibus tunc utebatur dictus Æthiops.

Aliud Vocabulum (seu potiùs Formula) quo quivis Lusus finiri solet, est شاه مات *Shâh mât*, seu ut aliquando contractiùs scribitur شهمات *Shahmât*. Hinc Itali habent suum *Scacco-matto* & Portugalli ac Hispani *Xaque mate*, vel secundum Castellanam pronuntiationem *Jaque mate*. Galli dicunt *Eschec & mat*, unde Angli habuerunt suum **Check-mate**. Hinc fluxerunt aliquot vocabula Anglica in paulò diversum sensum deducta: nempe ab usu in hoc Ludo quo Rex quasi increpari solet, **Check** in genere pro quâvis *Increpatione* usurpatur: & **to check**, est *cohibere, increpare*. Eodem modo, quia Rex in hoc Ludo impetitus, pro vexato haberi debet, **Matted** est *vexatus*, & **to mate** est *vexare ac exagitare* aliquem. Eâdem ratione apud Italos *Matto* est *insanus, amens*: unde fit nostrum **mad**, i. e. vel *amentiâ* vel aliter *vexatus*. Hæc dicta vocabula ex

ex Oriente primò accepta, Angli & Itali vulgati ſu comprobantes, Urbe quaſi donârunt & in nam linguam adoptârunt. In Vocabulario de li Academici della *Cruſca*, *Scaccomatto* notatur Metaphoricè apud Italos *Damnum* & *Jacturam* ignificare.

Turcæ de aliquo qu ludendo victus eſt loquentes, abſque vocabulo *ihâh*, dicunt مات ايلدي *Mât êiladi*, ſeu مات اولدي *Mât ôldi*, id eſt, *Matatus eſt* ſeu *Mato affectus*, ſi ita loqui liceat; am مات ايلمك *Mât éilamek* eſt *facere aliquem hât*, quod Itali dicunt *Dar il Scacco matto*: & مات اولمق *Mât ôlmak* formâ Paſſivâ eſt *fieri Mât*, q.d. *Matari*. Sic Perſæ habent مات كردن *Mât Kérden*, & مات شدن *Mât Shúden*, eodem ſenſu breviter loquendo.

Cùm aliquando luderem cum Arabe Hieroſolymitano, ſæpe audivi illum dicentem contra me *Kſh*, & tandem *Kſh mât*, eâ fermè voce quâ nostrates ſolent abigere Gallinas. Ego juſſi ut id mihi ſcriberet, & quid eſſet explicaret: ille itaque ſcripſit كش مات *Kiſh mât*: quorum prius expoſuit Turcicè گت *Ghìt*, id eſt, *Ito*, *migra*, quo modo ſeceſſus & fuga Regi indicitur; q.d. monitus Rex è loco periculoſo in tutiorem locum migrare debet, aliàs مات *máta*, i.e. *moriatur*, ſeu periculum eſt ut moriatur. Sic enim ille, cùm eſſet Arabs, hoc mihi interpretatus eſt اولمشدر

mortuus est. Hoc autem modo, (duarum vocum Constructione non cohærente,) deberemus id intelligere, q. d. *Ito, migra*; & cùm non migret, tum statim addendum *mortuus est*. At cùm non sit vox Arabica, non est mirum si Arabes ejusdem vim ignorent. Eodem quoque modo interpretati sunt (quos fides fefellit) doctiores Europæi; quasi *Shâh mât* esset hybridum quiddam è Nomine Persico & Verbo Arabico compositum.

Sunt qui hoc deductum volunt ab Hispanico *Matar*, id est, *occidere*, quasi Rex finito Ludo mori aut occidi existimetur. Hic autem Ludus compositus est ad Analogiam veri Belli; & secundùm Leges Militares, Regis vitæ imprimis parcitur; cùm nulla gens tam barbara sit quæ Regem non capiat vivum potiùs quàm trucidet, si ullo modo id fieri possit. Præterea, hic Ludus non est origine Hispanicus, ut vocabula ejus ex eâ Linguâ quæramus. Nec quidem est *Matar* vox origine Hispanica, sed potiùs Arabica à Mauris accepta, quo tempore illi Hispaniam occuparent.

Quidam conati sunt elicere vocem *Shâh mât* ex Linguâ Hebraicâ, ubi סיג *Sejâg* est *Sepes*, qd (ad suum usum accommodantes,) exponunt *Vallare*; & מות *Mût*, i. e. *mori*. Majore probabilitatis specie deduxissent à צחוק seu שחוק *Sehôk*, id est, *Lusus*, & מורת *mût*, i. e. *mori*; (q.d. *Lusus mortis* seu *fatalis*,) si, ut nugantur Judæi, hic Ludus antiquis Hebræis notus fuisset.

Missis autem hisce Conjecturis, quid reverà sit *Mât* tandem dicam: nam de voce *Shâh*, in superioribus

ioribus dictum est. *Mât* itaque est Vocabulum
urum putum Persicum ex longiori voce contra-
tum, & eo quo vides modo vulgari usu rece-
tum & comprobatum. In Compendio Lexici
Vasllato'lMakâsid, cujus Author est *Rustem Al-
Mâulavi*, مات *Mât* exponitur زبون *Zabûn*, id
st, *Debilitatus, enervatus, labefactatus, victus, su-
peratus.* Adeo ut شاه مات sit i.q.d. *Shâh-zabûn.*
Quomodo autem ad hanc formam perveniatur,
rdine dicam. Ab Infinitivo Verbi ماندن
Mânden seu ماندین *Mâniden*, fit in Præterito
ماند *Mând* seu *Mânt* & مانید *Mânid* seu
Mânit, i.e. *Lassatus est, labefactatus est*: quæ qui-
em significatio secundaria est: nam primaria
ignificatio est *Manere.* Hinc fit, ut qui in ali-
quo loco ita *manet*, ut inde se movere nequeat,
el *lassatus* sit, vel *victus ac captivatus.* Perfis au-
em perinde est an in hoc Ludo dicant مات *Mât*,
eu مانید *Mânit*, quorum illud ex hoc factum
st sequente modo. A مانید *Mânit* contractius
dicitur ماند *Mâd*, eâdem ratione quâ dici &
cribi solet باد *Bâd* pro باشاد *Bashâd*, & بید
Bid pro باشید *Bashîd*, & ماندپس *Mâd-pas*, pro
ماندند پس *Mânand-pas.* In vulgari autem pro-
nuntiatione, litera *Dâl* in fine vocum sonat ut

Te,

Te, & in ſequioris notæ Libris aliquando ſic ſcribitur. Ita ut ماد primò pronuntiatum fuerit مات *Mât*, & poſteà ſic ſcriptum. Hujuſmodi pronuntiationis exempla ſunto pauca hæc bene nota, viz. مراد *Morâd*, quod vulgò ſonat *Morât* ſeu *Murât*, unde Europæi fecerunt *Amurat*. Et بغداد *Bagdâd*, vulgò *Bagdat*. Et duo Perſarum Menſes, خرداد *Chordâd*, & مرداد *Mordâd*, quos Græci (pronuntiationem ſuis literis exprimentes) ſcripſerunt χορτάτ & μερτάτ, rectiùs μορτάτ. Exempla cumulare non erit opus. Sed ut authoritatem dictis conciliemus, apud *Chalîl Sûphi* in Libri *Nimetullâh* Exemplari Laudiano legitur, مانيد مات اولدي و مغلوب دمكدر ايوندە يڭلسە مانيد در *Mânîd* [ſeu *Mânît*] *eſt factus Mât, quod eſt dicere victus: & qui in Ludo ſuperatur, is eſt Mânîd*, in tempore præterito, quando planè finitus eſt Luſus. Et in *Pherhengh Surûri* in genere exponitur, مانيد *Mânîd, de eo dicitur qui non poteſt facere aut dicere id quòd facere aut dicere debet*. Ita ut dicatur شاه مانيد *Shâh-mânît* ſeu شاه مات *Shâh-mât*, i. e. *Rex victus ſeu ſuperatus eſt*, cùm ſcil. non poſſit facere id quod faciendum erat quódque ſuſceperat. Hæc eſt indubitata, vera ac genuina interpretatio & originatio

inatio vocis *Mât*. Aliàs dicitur شاه ماند
hâh-mânad, quod Turcicè in *Nim. Laud.* expo-
itur يڭشنه *Tenishenè*, i. e. *alter alterum mox*
icturus est. Nam يڭمك *Tenmek* est *vincere*:
يڭلمك *Tenilmek* est *vinci*: & يڭشمك *Tenish-*
ek est *vincere se invicem*, si dici potest; scil. de
ictoriâ contendere inter se invicem. Ita ut vi-
eatur esse quædam differentia inter *Shâh-mânîd*
Shâh-mânàd, quorum hoc usurpatur quasi in
uturo, quando ad finem vergit Lusus; illud
erò in Præterito, quando planè finitus est.

In *Pherhengh Gjihân-ghîri* in voce شاه legitur,
شاه كشتن كردن شاه شطرنج بود *Regem oc-*
idere dicitur de Rege Shatrangico. Et mox Di-
stichon,

شاه بطع آسمان هنگام لعب امتحان
مات گردد در زمان گر گويد اورا شاه شا

Rex Scaccarium cœli tempore Ludi expertus,
Fit mât eodem tempore si quis ei dicit Shâh Shâh.

i. e. cœli malam influentiam mox sentit. Et
deinde aliud Distichon,

جان شاهان جهان يكسر شود دلتنگ زن
چون نتوان تعجيل در شطرنج گويي شاه شا

Animus Regum Mundi simul est ut pusillanimis [*mulier,*
Quando in Shatrangj non possunt statim dicere [*Shâh Shâh.*

id est, quando alii alios in Bello vincere non possunt.

---

§. VII. *De Situ Lusuum, vulgo Gambettæ vocantur.*

THema seu Situs alicujus Lusûs, Arabico Nomine (quo etiam utuntur Persæ,) vocatur منصوب *Mansûb*, i. e. *Ordine situm, erectè positum seu collocatum quidvis*: nempe sic appellantur *Themata* quibus Lusuum Thesis seu positura ac forma ob oculos ponitur. Et hujusmodi Thematum formandi ac constructendi peritia, Persicè vocatur منصوبه دانی *Thematum scientia* sive *peritia*.

Talia *Themata* decem in Arabico suo libello de hoc Ludo exhibet *Sokeiker Damascenus*. Primum vocatur منصوب العدلي لوقوعه لا مع العدلي *Thema Adali*, i. e. *æquale, eo quod Lusori incidat cum æquali*. Sec. hoc Thema fit *Mât* contra Regem nigrum 35 vicibus seu motionibus. Thema autem ipsum (ut & reliqua) in dicto libello Arabico visenda relinquo: nolui enim heic exprimere, ne fortè Scribæ errores publicarem.

Aliud

Aliud vocatur منصوب الجارية *Mansûbo 'lGjâriya*, i. e. *Thema Lusûs currentis*. Tertium est شبيه بمنصوب الجارية *Simile Themati Lusûs currentis*: nisi quòd situs sit معكوس *inversus*. Quartum tale est in quo fieret *Mât* contra *Nigrum Regem* ictu uno, nisi quòd ejus sit ludere: adeóque vincitur *Rex Albus* undecim vicibus seu motionibus per *Peditem*. Estque in eo alius modus, quo idem fit duabus vicibus. Quintum tale est in quo fieret *Mât* contra *Album* unâ vice, nisi quòd ejus sit ludere: adeóque vincitur *Niger* 18 vicibus movendi. Est autem in eo via prohibendi seu impediendi illud. Et est in eo alius modus quo res fit 7 vicibus. Sextum tale est in quo fit *Mât*, contra *Album* ictu uno, quamvis ejus sit ludere. Fit autem *Mât* contra *Nigrum* per *Ruch* 21 vicibus. Septimum tale est in quo fieret *Mât* contra *Album* unâ vice, nisi quòd ejus sit ludere: ideóque vincitur *Niger* 25 vicibus. Octavum vocatur منصوب الربرب *Thema AlRabrab*, i. e. *Agmen boum sylvestrium*; in quo fieret *Mât* contra *Nigrum* unâ vice, nisi quòd ejus sit ludere: ideóque redit contra *Album* cum *Ruch*. Nonum est منصوب لطيف *Thema subtile* seu *elegans ac lepidum*, in quo non est *Mât* contra alterutrum Regem. At profectò ambo *Ruchi* & ambo *Equi* sunt circa eum qui lusurus est seu cujus est ludere, qui itaque dat *Mât* alteri. Decimum

est منصوب مختصر لطيف *Elegans Thema contractum* seu *compendiosum*, quod itaque bene perpendere debes, inquit *Sokeiker*.

Et jam *Thematum* sen *Gambettarum* satis est, cùm non sit finis aut terminus, infit dictus *Sokeiker*; scil. talia possunt fieri in infinitum, & quisq; Lusor pro lubitu alias excogitare poterit.

Arabshahides in Cod. MS dicit الشطرنج الصغير بالنسبة الى الكبير وطريقة تعلمه بالفعل اقوى وليس في شرحه بالقول كثير جدوى *AlShatrangj parvum analogum est ad AlShatrangj magno: modus autem addiscendi illud potior est per praxin, cùm non sit in exponendo illud per sermonem multa utilitas.* Nempe optima addiscendi ratio est per praxin, cùm prolixo sermone illud exponere parum prosit. Et, si id ita sit, ut sc. Shatrangj Parvum habet analogiam cum Magno, tum vice-versâ Magnum habet analogiam cum Parvo, quod probè calletur à plerisque Europæis, qui (uti experientiâ didici,) in modo ludendi, ab Orientalibus non differunt. At quoad ludendi modum, is non unus est, sed multiplex: nam postquam Situs & Motiones Militum intelliguntur, tum postea ludendi Artes à variis variè exercentur, prout quisque pro ingenio suo excogitare potest. Si quis cupit habere Regulas, adeat aliquos ex iis Libris qui in Prolegomenon calce memorantur. Videat particulariter *Wielium* pag. 82, 83, &c. apud

pud quem videri poterunt Germanorum Regulæ ex *Guſtavo Seleno* tranſcriptæ. Quicunque autem ſagaci oculo & ſedulo attentóque animo præditus eſt, pro re natâ ſe defendendi & Adverſarium offendendi Artes facilè ſibi invenire poterit.

De Luſorum Stylo & loquendi formulis apud Perſas memorat *Sheich Saadi* in *Roſario*, quòd ſcil.

راندن *Propellere*, ſit *Milites promovere*:

پوشیدن *Tegere*, ſit *ſuos defendere*:

دفع کردن *Pellere, abigere, abſtrudere*, ſit *amoliri & alienos impedire*:

شاه خواندن *Vocare Shâh*, ſit *Adverſarium Regem monere*.

Hæc omnia leguntur apud dictum Autorem Libro ſuo VII, ubi rixam quandam narrat, ſumptâ Metaphorâ à *Shahiludio*, his verbis, هر

بیدقي که براندي بدفع آن بکوشیدمي

وهر شاهي که بخواندي بفرزین بپوشیدمي

Quemvis Peditem quem promovebat, repellere niſus ſum; & quodvis Shâh quod vocabat, Generaliſſimo protegebam.

De Shahiludio Chinenſium.

APud pleraſque Gentes *Imperator* ſeu *Rex* in hunc Ludum introduci ſolet: horum itaq; Nomina (ne aliquid deeſſe videretur,) Sinicè recenſebo, ſaltem ut apud Chinenſes contrarium fieri conferenti appareat. *Imperator* itaque Luſitanico ſcribendi more, Sinicè dicitur *Hoam*, quod nobis ſonandum eſt *whang*. Is etiam aliâ Synonymâ voce vocari ſolet *Ti*; vel junctim *Hoang-Ti*, quod mercatores noſtri in Diariis ſuis minùs rectè ſcribunt *Hungtee* & *Hoangte*. *Rex* dicitur *Vam* ſeu *Vang*, quo etiam Nomine vocantur Regis Filii & Fratres, ſi ſint tantùm unus aut duo: ſi autem plures ſunt, tum reliqui vocantur *Chu-Heu*, id eſt, *Principes*, junctis duabus vocibus Synonymis. *Chu* etiam alio Charactere ſcriptum, eſt *Dominus*. At in Studioſorum Exercitiis ſeu Compoſitionibus pro Gradu & Promotione præſtitis, *Rex* longè aliter vocatur *Quin* ſeu *Kuin*, quo exoticos Reges notant, quod D. Ogilvius Atlantis pag. 393 male legit *Kium*. *Regina* audit *Heu*. Et quidem horum Characteres aliquem in Solio ſtantem aut ſedentem repræſentant. Et *Palatii* Character *Portam* ſeu *Bivalvas* Regis deſignat. Supremi *Officiarii* ſeu *Mandarini* ſummi vocantur *Co-lao*, i. e. *Palatio venerandi* ſeu *honorandi*. Hodiernis Characteribus (quorum magna pars ab antiquo Imperatore *Fohi* deſumpta, ubi res per ſuas ſimilitudines ſeu picturas exprimebantur,) *Regis* ſupremi ſeu *Imperatoris* Nomen *Hoam* per *ſceptrum* rudiore modo depictum

pictum ſignatur, ſupraddito malè formato *Oculo*. Aliàs *Dominus ſupremus* exprimitur per *Sceptrum* cum Ductulo ſeu Apice ſupernè adſcripto: & *Sceptrum* ſolum ſine Apice exprimit *Regem* ſeu *Principem*, & *Regis Filium* ſeu *Fratrem*. Et eodem Hieroglyphico more, *Equi* Character rudiori formâ pictus repræſentat Jubam ſeu Collum equinum, cum annexâ Caudâ & 4 pedibus. Et *Hominis* tam Viri quam fœminæ Character ſonans *Gin*, conſtat duobus Ductibus deorſum tendentibus Hominis diducta ac divaricata Crura imitantibus, eodem modo quo *Mandragoræ* Radix bifurca *Humanum genus* imperfectè imitari cenſetur, & ab Orientalibus Humanam formam repræſentare aſſeritur, Græcis itaque Ἀνθρωπομόρφος dicta. Horum Characteres in annexâ Tabellâ leguntur.

Sed cùm apud Chinenſes nec Imperator aut Rex nec Regina, neque in Bellum reale unquam nec in hoc Bellum Ludicrum veniant, plura de eis notare ſuperſedebo, & Scenam transferam ad veram & uſitatam apud eos praxin, veras & indubitatas hujus Ludi Perſonas deſcripturus; idque primò quidem ut in Miſſionariorum Itinerariis *imperfectè* traditur, & deinde *completè* prout ab Amico noſtro *D. Shin Fo Çung* nativo Chinenſi Nankinenſi hic Ludus pro me accuratè delineatus & deſcriptus eſt.

Chinenſium *Shahiludium* ab eo Indorum videtur profectum, & ad eundem ſcopum collimare, quamvis immane quid ab eo differat, magnis in Regnum Ludicrum introductis mutationibus; ut veræ Chinenſium Belligerationi quàm proximè quadrare poſſet militaris iſte Ludus; eodem modo quo *Shahiludium* Indorum, eorundem Militiam repræſentat. Quamvis itaque Chinenſes hunc Ludum Indiæ acceptum referre videantur, reverà tamen eos generalem tantùm & imperfectam aliquam ejus notitiam, potiùs quàm accuratam ejuſdem deſcriptionem ab Indis accepiſſe, magna eorum ab his diſcrepantia indicat: nam generali hujus Ludi notitiâ primò acceptâ, ipſi particularitates ſibimet ſuopte ingenio conformârunt, ad ſuæ Politiæ formam comparantes & adaptantes, & ſec. ſui Regiminis modulum hujus Ludi novam methodum excogitantes.

Cùm primò in Jeſuitarum Miſſionariorum Itinerariis de Chinenſium *Shahiludio* inquirerem, inveni

veni eos valdè imperfectè eundem (ut & pleráſq; res alias) deſcripſiſſe, memorando tantùm 5 ſpecies, quæ ſec. eos, ſunt *Rex*, *Literatus*, *Equus*, *Lebes*, *Pedes*; cùm reverà *Rex* in hunc Ludum non veniat, & reliquæ ſpecies ſint ab his ferè diverſæ: nam in toto ſunt 7 ſpecies, quæ tamen 10 Nominibus diſtinctæ, ut mox videbitur.

Scachorum Chinenſium Formas quod attinet, D. D. Semedo & Trigautius in Regni Chinenſis Deſcriptione, narrant populum Chinenſem tam fallendo tempori quàm Ludicri Quæſtûs cauſâ, adhibere Scachos Europæis non abſimiles: hoc tamen nec Chinenſis noſter agnoſcebat, nec alii agnoſcunt. Nam in Muſæo D. Golii Profeſſoris Leydenſis defuncti, inter alia multa rariora κειμήλια à D. Martinio qui diu in Chinâ vixerat accepta, erant Scachi Chinenſes, qui non diverſis Formis, ſed ſolis Inſcriptionibus à ſe invicem dignoſcebantur. Erant enim omnes totidem parvi Orbiculi Eburnei ex utrâq; parte plani, quorum Diameter ferè uncialis, & ejuſmodi quarta pars craſſitudo ſive profunditas. Hoſce itaque Orbiculos (aliàs ſibi invicem ſimiles,) diſtinguebant inſcripta Nomina Chinenſia, quorum Pronuntiationem & Interpretationem in altero Plano D. Golius à D. Martinio edoctus adſcripſerat: qui quidem Orbiculi unà cum Inſcriptionibus, cum eis à Chinenſi noſtro mihi paratis conveniunt, uti video ex illorum duobus, quos olim ope Parentis τοῦ μακαρίτου pro me procurabat Doctiſſimus D. Jacobus Gronovius Amicus noſter ſingularis tunc in Angliâ agens. In horum al-

tero erat Character *Currum* denotans, in altero Character *Equi* ſonans *Bà* ſeu *Bae*, quæ quidem vitioſa Pronuntiatio eſt vernacula Provinciæ Fokienenſis: nam in Dialecto eruditâ ſonat *Má*.

Quoad Scachorum motiones (prout in Miſſionariorum Itinerariis deſcriptæ reperiuntur,) *Rex* ut appellant, nunquam egreditur 4 Areolas ſibi proximas, uti nec duo *Alfieri* ut vocat D. Semedo. Si placet illius verba habe, *Il Re loro non ſcappa mai fuori di quattro Caſe piu vicine à ſe; il che fanno ancora li due Alfieri.* Iſte quem vocat *Regem* (quamvis reverà in hoc Ludo *Regem* non habeant,) utrinque ſibi aſſiſtentem habet Virum Eruditum ſeu *Literatum*, quibus tanquam Conſiliariis utitur, nec procul à ſe moveri patitur: nam extra 4 proximas Areolas evagari non licet, ſed Regi ſemper præſtò eſſe debent. Hi ſunt ex maximis *Mandarinis*, qui ſunt præcipui Miniſtri Statûs, Scientiâ & Gradibus Philoſophicis inſtructi (ut mos eſt) priuſquam ad Dignitates evehantur.

Apud ſupradictum Autorem, hi duo (ut vides) in hoc Ludo vocantur *Alfieri*, de quibus vide ſuperiùs dicta. Verum quidem eſt, quod apud Perſas & Indos in hac Militiâ *Alferz* eſt Generaliſſimus Regi proximus, ſec. legitimum vocabuli uſum: is autem eſt tantùm unus, cùm duo Generaliſſimi in eodem exercitu ſimul eſſe non poſſint. Sed D. Semedo in ſuo Libro videtur loqui ſec. hujus vocis uſum apud ſuos, non ſatis propriè eo in loco.

Europæi ab unâ Regis parte ſecundo loco, in alterâ

alterâ tertio loco, collocant *Sacerdotem* seu *Episcopum*, Gallis *Le Fol*; unde fortè dictus Autor putaverit, omissâ (ut fit) *Reginâ* statim deveniendum esse ad illum Scachum quem tertio loco collocant Europæi: quâ in re (si ita voluit) fallebatur; ut & falsus est in exegesi suâ dicti Libri Interpres Gallicus, qui eo in loco pro *due Alfieri*, legit *Les deux Alfieres ou les deux Fols*; suæ Patriæ usum morémque in Chinensium Ludum ineptè introducens. D. Trigautius rectiùs habet, hos esse *Literatos Regis Assessores*. Patet autem eos Reginam non habere: sic D. Semedo, *Non hanno Regina, ma altri due pezzi che esse chiamano Vasi di polvere, molto ingegnosi*, &c. Isti duo Scachi ingeniosi & celeriter moventes, quos ille simpliciter vocat *Vasa pulveris*, apud dictum Gallicum ejusdem Libri Interpretem perperam vocantur *Vaisseaux de terre*; quasi putârit ea *Vasa* fuisse *Vimineos Corbes* terrâ plenos super Valla collocatos, Europæorum more. Proh stultitiam & ignorantiam! D. Trigautius rectiùs habet *Lebetes pyrii pulveris*, quod etiam celeri eorum motioni magis accommodum est Nomen. Nam cùm hic Ludus sit imitatio Belli, Pyrium seu Nitratum potiùs quàm alium Pulverem in usum Belli adhibitum fuisse, quisque præter illum Interpretem Gallum facilè judicaverit. De hisce rebus D. Trigautius, *Graviores fallendo tempori & Ludicro etiam quæstui adhibent Latrunculos* [Scachos] *nostris non omninò absimiles. Regius enim Calculus nunquam egreditur 4 Cellulas suo loco viciniores, sed neque Literati duo Regis Assessores. Reginâ carent. Alios porrò duos*

habent Calculos non parum ingeniosos, quos ipsi pulveris bellici Lebetes vocant; ii Equos duos præeunt, & Pedites subsequuntur, qui in his duabus Cellulis unâ Cellulâ præcedunt. Incedit hic Calculus eo fermè modo quo Turriti nostrates Elephantes, [scilicet Ruchi,] *inimici tamen Exercitûs Ductorem Regem non petit, nisi inter ipsum & Regem qui petitur, alius sit Calculus vel proprius vel Collusoris. Hinc fit ut tribus modis ictum vitare possit Rex appetitus: primùm exiguâ (ut ita loquar) corporis declinatione, & honestâ fugâ in proximam Cellulam seu Stationem: deinde oppositu alterius Calculi: postremò si penitùs nudet latus, tum jubeat facessere Militem suum à quo tegebatur.* Hæc ille. Sequitur præcedentis Descriptionis Schema.

pag. 164.

Equus	*Literatus*	*Rex*	*Literatus*	*Equus*
Lebes	*Pedes*	*Pedes*	*Pedes*	*Lebes*
Pedes				*Pedes*
Pedes				*Pedes*
Lebes	*Pedes*	*Pedes*	*Pedes*	*Lebes*
Equus	*Literatus*	*Rex*	*Literatus*	*Equus*

Supradicti *Lebetes* apud Purchasium Anglum mendosè appellantur Anglicè Poulver Paunes, pro quo rectiùs dicendum fuisset Powder Pans, i. e. *Pyrii pulveris Lebetes anei.* Hi moventur eodem modo quo *Ruchi* apud alias Gentes, i. e. celeriter, uti est motio Pyrii pulveris, aut Globorum è Bombardis missilium. Quænam autem sint propriæ hujus Ludi Personæ, & quinam sit ludendi modus, in sequentibus rectiùs docebitur: nam Chinensis noster nullos *Lebetes* nec *Pyrium pulverem* in hoc Ludo agnoscebat.

Mox itaque versis paginis visuntur duo Schemata, quorum unum dat Scachorum Chinensium Nomina & Figuras: alterum dat Scaccarium & in eo Militum Situm, ludicra duo Armilustria sub diversis Insigniis interjecto Flumine exhibens. Hæcque ex Autoritate *D. Shin Fo Çung* Chinensis, qui ea pro me propriâ manu delineavit.

Shahiludium linguâ Sinicâ vocatur *Siang Ki*, i. e. *Elephantum Ludus*; & Frustula quibus tam iste quàm alii Ludi exercentur, vocantur *Çu*, i.e. *Res, Recula, aliqua res, aliquid*: aliquandò *Çu* etiam *Filium* notat, & sæpe ut Expletiva particula usurpatur. Iste autem Ludus apud Chinenses exercetur Orbiculis Eburneis aut Ligneis sibi invicem similibus, qui solis inscriptis Nominibus distinguuntur, ut ex appositio sequente paginâ Schemate constat. Chinensis noster ait apud Seres rarò pro Pecuniâ exerceri hunc Ludum, alios verò sæpissimé.

Scaccarium Chinense, in cujus medio interponitur Kia Hô *seu* Dividens Fluvius, *ut eorum mos est.*



Elephantis motiones Obliquæ.

Equorum motiones Equestres.

Scachorum Chinensium species sunt tantum 7, quæ tamen per 10 distincta Nomina, subinde exprimuntur, viz. pag. 167.

In hujus Ludi medio Schemate (ut vides,) est *Kia Hô*, i. e. *Dividens fluvius*; nempe dividens duos exercitus, qui ex Chinensium sententiâ supponuntur dimicare ad magni alicujus Fluminis Ripas, ibique contendere uter eorum ad alteram partem trajiciat & oppositos hostes fundat. Et, si Gregarius aliquis Miles dictum Flumen transmiserit in adversos hostes involando, is posteà fit honoratior in Militiâ, & in defuncti *Generalis* locum (quando vacat) substituitur & subrogatur, donatus libertate revertendi, à quâ anteà fuerat restrictus. Hunc autem fluvium imaginaberis esse totius Chinæ maximum & celeberrimum, qui à luteo aquarum colore vocatur *Whang Hô*, i.e. *Flavus Fluvius* seu *Croceus Fluvius*, eorum Regnum ab *Indiâ* & *Tebet* & *Tatariâ* ad Occasum separans & disjungens, & posteà è Tatariâ revertens, magnum Murum totámq; Chinam obliquè secat. Si volumus interpretari, *Fluvius separans* Japonicè dicendus est *Cava tori-váqe*, & Malaicè سنكي قولغ *Songey poulang*, vel transpositis vocibus *Poulang songey* seu *Separans Fluvius*. Quærendum annon Pauli Veneti *Fluvius* dictus *Pulisachniz* seu *Pulisangui*, idem sit necne? Aliàs پول سنگ *Pûli-sángue*, seu پولی سنگین *Pûlisánguin* Perficè est *Pons lapideus*, quali quidem Ponte (dicente Paulo) dictus Fluvius sternitur.

Scachorum species à se invicem distinctæ, sunt 7, qui tamen 10 Nominibus dignoscuntur, uti ex præmissâ Tabellâ constat. Et quidem duo Exercitus

citus ad utramque Fluminis ripam ſtantes ordinati & ad Bellum inſtructi, ſequente modo deſcribuntur. Et quidem præmittendum eſt, quòd Scachi in ipſis Lineis collocandi ſunt, & (excepto Elephante) per ipſas Lineas movendi, non autem per medias Areolas, ut apud alias Gentes.

I. Inter hoſce medium locum occupans, is eſt qui apud alias Gentes vocatur *Rex*: talem verò Chinenſes in hoc Ludo non habent. Et ſanè in verâ ac vivâ eorum Militiâ, ſi aliquis *Rex* aut *Regulus* Exercitui fortè ab Imperatore præficiatur, is tunc temporis non vocatur *Vam* ſeu *Vang*, i. e. *Rex*; ſed *Çiang*. Iſte eſt maximus Militum Mandarinus, ſeu Officiarius ſupremus Campeſtris, qui Militiæ in Bello ducendæ præeſt: is enim totum Exercitum ducendo Imperatoris locum ſupplet, ejúſque Mandata exequitur. Nam Imperator ipſe (propter imminens periculum) ad Militiam nunquam prodit in reali Bello, quod fictum hoc quodammodo imitatur. Quinam alii ſint Militum Mandarini in Urbibus, videas in *Tabulâ Promotionis Mandarinorum*, quæ in 2do huOpuſculi libro exponitur.

In hoc itaque Ludo, primarium locum occupat *Çiang*, i. e. *Generaliſſimus* ſeu *Dux Exercitûs generalis*, qui alio ferè Synonymo Vocabulo (propriè etiam notante *Ducem* ſeu *Gubernatorem*,) ſubinde dicitur *Çai*: & aliàs aliquando *Çai-ſiang*, i. e. *Gubernator aſſiſtens*, ſeu *Gubernationi aſſiſtens*. Iſte in Miſſionariorum & aliorum Libris impreſſis malè legitur *Caiſing*, propterea quòd plerique Typographi Ç caudato deſtituantur, quod mul-

tos ejusmodi errores in impressis Libris peperit, C simplex ejus loco subsituendo.

Dictus *Dux* semper movendus est in Lineis rectis per 9 minora Loca seu Angulos subdivisæ Quadraturæ, unde nunquam exit, nec unquam movetur in Lineis obliquis. Ei licet capere quemvis hostem illum invadentem: at quisque illum capturus aut interfecturus, tenetur eum præmonere dicendo, *Ngo che*, i. e. *Ego occîdo*, seu *Manduco*; nam utrumque significat. Eo itaque capto & Lusu finito, Victor proclamat *Çiang*, id est, *Generalissimus*! scil. captus seu occisus est: eodem modo quo apud Persas & Indos pro Monitione dicitur *Shâh*; & capto Rege, proclamatur *Shâh-mât*. Dictum verò *Ducem* contra hostilem Bombardam munire, est interponere duos; & sic à Bombardâ capietur eorum secundus, salvo & incolumi *Duce*, qui hoc modo protegitur & defenditur. Talis Exercitûs Dux generalis Japonicè vocatur *Shogun*.

II. Dictus *Dux* utrinque assistentem habet *Sú*, i. e. *Vicarium* seu *Locumtenentem*, (Anglicè Lieutenant General,) seu secundi Ordinis Mandarinum Militum: nam eorum Ordines sunt varii & multi. Hi *Locumtenentes* moventur tantùm in obliquis Lineis dictæ Quadraturæ Isti sunt qui in Missionariorum Itinerariis in hoc Ludo *Literati* vocantur (Japonicè *Gacusha*,) nomine nimis generali. Nam quamvis nulli nisi post Gradus Philosophicos ad Dignitates evehantur; tamen hoc nomen generale, Officium particulare non satis indicat, cùm variorum Ordinum Literati

rati in Chinenſium Militiâ reperiantur. Tali$ Generaliſſimi *Locumtenens* Japonicè audit *Da*; ſeu *Mio-dai*, Malaïcè تمڤت قاغ *Tampat pagang*.

III. Poſt duos *Sù*, utrinque eſt *Siang*, i. e. *Elephas*: in altero verò Exercitu, putà rubro, ſcribitur alio Charactere *Siang*, i. e. *Aſſiſtens*: & tamen iſte Scachus inter Ludendum in utroque exercitu ſemper vocari cenſetur *Siang*, i. e. *Elephas*, nempe *Siang ſiang*, i. e. *Elephas aſſiſtens*: nam hi duo Characteres eundem ſonum habent. Is movetur (contra quàm reliqui) ſemper obliquè, idq; per duas ſimul Areolas, ſi opus ſit: ſcil. non movetur ſuper ipſas Lineas ut ſuperiores, ſed obliquè per medias ipſas Areolas, ſive ſit progreſſione ſive reditu, ſicut in Tabellâ inſcripta Puncta docent ducúntque. Sed dum tranſit per duas Areolas, via debet eſſe libera, nec ab ullo præpedita: nam non poteſt ſalire nec æquabiliter moveri, ſi in proximâ ei Areolâ ſit aliquis vel ex ſuis vel ex adverſariis; nec poteſt tranſire Flumen, (ut nec Officiarii ulli,) utpote qui *Duci* aſſiſtit, & haud procul ab eo diſcedit. In reali Bello Elephanti inſidet Mandarinus aliquis minor ſecundi Ordinis, qui *Magiſter Elephantum* habetur. *Elephas* Japonicè audit *Zo*. Et notandum eſt, quòd cùm *Elephas* ſit ex unâ parte Ludi, tum *Aſſiſtens* erit ex alterâ ei oppoſitâ, & vice verſâ. Et idem dicendum eſt de *Milite Gregario* qui dicitur vel *Ço*, vel *Ping*: nam ſi ex hac parte ſit *Ço*, ex alterâ erit *Ping*, & vice verſâ. Sed quamvis ex unâ

parte ſcribatur *Ping*, utrâque tamen parte inter ludendum talis *Miles* ſemper loquendo vocatur *Co*.

IV. Poſt *Elephantes*, utrinque eſt *Mà*, i e. *Equus*, Aulicorum & Mandarinorum doctiore Dialecto: vernaculâ autem ſeu communi Fokienenſi ſonat *Bà* ſeu *Bae*. Iſte movetur ſuper ipſâ Lineâ,& poteſt tranſire in tertium Locum ſeu Angulum ſive Cuſpidem (non autem tertiam Areolam) unâ vice ſeu uno ſaltu, ſive rectà, ſive dextrorſum aut ſiniſtorſum, ſi non interventu alicujus vel ex ſuis vel ex adverſariis impediatur: nam ſupra alicujus caput non ſalit. Exempli cauſâ (ut in Tabellâ exprimitur,) ſi aliquis ſit in 5, tum *Equus* qui in 2, non poteſt exire, niſi aperiatur via dextrorſum aut ſiniſtrorſum. Sed ſi nemo ſit in 5, tum it in 8 vel 4 vel 6; ſi nemo ſit in 1 vel 2, tum it in 4 vel 6. Hoc enim tenendum eſt, quòd à primo unde ſolvit Loco ſeu Angulo in tertium, ſemper moveatur in ipſâ lineâ, idque ſive rectà, ſive ſiniſtrorſum vel dextrorſum: & ea eſt ratio cur aliquo in ipſâ Lineâ obſtante, impediatur tranſitus. Poteſt autem aliàs ire & redire ut reliqui Officiarii. Iſti Equo inſidere creditur aliquis tertii Ordinis Mandarinus, qui habetur *Magiſter Equitatûs*. Equus Malaïcè ſonat كودا *Couda*, Japonicè (ut habet Colladus) *Mma* ſeu *Oema*, quæ fiunt ex Sinico *Mà*: ſed apud eum minùs rectè ſcriptum videtur *Coma*.

V. Quinto loco utrinque poſt Equum eſt *Qu* ſeu *Cu*, i. e. *Currus* ſeu *Rheda*. Quin & idem Character

racter aliquando aliàs ſonatur *Che*, eodem ſenſu. Hujus motio eſt prorſus ut *Ruch* apud alias Gentes. Poteſtque ire & redire. Iſtum Currum regere creditur aliquis præcedente minor Mandarinus, qui habetur *Magiſter Curruum*. Talis Currus Japonicè audit *Curúma*, Malaïcè پدات *Pedáti*.

VI. Coram Equis, (duabus prætermiſſis Areolis,) cernuntur duæ *Pao*, i. e. *Bombardæ*; poſito poſt eas obſtaculo, ut tollatur poſſibilitas redeundi. Iſtius motio eſt ut *Currûs*, in rectâ lineâ, ſuper ipſam lineam: ſed modus capiendi diverſus. Non enim poteſt capere Adverſarium ſibi proximum, ſed remotiorem duorum; cum Bombardarum natura & ſcopus ſit longinquos petere & ad diſtantiam interficere. Ideóque lex eſt, ut non poſſit capere proximum Adverſarium, niſi inter illum qui capiendus eſt, ſit alius vel ex ſuis vel adverſis qui tranſiliatur. Poteſt rectà ire, non autem redire, niſi tranſierit Flumen: & tunc redeundo, id facit eiſdem motionibus quibus progreſſus fuerat.

Iſte eſt Scachus qui apud Miſſionarios vocatur *Lebes pyrii pulveris*, quod quidem Nomen Chinenſis noſter (quocum ludebam) non agnoſcebat. Si autem alicubi Sinarum in hocce Ludo tale quid ſit, *Lebes* Dialecto Mandarinicâ vocatur *Co*: & *Pyrius pulvis* vocatur *Ho yo*, i. e. τὸ *Ignis Medicamentum*, vel aliàs *Chin hoy* junctis ferè Synonymis vocabulis, quorum *Chin* eſt quivis *Pulvis* in genere, & *Hoy* eſt Pulvis per ignem confectus & paratus. Horum Characteres extant in Tabellâ

parte ſcribatur *Ping*, utrâque tamen parte inter ludendum talis *Miles* ſemper loquendo vocatur *Ço*.

IV. Poſt *Elephantes*, utrinque eſt *Mà*, i e. *Equus*, Aulicorum & Mandarinorum doctiore Dialecto: vernaculâ autem ſeu communi Fokienenſi ſonat *Bà* ſeu *Bae*. Iſte movetur ſuper ipſâ Lineâ,& poteſt tranſire in tertium Locum ſeu Angulum ſive Cuſpidem (non autem tertiam Areolam) unâ vice ſeu uno ſaltu, ſive rectà, ſive dextrorſum aut ſiniſtorſum, ſi non interventu alicujus vel ex ſuis vel ex adverſariis impediatur: nam ſupra alicujus caput non ſalit. Exempli cauſâ (ut in Tabellâ exprimitur,) ſi aliquis ſit in 5, tum *Equus* qui in 2, non poteſt exire, niſi aperiatur via dextrorſum aut ſiniſtrorſum. Sed ſi nemo ſit in 5, tum it in 8 vel 4 vel 6; ſi nemo ſit in 1 vel 2, tum it in 4 vel 6. Hoc enim tenendum eſt, quòd à primo unde ſolvit Loco ſeu Angulo in tertium, ſemper moveatur in ipſâ lineâ, idque ſive rectà, ſive ſiniſtrorſum vel dextrorſum: & ea eſt ratio cur aliquo in ipſâ Lineâ obſtante, impediatur tranſitus. Poteſt autem aliàs ire & redire ut reliqui Officiarii. Iſti Equo inſidere creditur aliquis tertii Ordinis Mandarinus, qui habetur *Magiſter Equitatûs*. Equus Malaïcè ſonat كودا *Couda*, Japonicè (ut habet Colladus) *Mma* ſeu *Oema*, quæ fiunt ex Sinico *Mà*: ſed apud eum minùs rectè ſcriptum videtur *Coma*.

V. Quinto loco utrinque poſt Equum eſt *Qu* ſeu *Cu*, i. e. *Currus* ſeu *Rheda*. Quin & idem Character

racter aliquando aliàs ſonatur *Che*, eodem ſenſu. Hujus motio eſt prorſus ut *Ruch* apud alias Gentes. Poteſtque ire & redire. Iſtum Currum regere creditur aliquis præcedente minor Mandarinus, qui habetur *Magiſter Curruum*. Talis Currus Japonicè audit *Curúma*, Malaïcè قدرات *Pedáti*.

VI. Coram Equis, (duabus prætermiſſis Areolis,) cernuntur duæ *Pao*, i. e. *Bombardæ*; poſito poſt eas obſtaculo, ut tollatur poſſibilitas redeundi. Iſtius motio eſt ut *Currûs*, in rectâ lineâ, ſuper ipſam lineam: ſed modus capiendi diverſus. Non enim poteſt capere Adverſarium ſibi proximum, ſed remotiorem duorum; cum Bombardarum natura & ſcopus ſit longinquos petere & ad diſtantiam interficere. Ideóque lex eſt, ut non poſſit capere proximum Adverſarium, niſi inter illum qui capiendus eſt, ſit alius vel ex ſuis vel adverſis qui tranſiliatur. Poteſt rectà ire, non autem redire, niſi tranſierit Flumen: & tunc redeundo, id facit eiſdem motionibus quibus progreſſus fuerat.

Iſte eſt Scachus qui apud Miſſionarios vocatur *Lebes pyrii pulveris*, quod quidem Nomen Chinenſis noſter (quocum ludebam) non agnoſcebat. Si autem alicubi Sinarum in hocce Ludo tale quid ſit, *Lebes* Dialecto Mandarinicâ vocatur *Co*: & *Pyrius pulvis* vocatur *Ho yo*, i. e. τὸ *Ignis Medicamentum*, vel aliàs *Chin hoy* junctis ferè Synonymis vocabulis, quorum *Chin* eſt quivis *Pulvis* in genere, & *Hoy* eſt Pulvis per ignem confectus & paratus. Horum Characteres extant in Tabellâ

pag. 159. In Sinico Vocabulario *D. Joh. Dacres* defuncti, in Linguâ vernaculâ Fokienensi *Lebes* videtur vocari *Chid-hune*, & *Pyrius pulvis* ibi est *Eoo* seu *Chin-eoo*, i.e. *Sclopetarius pulvis*. Ibi enim *Ching* est *Sclopetus*, aliàs minùs rectè *Chiong* seu *Choong*: & ibidem *Twa ching* est *Magnus Sclopus*, scil. *Bombarda*. Malaïcè *Sclopetus* vocatur بدیل *Bedîl*, & quoque بچیل *Pi-tchîl*, quod à Batavis eodem sono pronuntiatum, scribitur *Pi-tsiil*; adeò eis impossibile est commodè formare sonum *tch*. Et بدیل بسر *Bedîl besâr* est *Sclopus magnus*, scil. *Bombarda*, aliàs dicta *Bedîl estingarda*. Et بدیل اوبت *Bedîl oubat* est Batavorum Bus-poeder, i. e. *Archebusarum pulvis*: nam *Sclopetus* Hispanicè est *Arcabuz*. Japonicè *Cana nábe gusúri*, est *Lebes tormentarii pulveris*: qui Pulvis si grossus sit, dicitur *Teppô gusúri*; si minutus, *Cúchi gusúri*: nam Japonicè *Sclopus* est *Teppô*, & *Teppô tai* est *Sclopus magnus* seu *Bombarda*.

VII. Paulò anteriùs in Tabellâ in ipsâ lineâ stant *Milites* gregarii quatuor, positis à tergo Aggeribus regressum ac tergiversationem prohibentibus. Nam ut strenui ac pugnaces, rectà semper progrediuntur, nunquam nisi Victores redituri. Moventur autem sensim per unam semel Areolam ejusve Lineam, prout decet cautos & prudentes, semper cogitantes quomodo contra hostes occasionem quærant, sibi interim cavendo. Si autem transmisso Flumine inter adversos ibi hostes irruperint, tum Militari honore afficiuntur,

tur, ut (quod anteà non poterant,) jam tum redire possint; per unam tamen unâ vice Areolam, eâdem scil. motione quâ progressi fuerant. Et horum unus (si fortè plures sint qui Flumen trajecerint hostes invadendo,) in amissi *Vicarii* seu *Lieutenant generalis* locum subrogatur; alteris sepositis seu reservatis, donec idem Officium rursus vacare contigerit. *Miles* verò in uno Exetcitu (putà flavo,) tam scribitur quàm inter ludendum vocatur *Ço*; in altero autem Exercitu (putà rubro,) scribitur *Ping*, & tamen inter ludendum (ut in alterâ parte) vocatur *Ço*. Collocantur autem & moventur super ipsas lineas, ut superiores. *Miles* Japonicè est *Bushi*, Malaïcè ڤرڠ *Prang*.

Quoad suprà memoratum *Pyrium pulverem*, à plerisque putatur fuisse originale Inventum Europæ, cùm tamen (quatenùs noverimus,) non innotuit Europæis ante *Rogerum Baconum*, qui obiit 1292. Deinde *Ancklitzen de Friburg* & *Bertholdus Schwartz* dictum Pulverem perfecerunt, vel à *Bacono* inventum renovârunt & prodiderunt. Potest autem esse, & sæpenumerò contigit, ut diversi Homines in diversis Regnis & Climatibus degentes, in idem Inventum casu inciderint, eorum ingeniis eâdem methodo operantibus. Quod idem *Bacono* nostro contigisse videtur, cùm in id ipsum suopte ingenio inciderit, quod apud Indos & Chinenses olim inventum fuerat, id quod Chinenses jactitant. Et quidem certum est Indos & Chinenses hunc Ludum (in quo Sclopetarum & Nitrati Pulveris usus,) ante mille annos exercuisse.

cuiſſe. An verò ab hujus Ludi primordiis eodem prorſus modo factum fuerit, ut ſcil. Milites ejuſmodi Sclopetis & dicto Pulvere ab initio ſemper inſtructi fuerint, vel an poſteriora ſecula in hunc Ludum talia introduxerint, pronuntiare non poſſum. Certè Chinenſes (dicente D. Martinio) jactant ſe Sclopetorum uſum jam à multis ſeculis ante omnes Gentes habuiſſe. An verò aliquid huic ſimile aliunde probari poterit, paucis videndum.

Memoriæ proditum eſt, *Medéam* Jaſonis ſui *Creüſam* (aliam ſcilicet *Medéa* ſuperinductam Uxorem) igne extinguibili conſumpſiſſe. Qualis autem fuerit hic Ignis qui illam conſumpſit, non ſatis liquet. Fortè tantùm ex Naphtâ & ejuſmodi combuſtibilibus compoſitus. Id quod D. Tavernier narrat de regno *Aſem* in Indiâ Orientali, facit probabile Indos ibi extitiſſe primos Inventores Pyrii pulveris & Sclopetorum ac Bombardarum, & Chinenſes ab his accepiſſe. Is enim Itinerarii Indici pag. 187, dicit, *Regnum* Aſem *locus amœnus omnibus bonis affluens (Kiſhmîro proximum, ad Gangem ſitum Lat. 35 graduum,) fuerat in pace per plus quàm 500 annos, antequàm tempore Aurengh-zîb illud bello tentaret & invaderet Mirgimola Regis Golcondæ Generaliſſimus.*——— Deinde addit, *quòd* Aſem *putatur eſſe locus ubi prima inventio Sclopetorum & Pyrii pulveris, unde ad Peguenſes, & ab his ad Chinenſes, tranſlata fuerit ejuſdem notitia. Utcunque certum eſſe, Mirgimolam inde abſtuliſſe plurimas Bombardas ferreas in illâ regione fuſas, unà cum Pyrii ſeu nitrati pulveris magnâ copiâ ibi factâ.* Si itaque pacem habuerant per 500 annos, (cùm Armis opus non

non esset.) & tamen Bombardis instructi, videatur probabile dictas Bombardas fuisse fusas ante illos 500 annos. His addendum quod à D. Boyle Viro fide digno accepi, scil. in Indiæ regno *Pegu* ante aliquot annos [fortè circa 1670,] repertas fuisse (quæ tunc neglectæ jacebant,) Bombardas admodum longas, si rectè memini 12 aut 16 Pedum, quæ ex Inscriptione Arabicâ tunc comparebant fusæ fuisse ante 800 annos. Et fortè hoc fuerit illud Fulmen quo Indi olim hostium exercitum discusserint. Nam Philostratus in vitâ Apollonii Tyanéi, lib. 3, dicit, *Quòd Bacchus Herculi conjunctus, invadentes regionem & collem Indorum, putabant Panas & alios Deos (quos secum in exercitu habebant,) adversus terræmotus & alias offensiones sufficere posse*: ἐμβροντηθέντας δὲ αὐτοὺς ὑπὸ τῶν σοφῶν, πεσεῖν ἄλλον ἄλλως, καὶ τοὺς πέτρας οἷς ἐντυπωθῆναι τὰ τῆς διαμαρτίας σχήματα, i. e. *sed à Sapientibus fulminati ceciderunt diversimodè, in petris reliquentes erratorum suorum insignia*. Idem Philostratus lib. 2, pag. 96, 97, narrat Oxydracas non in aciem proruendo, sed tonitrua ac fulmina vibrando & emittendo, hostes propulisse. Locus sic se habet: *Oxydracæ ------nihil præclarum sciunt. Sed qui verè Sapientes sunt, inter Hyphasidem & Gangem medii habitant: quam in partem nunquam venit Alexander, ------ reverentiâ Sacrorum prohibitus. Sciebat enim Hyphasidem fluvium transiri, & campos urbi adjacentes facilè capi posse: Turrem verò & urbem quam illi habitant, si quis mille Achilles & ter mille Ajaces secum duxerit, capere nunquam posset. Nec tamen ipsi in aciem prodeuntes dimicant, sed* διοσημείαις τε καὶ

σκηπτοῖς βάλλοντες, ὑποκρούοντα σφᾶς, *oſtentis à Jove miſſis ejuſque Sceptris impetentes, propulſant vos.* Talia autem longè ante Alexandri tempora habuiſſe videntur: idem enim Philoſtratus pergit narrare, *Cùm Hercules Ægyptius & Bacchus contra Indos militarent, omnis generis machinas ſecum ferentes, occupatis agris, ad urbem acceſſerunt. Cives autem nihil contra moliebantur, ſed (prout illis videbatur) quieti manebant. Cúmque jam hoſtes urbi appropinquarent,* πρηστῆρες αὐτοὺς ἀπεώσαντο, καὶ βρονταὶ καὶ στεροπαὶ, καὶ ἐμπίπτουσαι τοῖς ὅπλοις, *venti-flammantes* [ſeu *ignivomi*] *eos repellebant, & tonitrua ac fulmina deorſum vibrata ſunt & in arma irruebant. Heic ferunt Herculem abjeciſſe aureum clypeum, quem Sapientes illi (monumenti cauſâ) in templo ſuſpenderunt.*

Ex prædictis fit probabile, Indos bellicorum Tormentorum & Tormentarii pulveris Inventores fuiſſe, & Chinenſes (qui id maximè jactitant ſibique arrogant,) ab his terribile hoc Inventum primò accepiſſe. Sunt enim Indi homines naturâ valdè ingenioſi; adeò ut ſi in Liberalibus educarentur Artibus, quoſvis Europæos non tantùm æquare, ſed & longè excedere & ſuperare deprehenderentur.

De

De Shahiludio in Genere.

M*Oralizatio Scaccarii* quæ nimis temerè *Innocentio* III tribuitur, proculdubiò ſcripta eſt ab aliquo ejuſdem Nominis Monacho Anglo, uti conſtat tam ex aliis quàm ex vocibus Check & Mayte, &c. quæ Angliam, non verò Italiam redolent. Cùm itaque ſit modernum quiddam à *D. Prideaux* ad calcem Logices jam pridem editum, nolui hîc repetere.

De Shahiludio Poëma tempore Saxonum exaratum Carmine politico ſeu Pſeudo-Trochaico. Extat in MS Codice Bibl. Bodlejanæ, ubi plura alia eodem tempore ſcripta reperiuntur. Cod. 58. *p.* 110, ſuper Art.

BElli cupit inſtrumentum. qui ludendo fingere.
Duos Tabularum Reges. ponat per planitiem.
Rex paratus ad pugnandum. primum locum te-
Ejus atque dextrum latus. Regina poſſideat. [neat.
Juxta illam Calvum pone. quaſi pro cuſtodiâ.
Rex iturus contra Regem. pedetentim properet.
Primitùs alteram petens. occupare Tabulam.
Procul namque duci eum. repellit licentiam.
Tunc Equeſtris apponatur. prope ad Certamina.
Bifrons Rochus ordinetur. in extremâ Tabulâ.
Alter Calvus juxta Regem. parte ſit ex alterâ.
Caballarius itémque. ad Propugnaculum facilis.
Sic & Rochus advocetur. ad currendum agilis.
Unuſquiſque præcedentes. aſſequantur Pedites.

Tunc incipient Pedestres. prælium committere.
Neque verti retrò queant. sed directè properent.
Quod repererint incautum. per transversum feriant.
Cædit Calvus per transversum. tertiam ad Tabulam.
Sedet semper in occulto. quasi fur ut rapiat.
Sæpe namque suo furto. se parat Victoriam.
Eques Equitem. Pedestrem. Pedes. prendit pariter.
Rochus Rochum interimit. se sequentem jugulans.
Firmum pactum Calvi tenent. neque sibi noceant.
Nam Regina non valebit. impedire alteram.
Suo Regi deputata. velut pro custodiâ.
Circumquaque per transversum. binas regat Tabulas.
Cùm Pedester usq; summam. venerit ad Tabulam.
Nomen ejus tunc mutetur. appelletur Ferzia.
Ejus interim Reginæ. gratiam obtineat.
Ergò Regem non audebit. ullus posse tangere.
Habet namque potestatem. cunctos interimere,
Contra ipsum non audebit. nisi Scachum dicere.
Si clamatur Regi Scachum. vel ab uno pedite.
Declinare statim debet. proximam ad Tabulam.
Si non habet ubi pergat. Scacha-mattum audiat.

De

De Scachis Verſus, reperti in calce cujuſdam MS. Exemplaris Saluſtii in Bibliotheca Daventrienſi. Ego verò accepi ab Amico noſtro ſingulari V. Cl. Jacobo Gronovio, *cujus Apographum heic typis mandatum.*

SI quis Scacorum ludum vis ſcire decorum
Hoc Carmen diſcat ſi docte ludere gliſcat.
Aſſer quadratus vario colore notatus
Depictúſque bene ſit, Carmen litis amene
Hic ſit formoſa ſine ſanguine Pugna jocoſa.
Ordine triplici bini Reges inimici.
Agmina componunt. Pedites in fronte reponunt
Principio Belli Reges ſub ſorte duelli
Si quoc ſit ſcire cupis octóque potes reperire
Roci veloces ſunt poſt equitéſque feroces
Hi ſunt utrique gemini bellantur inique.
Rex & Regina ſtolidorum corpora bina.
Agmine ſupremo latitant poſt hos quoque nemo
His ita compoſitis ſi litem ſcire velitis
Aures aptate quum jocor emilitate
Architenens cetus miſcet Certamina letus
Tendit in obliquum cum fallere vult inimicum
Si valet extremum tabulæ perſtringere demum
Tunc augmentatur tunc Fercia jure vocatur
Miles it oblicus bello metuendus iniquo.
Si prius albeſcit dum proſilit ipſe rubeſcit
At Rochus ſevus dextra graditur modo levus
Velox ipſe quoque ſi vult ſalit ante retroque
Stultus Saltator trimus quaſi vir ſpeculator.

Sinibus in primo nunquam candebit in imo
Fercia gregalis ſaltatrix quadruvialis
Nunquam candebit nunquam rubicunda parebit
Reſtat oportunus tuto Rex tot hoſtibus unus
Iſte ſuam gentem regit ut videt hunc venientem
Quatuor & totidem cum vult loca circuit idem
Hoſtibus hic obicit Scatibus poſt denuò dicit
Affirmo vere ſi ſe nequit inde movere
Omnis homo Mattum clamet Mattum ſibi Mattum.
Reges utrique diſcurrunt ſemper ubique
Et modo dextrorſum modo ſurſum nuncque deorſum.
Obvius his Scatum geminat ſibi Scacum
Si ſteterit Mattum omnes clament ſibi Mattum.

Elenchus quorundam eorum qui de Shahiludio ſcripſerunt Libros.

1. Lib. Arab. في تفضيل الشطرنج علي النرد *De Excellentiâ Shahiludii ſupra Nerdiludium*, Autore *Sokeiker Damaſceno.*
2. Lib. Arab. *De Shahiludio*, Autore *Al Sûli.*
3. Lib. Arab. *De Shahiludio*, Autore *Al Damîri.*
4. Lib. Arab. في عذر من اشتغل بالشطرنج *Apologeticus pro Ludentibus Al Shatrangj*, Autore *Al Râzi*, qui vulgò *Raſis.*
5. *De Ludo Scachorum*, Autore *Jac. de Ruſibus.*
6. Liber de Schachſpiel Germanicè, cujus Autor Gu-

Gustavus Selenus, id est, *Augustus Lunaburgensis* Dux. Fol.

7. Lib. **Konigspil**, seu **die grols Schachspil** Germanicè, cujus Autor *Chr. Weickmannus* Suevus. Fol.

8. *Ala-eddîn Tabrizensis* شرح *Commentarius de Ludo Shatrangj.* Vide Timûri Hist. Arab. p. 428. Hic fortè is sit qui apud Saphadium ut optimus Lusor celebratus est quando tandem cœcus esset.

9. Lib. *Des Eschecs* Gallicè per Mr. *Saraçin.*

10. *Scachias* Liber elegans Carmine, cujus Autor *Hier. Vida* Cremonensis, Albæ Episcopus.

11. *Hier. Wielius* dictum *Vidæ Poëma* Commentariis illustravit.

12 Lib. *Palamedes* seu *Tab. Lusoria*, cujus Autor *Dan. Souterius.*

13. *Symon Aylwardus* de *Ludo Scachorum* MS ante ante annum 1456.

14. *Duellum Scachorum* dictum Poëma, cujus Autor *Jul. Ascanius Tuccus.*

15. *Thomæ Actii* Lib. *de Ludo Scachorum*, Juridicè tractans *An & quatenus sit licitus.*

16. *Petrus Herrada* de *Ludis*, ubi *de Latrunculis*, i. e. [Scachis.

17. *Jacobus Mennel* Germanus.
18. *Damianus* Portugallensis.
19. *Rui Lopez* Hispanus
20. *Girolamus Zanucchus* Ital.
21. *Greg. Ducchus* Brescianus.
22. *Cos. Gracinus* Florentinus.
23. *Felix Paciottus* Italus.
24. *Joh. Cochanovius* Polonus.
25. *Marc. Ant. Severinus* Italus.

Hi cum multis aliis scripserunt Libros *De Scachis.*

26. *Lu-*

26. *Ludus Mathematicus* Angl. per E. W. ubi *Scachi* Tabulæ cuidam Mathematicæ aptati, quasvis Propositiones Arithmeticas & Geometricas resolvunt. *Lond.* 1654. 12°.

27. Lib. *De Scachis* ante annum 1200, Auth. *Jac. de Cessolis*, al. *Casallis* seu *Casolis*. Tit. erat, *De moribus hominum & Officiis Nobilium.* Hunc Librum *Conr. de Ammenhusen* Monachus & Sacerdos Stetinensis circa annum 1337 in rithmum Germanicum vertit, auxitque adeò ut novus Liber videretur.

28. *Guil. Caxton* Anglus circa annum 1480 *Londini* impressit Lib. de *Ludo Scachorum* Anglicé. Fol.

29. Lib. Chinensis *De Ludis*, ubi *De Latrunculis*, [i.e. Scachis.] M. Henningius meminit in Europam introductum fuisse.

30. Lib. *De Ludo Scachorum* Anglicè per *Arth. Saul.*

31. *Jac. Rowbothum* Anglus anno 1562 ex Gallico in Rithmum Anglicum vertit *De Ludo Scachorum* Libellum qui primò scriptus fuerat Italicé.

32. *Joh. Barbier*, *De Ludo Scachorum* Anglicé.

33. *Ludus Scachorum*, Comœdia sic dicta, Anglicè scripta per *Tho. Middleton.*

34. *D. Budden* S. T. D. *De Ludo Scachorum* Anglicè, cum multis *Gambettis.*

FINIS.

HISTORIÆ
SHAHILUDII
PARS IIda, QUÆ EST
HEBRAICA;
SEU TRIAS
JUDÆORUM
DE LUDO
SCACHORUM.

חֲרוּזִים עַל שְׁחוֹק שָׂה־מָּה לְהָרֵב אַבְרָהָם
אַבֶּן־עֶזְרָא זל

אֲשׁוּרֵי שִׁיר וּמַלְחָמָה עֲרוּכָה
קְרוּמָה מִן יְמֵי קֶדֶם נְסוּכָה
עֲרֻכוּהָ מִתֵּי שֵׂכֶל וּבִינָה
קְבָעוּהָ עֲלֵי טוּרִים שְׁמוֹנָה
וְעַל כָּל־טוּר וְטוּר בָּהֶם חֲקוּקוֹת
עֲלֵי לוּחַ שְׁמוֹנָה מַחֲלָקוֹת
וְהַטּוּרִים מְרֻבָּעִים רְצוּפִים
וּשְׁנֵי הַמַּחֲנוֹת עוֹמְדִים צְפוּפִים
מְלֻבָּשִׁים נִצְבוּ עִם מַחֲנֵיהֶם
לְהִלָּחֵם וְהִיא בֵּין שְׁנֵיהֶם
פְּנֵי כֻלָּם לְהִלָּחֵם נְכוֹנִים
וְהֵמָּה נוֹסְעִים תָּמִיד וְחוֹנִים
וְאֵין שׁוֹלְפִים בְּמִלְחַמְתָּם חֲרָבוֹת
וּמִלְחַמְתָּם מִלְחֶמֶת מַחֲשָׁבוֹת
וְנִכָּרִים בְּסִימָנִים וְאוֹתוֹת
בְּפַנֵּיהֶם רְשׁוּמוֹת וַחֲתוּמוֹת
וְאָדָם יְחֻדָּד אוֹתָם רְנוּשִׁים
יְדֻמֶּה כִּי אֲדוֹמִים הֵם וְכוּשִׁים
וְכוּשִׁים בַּקְּרָב פָּשְׁטוּ יְדֵיהֶם
אֲדוֹמִים יֵצְאוּ אֶל אַחֲרֵיהֶם
וְהָרוֹגְלִים

Carmina Rhythmica de Ludo Shâh-mât, R. Abraham Abben-Ezra, beatæ memoriæ.

CAnam Canticum præliumque inſtructum,
Antiquum, à diebus antiquitatis inſtitutum.
Inſtruxerunt illud viri prudentiæ & intelligentiæ,
Qui conſtituerunt illud octo ordinibus.
Et ad ſingulos ordines inibi exarantur
Super Tabella octo partitiones,
Hi autem ordines ſunt quadrati conſtrati,
Et duo caſtra ſtant preſſim.
Reges collocantur cum caſtris ſuis,
Ad gerendum bellum quod futurum eſt inter ipſos.
Omnium vultus ad præliandum parantur,
Ipſiq; ſemper vel progrediuntur vel caſtrametantur.
At non ſtringunt gladios in bello ſuo,
Nam bellum eorum eſt bellum imaginarium.
Et diſcriminantur certis notis & ſignis
In corporibus illorum notatis & inſignitis.
Quicunque viderit eos tumultuantes,
Imaginabitur eos eſſe Edomæos & Cuſhæos.
Cuſhæi enim in bellum irruunt manibus ſuis,
Et Edomæi egrediuntur poſt illos.

וְהָרוֹגְלִים יָבוֹאוּ בַתְּחִלָּה
לְמִלְחָמָה לְנוֹכַח הַמַּסְלָה
וְהָרֶגֶל יְהִי הוֹלֵךְ לְנֶגְדּוֹ
וְאֶת־אוֹיְבוֹ יְהִי נוֹטֶה לְלָכְדּוֹ
וְלֹא יַטֶּה בְעֵת לֶכֶת אֲשׁוּרָיו
וְלֹא יָשִׂים פְּעָמָיו אַחֲרָיו
וְאִם יִרְצֶה יְדַלֵּג בַּתְּחִלָּה
לְכָל־עֵבֶר שְׁלֹשָׁה בַמַּסְלָה
וְאִם יִרְחַק וְיָנוּד מִזְבּוּלוֹ
וְעַד טוּר הַשְּׁמִינִי יַעֲלֶה לוֹ
כְּמוֹ פֶּרֶז לְכָל־פָּנִים יְהִי שָׁב
וּמִלְחַמְתּוֹ כְּמִלְחַמְתּוֹ תְחֻשָּׁב
וְהַפֶּרֶז יִהְיֶה מֵנִיחַ פְּסָעָיו
וּפְסָעָיו לְאַרְבַּעַת רְבָעָיו
וְהַפִּיל בַּקְּרָב הוֹלֵךְ וְקָרֵב
וְהוּא נִצָּב עֲלֵי הַצַּד כְּאוֹרֵב
כְּמוֹ פֶּרֶז הֲלִיכָתוֹ אֲבָל יֵשׁ
לָזֶה יִתְרוֹן לְמַה שֶּׁהוּא מִשְׁלָשׁ
וְהַסּוּס בַּקְּרָב רַגְלוֹ מְאוֹר קַל
וְיִתְהַלֵּךְ עֲלֵי דֶרֶךְ מְעֻקָּל
עֲקַלְקָלוֹת דְּרָכָיו לֹא סְלוּלוֹת
בְּתוֹךְ בָּתִּים שְׁלֹשָׁה לוֹ גְבוּלוֹת
וְהָרוּחַ יַהֲלוֹךְ מִישׁוֹר בְּדַרְכּוֹ

Et quidem Pedites prodeunt in initio,
Ad præliandum è regione Aggeris.
Pedes sane debet *recta* è regione sui incedere,
At in hostem suum poterit deflectere ut capiat illum.
Alias quo tempore incedit, non deflectit gressus suos,
Nec potest gressus suos retro ponere.
Si autem vult, potest salire in principio
Ad quodvis latus per tres *ordines* in Aggere. (suo,
Et, si longius progrediendo evagatus fuerit à limite
Et usque ad octavum ordinem ascenderit,
Tum sicut Pherz poterit per omnes partes reverti,
Atq; bellum illius tanquam bellū hujus reputabitur.
Et quando Pherz est locaturus gressus suos, (bus
Tunc incessus ejus est ad quemvis ex quatuor parti-
Deinde Elephas ad bellum prodit & accedit,
Ad latus collocatur ipse tanquam insidiator.
Sicut ꝯ Pherz est incessus ejus; nisi quod sit
Huic præcellentia, eo quod ille sit *tantum* trifarius.
Equi in bello pes est valde levis,
Adeo ut possit incedere per viam tortuosam.
Viæ enim ejus sunt tortuosæ, non autem aggestæ:
Intra tres domos sunt limites ejus.
Ruc recta incedit in via sua,

In

וּבַשָּׂרֶה עֲלֵי רָחְבּוֹ וְאָרְכּוֹ
וְדַרְכֵּי עִקְּשִׁים לֹא יְבַקֵּשׁ
נְתִיבוֹ מִבְּלִי נִפְתָּל וְעִקֵּשׁ
וְהַמֶּלֶךְ מְהַלֵּךְ עַל צְדָדָיו
לְכָל־רוּחוֹת וְיַעֲזוֹר אֶת־עֲבָדָיו
וְיִזָּהֵר בְּעֵת שִׁבְתּוֹ וְצֵאתוֹ
לְהִלָּחֵם וּבִמְקוֹם תַּחֲנוּתוֹ
וְאִם אוֹיְבוֹ בְּאֵימָה יַעֲלֶה לוֹ
וְיִנְעַר בּוֹ וְיִבְרַח מִמְּקוֹמוֹ
וְאִם הָרוּחַ בְּאֵימָה יַהֲדָפוֹ
וְיֵשׁ עִתִּים אֲשֶׁר בָּרַח לְפָנָיו
וְעִתִּים יֵשׁ לְכַתֵּר לוֹ הֲמוֹנָיו
וְכֻלָּם הוֹרְגִים אֵלֶּה לְאֵלֶּה
וְזֶה אֶת זֶה בְּרוֹב חֵמָה מְכַלֶּה
וְגִבּוֹרִי שְׁנֵי הַמְּלָכִים
חֲלָלִים מִבְּלִי דָמִים שְׁפוּכִים
וְעִתִּים יִגְבְּרוּ כוּשִׁים עֲלֵיהֶם
וְיָנוּסוּ אֲדוֹמִים מִפְּנֵיהֶם
וְעִתִּים כִּי אֲדוֹם יִגְבַּר וְכוּשִׁים
וּמַלְכָּם בַּקְּרָב הֵם נֶחֱלָשִׁים
וְאִם מֶלֶךְ יְהִי נִתְפָּשׁ בְּשַׁחְתָּם
בְּלִי חֶמְלָה וְיִלָּכֵד בְּרִשְׁתָּם
וְאֵין מָנוֹס לְהִנָּצֵל וּמִבְּלָט

In campo per latitudinem & longitudinem ejus;
Et vias obliquas non quærit,
Semita ejus non est torta nec perversa.
Rex quidem incedit ad latera sua,
Ad omnes ventos, & auxiliatur servis suis.
Et cautus est tempore sedendi & exeundi (suæ;
Ad præliandum, & quoque in loco castrametationis
Ut, si inimicus cum terrore ascenderit contra illum,
Eumque increpuerit, tum poterit fugere è loco suo
Vel, si Ruc cum terrore impetiverit illum,
Sunt tempora quibus debet fugere coram eo;
Et sunt tempora quibus debet cingere se copiis suis.
Atque hi omnes interficiunt se invicem,
Hic illum magna excandescentia conficit.
Pugiles vero utriusque Regis
Confossi sunt sine effusione sanguinis.
Sunt tempora quibus prævalent Cushæi contra illos,
Et fugiunt Edomæi coram eis.
Suntque tempora quibus Edom prævalet, & Cushæi
Cum Rege suo sunt ipsi in bello debilitati.
Et tandem Rex apprehenditur in fovea eorum,
Et sine misericordia capitur in reti eorum. (cus;
Nec est fugiendi locus ut liberetur, nec evadendi lo-

Neque

וְאֵין מִבְרַח לְעִיר מָצוֹר וּמִקְלָט
וְעַל־יַד־צַר יְהִי נִשְׁפָּט וְנִשְׁמָט
וְאֵין מַצִּיל וְלַחֶרֶג יְהִי מָט
וְחֵילוֹ בַּעֲדוֹ כֻּלָּם יְמִיתוּן
וְאֶת־נַפְשָׁם פְּרוּת נַפְשׁוֹ יְשִׁיתוּן
וְתִפְאַרְתָּם כְּבָר נָסַע וְאֵינָם
בְּשׁוּרָם שֶׁכְּבָר נִגַּף אֲדוֹנָם
וְיוֹסִיפוּ לְהִלָּחֵם שְׁנִיָּה
וְיֵשׁ עוֹד לַהֲרוּגֵיהֶם תְּחִיָּה

תָּם

עוֹד

Neq; est perfugium ad urbem munitam aut asylum:
Sed per manum inimici erit judicatus & dimotus;
Cumq; non sit liberator, tum interfectione fiet Mât.
Ejusq; copias omnes propter illum morte afficient,
Et animas eorum redemptionem animæ ejus ponent.
Nam gloria eorum jam abiit, & non sunt
In principatu suo, quia cæsus est Dominus eorum.

Sed nihilominus addent præliari secundo,
Eritque rursus interfectis eorum Revivificatio.

EXPLICIT.

עוֹר מְלִיצָה צָחָה עַל צְחוֹק הַשָּׁאֹק חִבְרָה תִּפְאֶרֶת
הַמְּלִיצִים ר׳ בוֹן שֵׁינִיּוֹר אַבֶּן יַחְיָא ז״ל

בְּרֵאשִׁית מַמְלֶכֶת הַחֲיָלִים הָעוֹמְדִים לְפָנֶיךָ מֶלֶךְ
בְּיָפְיוֹ חֶחֱזִינָה עֵינֶיךָ הִנּוֹ נִצָּב בְּרֹאשׁ כָּל־צְבָאָיו יָרִיעַ
אַף יַצְרִיחַ יִתְגַּבֵּר עַל שֹׂנְאָיו בְּעוֹצֶם יָדוֹ וּגְבוּרָתוֹ יִשָּׁעֵן
עַל בֵּיתוֹ בַּיִת רְבִיעִי מָכוֹן לְשִׁבְתוֹ וַתְּהִי רֵאשִׁית
מַמְלַכְתּוֹ נִצְּבָה שֵׁגֶל לִימִינוֹ וַיִּתֵּן חַנּוֹ וְלִפְנֵיהֶם שְׁנֵי
פָרָשִׁים נְבוֹנִים סוּסִים מְזוּיָנִים וּשְׁנֵי פִּילִים מֵימִינִים
וּמַשְׂמְאִילִים וּשְׁנֵי רוֹקִים מִשְּׁנֵי עֶבְרֵיהֶם הֵמָּה
נְסִיכֵיהֶם וְשָׂרֵיהֶם אֲשֶׁר כֹּחַ בָּהֶם וְלִפְנֵי אֵלֶּה שְׁנַיִם
אֲחֵרִים מְקוֹמָם לֹא נֶעְלָם הֵמָּה הַגִּבּוֹרִים אֲשֶׁר
מֵעוֹלָם אֵלֶּה הֵם מוֹשְׁבוֹתָם וְדִגְלֵי מַחֲנוֹתָם
לְמִשְׁפְּחוֹתָם לְבֵית אֲבוֹתָם:

וְעַתָּה נִרְוֶה דוֹרִים וְנָתַתִּי לְךָ מַהְלְכִים בֵּין
הָעוֹמְדִים אָשִׂים לְךָ מַסַּע הַחַיִל הַזֶּה וּדְבָרַי בְּשָׂפָה
בְרוּרָה מֵשִׁיב מִלְחָמָה שְׁעָרָה:

הַמֶּלֶךְ לָלֶכֶת מִבַּיִת לְבֵית מֶמְשַׁלְתּוֹ אַחַת הִיא דָתוֹ
בֵּין בַּאֲלַכְסוֹן בֵּין יָשָׁר בִּמְרוּצָה כֹּל אֲשֶׁר חָפֵץ
עָשָׂה וְלֹא יָרוּם לְבָבוֹ לְהַרְחִיב צְעָדָיו בַּמִּלְחָמָה פֶּן
יָמוּת בַּמִּלְחָמָה:

וּבָתֵּי הַפִּילִים אֲשֶׁר בָּהֶם הוֹלְכִים בְּלִי מַעַר שְׁלֹשָׁה
הֵמָּה מֵיטִיבֵי צַעַד וְלוּלֵי בִשְׁלֹשָׁה בָתִּים דֶּרֶךְ
עֲקַלָּתוֹן

Sequitur Oratio elegans de Ludo Scaque, quam composuit Gloria Oratorum Bonsenior Abben-Fachia, beatæ memoriæ.

IN principio Regni exercituum ſtantium coram te, Regem in pulchritudine ſua videbunt oculi tui. Ecce enim collocatur in capite omnium copiarum ſuarum: ovabit atque exclamabit, prævalebit contra oſores ſuos, per robur manus ſuæ & potentiam ſuam: innitetur ſuper domum ſuam, *viz.* domus quarta eſt locus manſionis ejus. Et initio regni ejus collocata eſt Conjux ad dextram ipſius, cui ille exhibet favorem ſuum. Et juxta illos ſunt duo Equites parati cum Equis cataphractis, & duo Elephantes, dextrorſum & ſiniſtrorſum: & duo Ruchi ad utraque latera eorum. Hi ſunt præfecti eorum & principes eorum, qui virtute pollent. Et ante hos ſunt duo alii quorum locus non eſt abſconditus. Ipſi ſunt Gigantes qui fuerunt à ſeculo. Hæ ſunt Sedes eorum, & vexilla caſtrorum eorum, ſecundum familias ſuas, ſecundum domus patrum ſuorum.

Et jam inebriemur amoribus, & dabo tibi ambulacra inter aſtantes. Ponam tibi iter hujus exercitus: & verba mea ex labio puro reddent bellum ad ipſam portam.

Rex quidem incedendo à domo in domum in dominio ſuo, unicam Legem habet, ut *ſcil.* tam obliquè quàm rectà in curſu *ſuo*, faciat omnia quæ lubet. At non debet exaltari cor ejus ad dilatandum greſſus ſuos in bello, ne forte in bello moriatur.

Domus Elephantum in quibus ambulant abſque vacillatione, ſunt tres, bonum-ne[illegible]es inceſſum.

עֲקַלְתּוֹן לָהֶם לֹא יַרְעוּ וְלֹא יַשְׂחִירוּ הִנֵּה אֵלֶּה נָסְעוּ מִזֶּה וּמַלְאָכְתָּם נִגְמָרָה׃

וְהַפָּרָשִׁים שׁוֹטֵט שָׁתוּ הַשְׁעָרָה כָּל־אֶחָד חֲנוּר כְּלִי מִלְחָמָה הוֹר נַחֲרוּ אֵימָה בֵּית אֶחָד בַּאֲלַכְסוֹן בְּקוּמוֹ וּבִירֵךְ שְׁנֵי טֶרֶם יַעֲמוֹד בִּמְקוֹמוֹ שָׁם יָשָׁר נוֹכַח עַמּוֹ׃

וְלִפְנֵי הָרוֹכְבִים מַהֲלָכָם יְכֻשַּׁר יֵשׁ דֶּרֶךְ יָשָׁר הִנּוּעָה אַחַת לְאַרְבָּעְתָּם לֹא יִסּוֹבּוּ בְלֶכְתָּם כָּל־הַדֶּרֶךְ אֲשֶׁר לְפָנָיו יֵלֵךְ כָּל־אֶחָד אִם בְּכַח יִגְבַּר וְאֵין דּוֹבֵר אֵלָיו דָּבָר רַק אִם אֶחָד מִן הַשָּׂרִים וְעִבְרִי הַמֶּלֶךְ יַעֲמוֹד לִפְנֵיהֶם אֵין כֹּחַ לָהֶם לַעֲבוֹר עֲלֵיהֶם לֹא מֵהֵמּוֹנָם וְלֹא מֵהֶמְתָּם מְנֻכּוֹל אֲשֶׁר עֲרַיִן יֵלֵךְ כָּל־אֶחָד מִלְּבַדּוֹ וְאַף גַּם־זֹאת בַּמֶּה נָדוֹל כֹּחוֹ כִּי לִפְעָמִים אֶחָד מִן צְעִירֵי הַחַיִל יַקְחֵנוּ בְּשָׁלוֹם שָׁמֶר יְבוֹאֵנוּ׃

וְהַמֶּלֶךְ כְּעֵל מַלְחֲמָתָם אֵין שׁוֹוֶה לַעֲמוֹד בְּקִצְרַת הַדֶּרֶךְ לְעַמָּתָם וְלָלֶכֶת שָׁם לֹא יִנָּסֶה לֹא יֵרָאֶה וְלֹא יִמָּצֵא זוּלָתִי בְּהִיוֹת לְפָנָיו אֶחָד הָעֹם לָמָּנוּ וּלְמַחֲסֶה וְנוֹיֵד מִגְּבוּר יִכָּשֵׁל וְאִם יָקוּם וְיִתְהַלֵּךְ בְּחוּץ עַל מִשְׁעַנְתּוֹ אַחֲרֵי הָרֵאשׁוֹנִים וְהַמֶּלֶךְ קָם בְּתַחְתּוֹ יֵלֵךְ וְיִסְתַּתֵּר אַחֲרֵי הַנֶּדֶר וְהַמַּחֲיצָה וַיָּנָס וַיֵּצֵא הַחוּצָה׃

הִנֵּה נָא עָרַכְתִּי לְפָנֶיךָ אֲמָרֵי שֵׁפֶר לְהַדְרִיךְ יְהוֹפִיעַ

Et, nisi sit in tribus illis domibus, via tortuosa erit eis; adeo ut non damno-afficiant nec perdant aliquem. En, si hinc proficiscuntur, tum opus eorum absolvitur.

Equites ponendo ponunt versus ipsas portas: nam singuli eorum sunt accincti instrumentis belli. Majestas ruchi ejus est terrori. Surgendo *salit* oblique per unam domum, & in secundam priusquam subsistat in loco. Ibi *stat* recta è regione illius.

Et coram Ruchis, iter ipsorum directum est: nam via eorum est recta. Et uniusmodi motio est τοῖς quatuor illis: non enim circumeunt in incessu suo, sed in omni via quæ est ante se, incedit unusquisque ipsorum, si per virtutem suam valet; & nemo dicit ei quicquam. Tantummodo si aliquis ex Principibus aut servis Regis steterit coram eis, tunc non est iis potestas transeundi per illos (ne quidem per tumultum suum nec per strepitum suum,) à termino ad quem hactenus processerat quilibet eorum solus. Et etiamsi potestas ejus sit magna, aliquando tamen aliquis minoris fortitudinis capiat illum: in pace perditio supervenit ei.

Et Regi quando est in Bello cum eis, non est idoneum ut stet in extremitate viæ juxta illos, nec ad proficiscendum illuc tentabit. Nec debet videri neque inveniri, nisi quando coram eo adsit aliquis ex populo pro clypeo & pro refugio, ut corpus suum aliquo viro protegat. Et, si surgens prodierit foras cum baculo suo; postquam conspectus fuerit, & Rex surrexerit in furore suo; tum *statim* redit & abscondit se post maceriam & parietem, & subinde surgit & egreditur foras.

Ecce nunc ordine disposui tibi verba pulchritudinis,

וּלְהוֹפִיעַ מְקוֹם אֲשֶׁר דְּבַר הַמֶּלֶךְ וְדָתוֹ מַגִּיעַ
וּבַאֲנָשִׁים אֵלֶּה חַנְנָשִׁים הֲלֹא כָּתַבְתִּי לְךָ שָׁלִישִׁים
וְהִדְרַכְתִּיךָ בְּעוֹמֶק הַשְּׂחוֹק רֹאשׁוֹ וְרֻבּוֹ וְכֹל אֲשֶׁר
לָבָן בּוֹ וְלֹא נִפְקַד מֵהֶם עַד אֶחָד אֲשֶׁר לֹא
כָתָבְנוּ:

כִּי אִם אִשָּׁה עֲצוּרָה לָנוּ יַעַן כִּי בְּשִׁבְתָּהּ
בְּרֹאשׁ מְרוֹמִים עֲלֵי קֶרֶת הוֹמִיָּה הִיא וְסוֹרֶרֶת
לָלֶכֶת תַּחְגּוֹר מְעוֹז מִתְנֶיהָ בְּבֵיתָהּ לֹא יִשְׁכְּנוּ
רַגְלֶיהָ הוֹלֶכֶת בָּתִּים בְּכָל־עֵבֶר וּפְנָה סְבִיבוֹתֶיהָ
נִרְאוּ שְׁלֹשָׁה הֵמָּה נִפְלְאוּ וְאַחֲרֵי כִּי הִרְבְּתָה
לְמַלְּאוֹת בָּרִאשׁוֹנָה מַאֲוַיֶּיהָ כַּמָּה נָאוֹת פְּסִיעוֹתֶיהָ
מִבַּיִת לְבַיִת בַּאֲלַכְסוֹן הֲלִיכָתָהּ אִשָּׁה אֶל
אֲחוֹתָהּ:

וְהַמֶּלֶךְ לְבוּשׁ הַבְּגָדִים הַשְּׁחוֹרִים בְּבַיִת רְבִיעִי לָבָן
לִקְצַת מִזֶּה זֶה לְעֻמַּת זֶה זוּגוֹ עוֹמֶדֶת אֶצְלוֹ מִשְּׂמֹאלוֹ
בְּבַיִת אָפֵל נִגָּשׁ אֶל הָעֲרָפֶל יַעַן עֵינוֹ אֵלֶיהָ לֹא
יִפְקַח כִּי אִשָּׁה כוּשִׁית לָקַח וְאֵין הֶפְרֵשׁ בֵּינֵיהֶם
בְּבוֹאָם לִקְרָאתֶךָ בְּדֶרֶךְ אֶחָד יֵצְאוּ אֵלֶיךָ בְּהִלּוּךְ
אֶחָד וּמַסַּע אֶחָד כְּמוֹת זֶה כֵּן מוֹת זֶה מִשְׁמַן בְּשָׂרָם
יֵרָזֶה רַק הַשְּׁחוֹר יִגְדַּל בִּהְיוֹת לְפָנָיו עָם גָּדוֹל וָרָב
נִמְרָץ הוֹלְכִים כַּעֲבָדִים עֲלֵי אָרֶץ נוֹסְעִים חֲבִלּוֹת
חֲבִלּוֹת וַיַּעְפִּילוּ לַעֲלוֹת מְדַלְּגִים מִבַּיִת לְבַיִת
בִּגְבוּרָה וְרַגְלֵיהֶם רֶגֶל יְשָׁרָה וְאִם לִשְׁלוֹל שָׁלַל
וְלָבוֹז

nis, ad deducendum *te* ad illustrandum *tibi* quousque negotium Regis & Lex ejus pertingat. Et quoad homines istos ei vicinos, nonne scripsi ad te de Officiariis, & deduxi te ad profunditatem hujus Ludi, ad caput & summam ejus, & quicquid album est in eo; adeo ut non desideretur vel unum ex eis de quo non scripserimus.

Sed est nobis mulier quædam dominatrix: nam cum sedet in summitate excelsorum-locorum supra civitatem, tumultuosa est & refractaria: ad ambulandum accingit se robore lumborum suorum, & pedes ejus non manent in domo sua; sed permeat domos quæ sunt in quovis latere & angulo. Circa illam visuntur tres qui sunt mirabiles. Et postquam in initio multiplicaverit implere desideria sua, quam pulchri sunt gressus ejus! A domo in domum oblique sunt ambulationes ejus, alia juxta aliam.

Et Rex indutus vestibus nigris est in domo quarta, quæ alba est. Et isthac proxime, (hæc juxta illum,) stans est Conjux ejus prope ipsum ad sinistram ejus in domo obscura quæ accedit ad tenebras. Et propterea oculum suum non aperit erga illam, quia fœminam Cushitam sumpsit. Veruntamen non est differentia inter eos: *nam* quando veniunt in occursum tuum, per eandem viam exeunt ad te, tranite uno & itinere uno. Sicut moritur hæc, sic moritur ille: pinguedo carnis eorum emaciabitur. Tantummodo niger magnificabitur; cum sit coram eo populus magnus & copiosus valde, ambulantes sicut servi super terram, proficiscentes fasciculatim, qui per acclivitatem contendunt ad ascendendum, subsilientes à domo in domum cum fortitudine: & pedes eorum sunt

pedes

וְלָבוֹז בָּז לָהֶם חֵפֶץ וְרָצוֹן יֵלְכוּ בַיִת אֶחָד בַּאֲלַכְ-
סוֹן:

וְיֵשׁ מֵהֶם יַרְבֶּה אוֹנִים וְיוֹסִיף חַיִל אָז יְדַלֵּג
כְּאַיָּל וְהָלַךְ אֶל מְחוֹז חֶפְצוֹ וּבָא עַד קִצּוֹ שָׁם
יֵקַל מִנִּשְׁרֵי שָׁמַיִם וְאָץ בְּרַגְלַיִם וְעָשָׂה כַּאֲשֶׁר
נַפְשׁוֹ חָפֵצָה כָּל־מְלָאכוֹת שֶׁהָאִשָּׁה עוֹשָׂה:

וּשְׁנֵיהֶם הַמְּלָכִים עוֹשִׂים כְּזָבִים לַהֲרוֹג מָטִים
מֶלֶךְ אָסוּר בָּרְהָטִים וּכְשֶׁבֶת הַמֶּלֶךְ עַל מוֹשְׁבוֹ
וַיְצַוֵּהוּ אֶחָד מֵעַבְדֵּי אוֹיְבוֹ לָצֵאת מִגְּבוּלוֹ אֵל
כָּל־עֵבֶר פֶּן יִפְגָּעֶנּוּ בַדֶּבֶר וְאִם לְצֵאת מִבֵּיתוֹ
וּמְקוֹם תַּחֲנוּתוֹ רָצָה וַיְחַפֵּשׁ וְלֹא מָצָא כִּי אַנְשֵׁי
הַחַיִל לְלָכְדוֹ נִצָּבִים עָלָיו שֻׁלַּח רֶשֶׁת לְרַגְלָיו אָז
נֶהְפַּךְ לְמַשְׁחִית כְּבוֹדוֹ הוֹי אָדוֹן וְהוֹי הוֹדוֹ וְעַמּוֹ
נִשְׁאָר אַחֲרָיו לְאֶפֶס וְתוֹהוּ כִּי בַמֶּה נֶחְשָׁב הוּא
וְיֵשׁ פָּנַע אֶחָד בּוֹ יִשַּׁח רוּם אֲנָשִׁים וְיִשְׁפַּל יִדְכֶּה
יָשׁוֹחַ וְנָפַל עֵת מֶלֶךְ רִיבוֹ אוֹתוֹ מִגְּדֻלָּתוֹ הוֹרִיד
עַד בִּלְתִּי הִשְׁאִיר לוֹ שָׂרִיד אָז מִמַּצְבּוֹ וִיקָרוֹ נֶהְדָּף
וְנִכְחָד אֵיכָה יִרְדּוֹף אֶחָד זֶה נִשְׁאַר בְּכְבוֹד וּשְׂרָרָה
וְזֶה יָמוּת בְּנֶפֶשׁ מָרָה כָּךְ יֹאבְדוּ כָל־אוֹיְבֵי הַנְּבִיד
וְדוֹרְשֵׁי רָעָתוֹ וְאוֹהֲבָיו כְּצֵאת הַשֶּׁמֶשׁ בִּגְבוּרָתוֹ:

הָם וְנִשְׁלָם

pedes recti. Si autem ad spoliandum spolium & prædandum prædam ipsis sit desiderium & voluntas, tunc liceat ire per unam domum oblique.

Estq; ex eis qui multiplicat fortitudines & auget virtutem: & tunc salit tanquam cervus, & perambulat ad terminum desiderii sui, & pervenit usque ad extremitatem suam: & ibi levis est præ aquilis cœli, & festinat pedibus suis, & facit sicut animæ suæ libuerit; *viz.* omnia opera quæ Vira faciebat.

Et hi ambo Reges faciunt mendacia ad interficiendum Matos. *Sed tandem alter* Rex est impeditus in ambulacris *suis*: nam dum sedet Rex in sede sua, tum aliquis ex servis inimici ipsius *statim* jubet ei ut egrediatur ex limite suo ad quamvis plagam, ne forte irruat in eum cum peste. Et, si ad egrediendum è domo sua & loco castrametationis suæ cupierit, tunc quidem *id* quæret, sed non inveniet, quia viri strenui collocantur contra eum ad capiendum illum, & missum est rete in pedes ejus. Tunc convertetur in exitium honor ejus: eheu dominum, & eheu gloriam ipsius! Et populus ejus qui reliquus est post illum, erit in nihilum & inanitatem: ad quid enim reputabitur, cum sit aliqua plaga in eum? Deprimetur elatio hominum: humiliabitur, attritus erit, incurvabitur, & cadet. *Est enim jam* tempus quo Rex litis illius, eum à dignitate suâ deponit, donec non reliquerit ei aliquem superstitem. Tunc è statione sua & honore suo erit depulsus & excisus. Quomodo unus persequetur *illum*! *Tandem* alter relinquitur in honore & dominio, alter vero moritur cum anima amara. Sic peribunt omnes hostes Heri istius, & quærentes malum ejus: sed diligentes eum erunt sicut quando egreditur Sol in fortudine sua. *Explicit & finitum est.*

כַּד הֲוִינָא זוֹטְרֵי לְגַבְרֵי הַשְׁתָּא דְקָשִׁישְׁנָא
לְדַרְדְּקֵי

אֶזְכְּרָה יָמִים מִקֶּדֶם זֶה לִי שְׁלוֹשִׁים שָׁנָה בִּימֵי
חָרְפִּי מִקַּדְמוֹנַי בִּהְיוֹתִי שׁוֹקֵד עַל דַּלְתֵּי הַלִּמּוּד
לְתוֹרָה וְלִתְעוּדָה לִלְמוֹד וּלְלַמֵּד וְכָל־יָמַי גֻּדַּלְתִּי בֵּין
הָחֲכָמִים וְשַׂמְתִּי חֶלְקִי מִיּוֹשְׁבֵי בֵּית הַמֶּדְרָשׁ
וְעַד הֵנָּה עֲזָרַנִי אֲדוֹנָי וְנָתַן לִי מַהֲלְכִים בֵּין הָעוֹמְדִים
הָאֵלֶּה עַמּוּדֵי הָעוֹלָם אֲשֶׁר הַבַּיִת בֵּית יִשְׂרָאֵל נָכוֹן
עֲלֵיהֶם לְהוֹרוֹת לִבְנֵי עַמִּי אֶת־הַדֶּרֶךְ יֵלְכוּ בָהּ
זוֹ הִיא דַרְכָּהּ שֶׁל תּוֹרָה תוֹרַת אֲדוֹנָי תְּמִימָה
מַחְכִּימַת פְּתִי וְכָל־זֹה נִסִּיתִי בָחָכְמָה כִּי הֵן יִרְאַת
אֲדוֹנָי הִיא חָכְמָה וְסוּר מֵרָע בִּינָה:

וְסַבּוֹתִי אֲנִי בִּימֵי בְחוּרוֹתַי לָחוּר וְלִדְרוֹשׁ אֶת־
מִסְבּוֹת הַזְּמָן מֵרֹאשׁ וְעַד סוֹף וּבְחַנְתִּים בְּכוּר
הַבְּחִינָה בְחִינַת עוֹלָם בֶּאֱבֶן בּוֹחַן וּצְרַפְתִּים כִּצְרוֹף
אֶת־הַכֶּסֶף וּמְצָאתִים הֲבֵל הֲבָלִים שֶׁאֵין בּוֹ מַמָּשׁ
כֶּסֶף סִיגִים מְצֻפֶּה עַל חֶרֶשׁ נֶחְשְׁבוּ לְנִבְלֵי חֶרֶשׁ
בָּהֶם יוּקָשִׁים בְּנֵי אָדָם כְּמַהֵר צִפּוֹר אֶל פַּח וְהָעָלְתִּי
עַל סֵפֶר כָּתוּב עָלַי אֶת־כָּל־תַּחְבּוּלוֹת וּמְזִמּוֹת
הָעוֹלָם הַשָּׁפֵל הַזֶּה כִּי מִרְמוֹת וָתוֹךְ תַּחַת
לְשׁוֹנוֹ בְהַזְכִּירִי חֶרְפַּת הַזְּמָן וְשׁוּבוֹ לִשְׂחוֹק אָמַרְתִּי
מְחֻלָּל

Cùm essemus parvi, pro viris habebamur: nunc facti seniores, habebimur ut pueri? Bava-kama 92. 2.

RECOLAM dies antiquos: jam sunt triginta anni in diebus juventutis meæ ab incunabulis meis, cum essem assiduus ad valvas studii pro Lege & Testimonio, ad discendum & docendum. Omnibus diebus meis educatus sum inter doctos, & posui portionem meam inter sedentes in Scholis: & huc usque me juvit Dominus meus, & dedit mihi ambulacra inter astantes istos, columnas Mundi, in quibus Domus, Domus inquam Israelis stabilitur; ad docendum filios populi mei viam per quam incederent; ea est via Legis, Legis inquam Domini perfectæ, erudientis stultum. Totum hoc expertus sum per sapientiam: nam ecce timor Domini est sapientia, & recedere à malo est intelligentia.

Mente pervolvi in diebus juventutis meæ, ad explorandum & inquirendum eventus temporis ab initio ad finem, & examinavi illos in catino examinationis, examine æterno, lapide probationis; & conflavi illos sicuti conflatur argentum, & inveni illos vanitatem vanitatum, in quibus non esset quicquam; argentum scoriarum, tectum super testam, reputantur fragmenta testæ: iis illaqueantur filii hominum, sicut festinat avicula ad laqueum. Et in dicto Libro à me scripto attuli omnes astutias & machinationes Mundi hujus inferioris, (quia fraudes & dolus sub linguâ ejus,) cum recensuerim opprobrium hujus temporis & bonum ejus. De lusu dixi,

מְחֻלָּל חֲלִילָה וְחוֹלִין הוּא לָךְ וּלְשִׂמְחַת הַשְּׂמֵחִים
לְלֹא דָבָר אַחֲרִיתָהּ שִׂמְחָה תוּגָה וְשַׂמְתִּי מְגַמָּתִי
לְהָבִין בֵּין טוֹב לָרַע וּלְהַבְדִּיל בֵּין קֹדֶשׁ לְחוֹל
לְמַעַן יֵרַע הַנַּעַר וְהַזָּקֵן כָּל־הָעָם מִקָּצֶה מָאוֹס
בָּרַע וּבָחוֹר בַּטּוֹב גַּם הֵמָּה יִבְחֲרוּ בְּדַרְכֵּי הַתּוֹרָה
וְהַלִּמּוּד וַיִּשְׁמְעוּ רְחוֹקִים אֶת־אֲשֶׁר עָשִׂיתִי מֵרֵחָם
מִשְׁחָר לִי טַל יַלְדוּתִי תִּזַּל כַּטַּל אִמְרָתִי אִמְרַת
אֲדוֹנִי צְרוּפָה וַאדוֹנָי אֱלֹהִים נָתַן לִי לְשׁוֹן לִמּוּדִים
וּבַאֲרֶשֶׁת שְׂפָתַי בַּל מָנַעְתִּי לְדַבֵּר צָחוּת וְכָל־
הָאֲנָשִׁים הָרוֹאִים אֶת־תִּפְאֶרֶת הַסֵּפֶר נוֹתֵן אִמְרֵי
שֶׁפֶר הֵמָּה יִרְאוּ כֵן יִתְמְהוּ עַל אֲשֶׁר לְעֵת כָּזֹאת
אֲשֶׁר זָקַנְתִּי לֹא יָדַעְתִּי יוֹם מוֹתִי בָּאתִי לִכְתּוֹב
וּלְחַבֵּר סֵפֶר לְלַמֵּד חָכְמַת הַצְּחוֹק וּלְסַפֵּר בִּשְׁבָחוֹ
וּמֶה קוֹל הַשָּׁאוֹן בְּאָזְנַי וְקוֹל מִלִּין אֶשְׁמַע וּפוּם
מְמַלֵּל רַבְרְבָן אַתָּה הוּא חוֹתֵם תָּכְנִית כְּלִיל יוֹפִי
אֲשֶׁר יָשַׁבְתָּ בְמוֹשַׁב אֱלֹהִים לָדִין עִמּוֹ עַם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל
וְתוֹרָה יְבַקְשׁוּ מִפִּיךָ אִיךְ נֶהְפַּכְתָּ לְאִישׁ אַחֵר וְהוֹדְךָ
נֶהְפַּךְ עָלֶיךָ נֶחְשַׁבְתָּ לְנָכְרִי שֶׁנִּתְנַכְּרוּ מַעֲשָׂיו וְשִׁחַתָּ
דְּבָרֶיךָ הַנְּעִימִים מְשַׂמְּחִים אֱלֹהִים וַאֲנָשִׁים בְּכָתְבְּךָ
עַל הַצְּחוֹק כְּתֹבֶת קַעֲקַע וְכֹל הַשּׁוֹמֵעַ יִצְחַק וְיַאֲבֵד
זְמָנוֹ בְהַבְלֵי הָעוֹלָם וְנִמְצֵאתָ מַכְשִׁיל אֶת הָרַבִּים

וָאֲנִי בִינוֹתִי בַסְּפָרִים וְעַד הָאֱלֹהִים הֵבֵאתִי דְבַר
שְׁנֵיהֶם

Prophanum: absit, & prophanum sit tibi; & de lætitia eorum qui lætantur de nihilo, *Finis talis lætitiæ erit mœstitia.* Et posui scopum meum ut intelligerem inter bonum & malum, & discriminarem inter sacrum & prophanum, ut sciret tam juvenis quam senex, universus inquam populus à qualibet extremitate, recusare malum & eligere bonum: etiam sibi eligerent vias Legis & doctrinæ. Et audiverunt remoti id quod feceram ab utero auroræ, cum esset mihi ros nativitatis meæ; stillavit instar roris dictum meum, dictum Domini conflatum: & Dominus Deus dedit mihi linguam eruditorum, & cum pronuntiato labiorum meorum non abstinui ab eloquendo eloquentiam. Et omnes homines videntes decorem Libri qui præbet dicta pulchra, illi inquam videbunt, etiam mirabuntur, quod hoc tempore quo senui nec novi diem mortis meæ, venirem ad scribendum & componendum librum quo docerem scientiam lusus, & narrarem laudes ejus. Quænam est vox tumultus in auribus meis? vocem verborum audio, & os loquens magnalia. Tu qui obsignans summam, perfectio pulchritudinis, qui sedisti in sede Dei ad judicandum populum ejus, populum filiorum Israelis, & Legem quærebant ab ore tuo; quomodo transmutatus es in alium virum, & decus tuum eversum à te! reputatus es tanquam alienus, cujus actiones alienatæ sunt! & corrupisti verba tua pulcherrima lætificantia Deum & homines, cum scribas de lusu scripturam stigmatis: & quicunque audiet, ludet & perdet tempus suum in vanitatibus hujus Mundi, & reperieris impingere faciens multos.

Et ego consideravi Libros illos, & usq; ad judices produxi

שְׁנֵיהֶם וְהוֹכַחְתִּי בֵּינֵיהֶם לֹא רָאִי זֶה כְּרָאִי זֶה אֵין
בֵּינוֹתָם דִּמְיוֹן וְשִׁוּוּי רַק כִּרְחוֹק מִזְרָח מִמַּעֲרָב מַה
לַּתֶּבֶן אֶת־הַבָּר זֶה כֻּלּוֹ אוֹמֵר קְרוֹשׁ וְזֶה כֻּל־
אֲשֶׁר בְּחוֹכוֹ יִטְמָא זֶה יְכַתּוֹב יָדוֹ לַאדוֹנָי וְזֶה כֻּלּוֹ
חָנֵף וּמֵרַע אֶת־אֲשֶׁר טִמֵּאתָ וְאַמַּרְתָּ בְּנַעֲרוּיֶךָ
טַהֲרֶתָ יְהַתַּרְתָּ בְּזִקְנוּיֶךָ כְּמְטַהֵר אֶת־הַשֶּׂרֶץ
אָמַרְתִּי יָמִים יְרַפְּרוּ וְרוֹב שָׁנִים יָבִיאוּ חָכְמָה
וְלֹא כְּזִקְנֵי עַם הָאָרֶץ כָּל־זְמַן שֶׁמְּזִקִּינִים דַּעְתָּם
מְטוּרְפֶת מֵהֶם: וְעַתָּה אֲבִי תֵּן כָּבוֹד לֵאלֹהֵי
הַצְּבָאוֹת וּבְיוֹם הַקָּהָל בְּבוֹא כָּל־יִשְׂרָאֵל לְהִתְפַּלֵּל
אֶל אֲדוֹנֵי הִקְרַע אֶת־הַסֵּפֶר הַזֶּה נְגֵד כָּל־הָעָם
לְעֵינֵיהֶם לִשְׁנֵים־עָשָׂר קְרָעִים וְאֵינָם מָאחִים
לְעוֹלָם כִּי אִם כְּלִיל לָאִשִּׁים וּבְעַרְתָּ הָרָע מִקִּרְבְּ
יִשְׂרָאֵל וְלְךָ תִּהְיֶה צְדָקָה לִפְנֵי אֲדוֹנֵי אֱלֹהֶיךָ:

וּבְשָׁמְעִי אֶת־קוֹל דְּבָרָיו הָרִימוֹתִי יָדִי אֶל־אֲדוֹנֵי
אֵל עֶלְיוֹן קוֹנֵה שָׁמַיִם וָאָרֶץ כִּי הוּא יוֹדֵעַ וְעֵד
נֶאֱמָן בַּשֶּׁחַק אִם בְּמֶרַד וְאִם בְּמַעַל עָשִׂיתִי בְּרָבָר
הַזֶּה אַל יוֹשִׁיעֵנִי אֲדוֹנִי כִּי הוּא יוֹדֵעַ הַעֲלוּמוֹת
לֵב וְיִשְׂרָאֵל הוּא יֵדַע אֶת־אֲשֶׁר הָלַכְתִּי בֶּאֱמֶת
וּבְלֵב שָׁלֵם וְלֹא הָלַכְתִּי בְּסוֹד מְשַׂחֲקִים כִּי אִם
בְּתֹם־לְבָבִי וּבְנִקְיוֹן כַּפַּי עָשִׂיתִי זֹאת וְלִמַּעַן דַּעַת
כָּל־עַמִּי וְלֵהִיוֹת נָקִי מֵאֲדוֹנִי וּמִיִּשְׂרָאֵל וְלָכֵן
הִתְעוֹרַרְתִּי

produxi verba amborum eorum, & dijudicavi inter illos: non est aspectus hujus sicut aspectus illius, nulla est similitudo & paritas inter illos; verum sicut distat Oriens ab Occidente. Quid paleæ cum puro-frumento? Ille totus loquitur Sanctitatem; quoad istum, quicquid est in eo, pollutum est: ille scribit manum suam pro Domino; iste vero totus hypocrita & malus. Quicquid pollutum & illicitum pronuntiâsti in juventute tua, jam purum & licitum in senectute tua pronuntias, tanquam mundum-affirmans reptile. Dixi ego, *Dies loquentur, & multitudo annorum producent sapientiam*: non autem sicut senes populorum terræ, qui quo tempore senescunt, mens eorum rapitur ab illis. Jam ô pater mi, da honorem Deo exercituum, & in die congregationis quo convenit universus populus ad orandum Deum, lacerabis hunc librum coram universo populo ad oculos eorum, in 12 lacerationes, & non consuentur amplius in æternum: sed peni us *trades* ignibus, & removebis malum de medio Israelis, & tibi erit justitia coram Domino Deo tuo.

Et cum audirem vocem verborum ejus, levavi manum meam ad Dominum, Deum excelsum, possessorem cœli & terræ; quoniam & ille novit, & testis fidelis est in cœlis: si in rebellione & prævaricatione feci secundum verbum hoc, non salvabit me Deus. Nam ille novit occulta cordis, & Israel ille novit quod ambulaverim in veritate & corde perfecto, & non ambulavi in consilio ludentium; sed in perfectione cordis mei & puritate manuum mearum feci hoc. Sed ut sciat universus populus meus, & ut sim purus à Deo & ab Israele, ideo excitatus sum, & accinxi fortitudinem,

הִתְעוֹרַרְתִּי וְעוֹז הִתְאַזַּרְתִּי וְהָיָה צֶדֶק אֵזוֹר מָתְנַי
וְהָאֱמוּנָה אֵזוֹר חֲלָצַי וּבִשְׂפָתַי אֲסַפֵּר הַסִּבָּה וְעִלָּה
רִאשׁוֹנָה וְתַכְלִיתִית עַל מֶה וְעַל מָה כָתַבְתִּי זֶה
הַסֵּפֶר הַשֵּׁנִי לְמַעַן תִּהְיֶה לִי לְעֵדָה לְדוֹר אַחֲרוֹן
כִּי זָךְ אֲנִי בְלִי פָשַׁע: וְאַתָּה קוֹרֵא נָעִים שְׁמֶעֶנָּה
וְאַתָּה דַּעֲלֶךְ: וַיְהִי אִישׁ אֶחָד מִיוּחָד וּמְיוּחָס שֶׁבְּדוֹרוֹ
אִישׁ תָּם וְיָשָׁר הוֹלֵךְ בְּדַרְכֵּי הַתּוֹרָה וְהַמִּצְוָה
לִשְׁמוֹר וְלַעֲשׂוֹת אָהוּב לְמַעֲלָה וּמְכֻבָּד לְמַטָּה
אֲשֶׁר הֲשִׂימוּהוּ לְרֹאשׁ לְכָל־דָּבָר שֶׁבִּקְרוּשָׁה בְתוֹךְ
קָהָל וְעֵדָה וְלוֹ שְׁנֵי בָנִים כִּשְׁתֵּי שְׁתִילֵי זֵיתִים אָחִים
נִבְבָּדִים וְנֶאֱהָבִים מַשְׂכִּילִים בְּכָל־חָכְמָה וְיוֹדְעֵי
דַעַת וּמְבִינֵי בִינָה אַךְ לְמַעַט אֶת־הַקָּטָן אֲשֶׁר
בַּצְּחוֹק דֶּבֶק לְאַחֲבָה וְהָיָה דַרְכּוֹ לִצְחוֹק הַקְּלָפִים
כְּמוֹ חֲצִי שָׁעָה אַחַר כָּל־סְעוּדָה וּסְעוּדָה לְנַחַת
רוּחַ וְאַף כִּי אָחִיו הַגָּדוֹל הוֹכִיחוֹ בְתוֹכַחַת אַהֲבָה
וַיְהִי כְדַבְּרוֹ אֵלָיו יוֹם יוֹם וְלֹא שָׁמַע אֵלָיו וַיָּרֶב עִמּוֹ
וַיְקַלְּלֵהוּ וַיַּכֵּהוּ וְלֹא שָׁת לִבּוֹ גַּם לָזֹאת וַיִּשְׂנָאֵהוּ
אָחִיו שִׂנְאָה גְדוֹלָה וְלֹא יָכוֹל דַּבְּרוֹ לְשָׁלוֹם
וַיְהִי כִשְׁמוֹעַ אֲבִיהֶם אֵת הַדָּבָר הָרַע הַזֶּה וַיִּתְעַצֵּב
אֶל־לִבּוֹ וַיָּבֹא אֵלַי סָר וְזָעֵף וַיְסַפֵּר לִי אֶת־כָּל־
הָרָעָה אֲשֶׁר מְצָאַתְהוּ וַיִּבְךְּ וַיִּתְחַנֵּן לִי לְהָסִיר רָעַת
הַשִּׂנְאָה תְעוֹרֵר מְדָנִים בֵּין שְׁנֵי הָאָחִים וַיֹּאמֶר
בָּנַי הֵם אֲשֶׁר נָתַן לִי אֱלֹהִים בְּרַחֲמָיו וּבְרוֹב חֲסָדָיו
בָּנִים

fortitudinem, & erit justitia cingulum lumborum meorum, & fidelitas zona lumbulorum meorum, & labiis meis narrabo occasionem & causam primam & finalem, quare scripserim Librum hunc secundum, ut sit mihi testimonium in seculum postremum, quod purus sim sine defectione. Tu itaque Lector benigne, audi illud, & tute scito. Fuit vir quidam singularis familiâ-nobilis, qui vir integer & rectus in seculo suo, incedens in viis Legis & præceptorum ad custodiendum & ad observandum, dilectus suprà, [i.e. *Deo*] & honoratus infra, [i.e. *ab hominibus*] quem constituerant primarium in omni re Sacrâ, in medio conventus & congregationis: & illi erant duo filii instar duarum plantarum olivarum, honorati & dilecti, scientes omnem sapientiam, & callentes scientiam, & intelligentes prudentiam. Verum ad imminuendum minorem qui lusui amanter adhæsit, (& mos ejus erat ludere chartis per dimidiam horam post quodvis prandium, ad recreandum animum; & quamvis frater ejus major increpuerit illum increpatione amicâ, cum alloqueretur illum de die in diem, & non auscultaret ei;) litigavit cum ipso, maledixit illi, percussit illum, qui tamen non potuit cor suum etiam ad hoc: quapropter odit ipsum frater ejus odio maximo, nec potuit alloqui ipsum pacifice. Cumque audiret pater eorum rem istam malam tum doluit sibi in corde suo, & veniens ad me aversatus & indignabundus, narravit mihi totum hocce malum quod ipsi evenerat; et flevit, & supplicavit mihi ut removerem malignitatem odii quod excitabat lites inter duos fratres: dixitque, Filii mei sunt quos dedit mihi Deus misericordia sua & multitudine beneficiorum suorum: filios educavi in

בָּנִים גִּדַּלְתִּי בְּיִרְאַת אֲדוֹנָי לָמָּה אֶשְׁכַּל גַּם
שְׁנֵיהֶה יוֹם אֶחָד וְאֵרֵד עַל בָּנַי אָבֵל שְׁאוֹלָה
הַבִּיטָה וּרְאֵה הֲיֵשׁ מַכְאוֹב כְּמַכְאוֹבִי וָאַעַן וָאוֹמַר
צַר לִי עָלֶיךָ אָחִי כִּי גָדוֹל כַּיָּם שִׁבְרֶךָ וֵאלֹהֵי הַשָּׁמַיִם
יִשְׁלַח דְּבָרוֹ וְיִרְפָּאֶךָ וְעַתָּה לֵךְ אִיעָצְךָ וִיהִי אֱלֹהִים
עִמְּךָ וְיָשֵׂם גְּבוּלְךָ שָׁלוֹם נִקְרָא לַנְּעָרִים וְנִשְׁאֲלָה
אֶל־פִּיהֶם עַל מֶה חֳרִי הָאַף הַגָּדוֹל הַקִּנְאָה וְהַשִּׂנְאָה
וְהַתַּחְרוּת וַאֲנִי בְּכָל־כֹּחִי אֶתְאַמֵּץ וְאֶשְׁתַּדֵּל לְתַוֵּךְ
שָׁלוֹם בֵּינֵיהֶם וָאֶשְׁלַח וָאֶקְרָא אֶת־הַנְּעָרִים וְעֵת
וּזְמָן נָתַתִּי לָהֶם וְלֹא יְשַׁנּוּ אֶת־תַּפְקִידָם וְהֵמָּה
בָּאוּ וַיִּתְיַצְּבוּ לְפָנַי וּפְנֵיהֶם אִישׁ אֶל־אָחִיו פָּנִים
שֶׁל זַעַם וָאוֹמַר אֲלֵיהֶם גְּשׁוּ־נָא אֵלַי אָחִים יְדִידִים
בַּחוּרִים כָּאֲרָזִים נָטַע אֲדוֹנָי גַּם לְכֻלְּכֶם נָתַן
חָכְמָה וָדַעַת מַדּוּעַ תִּבְגְּדוּ אִישׁ בְּאָחִיו לְהָפֵר
הָאַחֲוָה וַתִּשְׂנְאוּ זֶה אֶת־זֶה חִנָּם וְעַתָּה הַגִּידוּ לִי
וְאֵרְעָה בְּשֶׁל מִי הָרָעָה הַזֹּאת לְכֶם וַאֲנִי טֶרֶם
אֲכַלֶּה לְדַבֵּר וְהִנֵּה הַגָּדוֹל הֵחֵל בְּרִנָּה וּכְדַי בִּזָּיוֹן
וָקֶצֶף שָׁפַךְ כָּאֵשׁ חַמָּתוֹ וּבְקוֹל מִן שָׁמַיִם הִרְעִים
לְעֻמַּת אָחִיו הַקָּטוֹן וַיִּשָּׂא אֶת־קוֹלוֹ וַיֹּאמַר אֲהָה
אֲדוֹנִי קְרָא שְׁמוֹ לֹא אָחִי כִּי הוּא לֹא אָחִי כִּי אִם
אָח לְצָרָה יֻלַּד וְהַיָּמִים הָרִאשׁוֹנִים נִפְלוּ וְהַזְּמָן
חָלַף עָבַר כַּאֲשֶׁר הָיָה בְּאָמְנָה אִתִּי כְּרֵעַ כְּאָח לִי
יַחְדָּיו נַמְתִּיק סוֹד סוֹד אֲדוֹנָי לִירֵאָיו בְּלָמְדֵנוּ סֵפֶר
תּוֹרַת

timore Domini, quare orbatus ero ambobus illis die uno, & descendam propter filios meos lugens in sepulchrum? Aspice & vide, an sit dolor sicut dolor meus! Tum respondi, & dixi, Angustia est mihi propter te ô frater mi, nam magna est instar maris jactura tua: Deus cœlorum mittat verbum suum & te sanet. Jam ecce consilium dabo, & sit Deus tecum, & ponat terminum tuum pacem. Vocabimus pueros, & interrogabimus os illorum, propter quod fuerit æstus iræ hujus magnæ? invidia, odium, & hæc contentio? Et ego totis viribus meis fortificabo meipsum, & conabor mediare pacem inter illos. Tum misi & accersivi pueros, & horam & tempus assignavi illis, & non mutarunt mandatum suum. Ipsi itaque venerunt, & stiterunt se coram me, & facies eorum vir ad fratrem suum aspectu iracundo. Dixi autem ad illos, Accedite ad me fratres dilecti, juvenes instar cedrorum quas plantavit Dominus: cuilibet vestrum dedit Deus sapientiam & scientiam; quare perfide agitis vir contra fratrem suum, ad irritam faciendam fraternitatem, & odistis vos invicem gratis? Jam declarate, & sciam propter quem hoc malum est vobis. Et antequam ego finirem loqui, ecce major incepit cum clamore, & quasi cum contemptu & indignatione effudit instar ignis iram suam, & voce de cœlo tonuit contra fratrem suum minorem, levavitq; vocem suam & dixit, Ahah domine mi, voca nomen ejus Non-frater meus: nam ipse non est frater meus, nisi frater ad angustiam natus: dies priores defecerunt, & tempus transiit & abiit. Cum esset in educatione mecum, instar socii & fratris mei, simul amplectebamur secretum, secretum inquam Dei pro timentibus eum: cum

תּוֹרַת הָאֱלֹהִים וּמִצְוֹתָיו לִשְׁמוֹר וַלַּעֲשׂוֹת אַהֲבַת
עוֹלָם אַהֲבָתִיהוּ אַהֲבַת שֶׁאֵינָהּ תְּלוּיָה בְּדָבָר
וְנַפְשִׁי קְשׁוּרָה בְנַפְשׁוֹ בְּקֶשֶׁר אֲמִיץ וְעַתָּה כִּי הַשְׁחֵת
הַשְׁחִית אֶת־דַּרְכּוֹ וְסָר מַהֵר מִן הַדֶּרֶךְ דֶּרֶךְ הַטּוֹבָה
וְהַיּוֹשֶׁר אֲשֶׁר לִמְּדוּהוּ אֲבוֹתָיו וְלֹא עָמַד בְּרַחֲמָתוֹ
כִּי אִם הָלַךְ לַחְבֹּרַת אֶת־פּוֹעֲלֵי אֶוֶן הָאֲנָשִׁים
הָרְשָׁעִים הָאֵלֶּה בְּנַפְשׁוֹתָם לְהִתְעוֹלֵל עֲלִילוֹת
בְּרֶשַׁע וַיֹּאכְלוּ וַיִּשְׁתּוּ וַיָּקוּמוּ לְצַחֵק כָּכָה יֵעָשׂוּ
כָּל־הַיָּמִים בְּקִלְפִּים וּבְקוּבְיָאוֹת וּבְכָל מִינֵי
הַצְּחוֹק אָב אֲבִי הַשְּׁמָאוֹת וְאֵלֶּה הֵן תּוֹלְדוֹתָיו
אָלוֹת וְכַחַשׁ וְרָצוֹחַ וְגָנוֹב אוֹי לָהּ לְאוֹתָהּ בּוּשָׁה
אוֹי לָהּ לְאוֹתָהּ בְּלֻטָּה קָלוֹן לְבֵית אָבִי תַּכְלִית
שְׂנָאָה שְׂנֵאתִיו:

עוֹר זֶה מְדַבֵּר וְזֶה נָתַן אֶת קוֹלוֹ בְּכִי וַיְפוֹל
מְלֹא קוֹמָתוֹ אַרְצָה בּוּשׁ וְנִכְלַם וַתִּפָּעֵם רוּחוֹ בְּקִרְבּוֹ
וְנִבְהֲלוּ רַעְיוֹנָיו וַאֲנִי כְּרָאוֹתִי אוֹתוֹ מֻחְדָּשׁ וְדוֹמֵם
וּמְשׁוֹתֵאוֹת כְּאִלֵּם לֹא יִפְתַּח פִּיו נִכְמְרוּ רַחֲמַי עָלָיו
וַהֲעִירוֹתִיהוּ בְּצֶדֶק וָאוֹמַר אֵלָיו קוֹם־לְךָ בְנִי לָמָּה
זֶּה אַתָּה נוֹפֵל עַל פָּנֶיךָ וְאַף אָמְנָם שָׁנִיתָ וְחָטָאתָ
אִם הֵישֵׁב תֵּישִׁיב אֶת־דַּרְכְּךָ לַאדוֹנֶיךָ אֱלֹהֵינוּ
הָרַחֲמִים וְהַסְּלִיחוֹת וִימִינוֹ פְּשׁוּטָה לְקַבֵּל שָׁבִים
וְשַׁעֲרֵי תְּשׁוּבָה לֹא נֶעֱלוּ לְעוֹלָם וְגַם כִּי יֵשׁ תִּקְוָה
לְאַחֲרִיתְךָ יַעַן נִמְצָא בְךָ דָּבָר טוֹב אֶת־אֲדוֹנֶיךָ
אֱלֹהֶיךָ

didiciſſimus Librum Legis Dei & præcepta ejus ad obſervandum & faciendum, amore æterno amavi ipſum, amore qui non pendebat à re *quâvis*: & anima mea ligata erat cum anima ejus vinculo fortiſſimo. Verum jam, quia corrumpendo corrupit viam ſuam, & facile receſſit à viâ, *viz.* viâ bonitatis & rectitudinis, quam docuerunt ipſum patres ejus; & non perſtitit in perfectione ſua, verum ſocietatem inivit cum operantibus iniquitatem, cum viris improbis iſtis in animabus ſuis, ad operandum actiones in improbitate, qui comedunt & bibunt & ſurgunt ad ludendum: ita faciunt omnibus diebus, chartis & teſſeris & omnibus ſpeciebus luſus, qui eſt pater patris immunditiarum. Et iſtæ ſunt generationes ejus, execrare mentiri, occidere & furare: væ tali propudio, væ tali ignominiæ: ignominia eſt *ille* domui patris mei: ſummo odio odi ipſum.

Dum adhuc iſte loqueretur, alter dedit vocem ſuam in fletum, & cecidit plenâ ſtaturâ in terram erubeſcens & pudore affectus, & conſternatus ſpiritu ſuo, & cogitationes ejus perturbatæ fuerunt. Et quoad me, cum viderem ipſum tacentem, filentem, & ſtupefactum inſtar muti qui non aperit os ſuum, *compaſſionis cauſâ* æſtuabant viſcera mea pro illo, & *clementer* ſuſcitavi ipſum in juſtitia, & dixi, Surge fili mi, quare tu proſtratus es ſuper faciem tuam? Nam ſi certe erraſti & peccaſti, ſi tamen emendando emendaveris viam tuam, Domino Deo noſtro ſunt miſericordiæ & condonationes, & dextra ejus extenſa eſt ad accipiendum pœnitentes, nec portæ pœnitentiæ claudentur in æternum. Et præterea, quia ſpes eſt fini tuo, propterea quod reperitur in te aliquid boni

apud

אֱלֹהֶיךָ הַמִּדָּה הַטּוֹבָה אֲשֶׁר בָּהּ יִתְפָּאֲרוּ גְדוֹלֵי
הַדּוֹר וְנִקְרְאוּ בַיְּשָׁנִים בְּנֵי בַיְּשָׁנִים הִיא הַמִּדָּה
הַמְּבִיאָה אֵת הָאָדָם לִידֵי יִרְאַת חֵטְא צְנִיעוּת
וּפְרִישׁוּת וּקְדוּשָׁה אֲשֶׁר כֻּלָּם בְּאַבְנֵי הַבּוֹשֶׁת הוּכַד
יְסוֹדָתָם וְאַתָּה פְּתַח פִּיךָ וְיָאִירוּ דְבָרֶיךָ דַבֵּר כִּי
הָפַצְתִּי צִדְקֶךָ : וַיְהִי כְכַלּוֹתִי לְדַבֵּר וַיִּתְחַזֵּק הַנַּעַר
וַיַּעֲמוֹד עַל רַגְלָיו וְכֵן אָמַר · אֶמְצָא חֵן בְּעֵינֶיךָ
אֲדוֹנִי כִּי נִחַמְתַּנִי וְכִי דִבַּרְתָּ עַל לֵב עַבְדֶּךָ כִּי עַל
כֵּן רָאִיתִי פָּנֶיךָ כִּרְאוֹת פְּנֵי אֱלֹהִים וְתַרְשֵׁנִי לְדַבֵּר
לְפָנֶיךָ · אֲדַבְּרָה וְיִרְוַח לִי וְעַתָּה אָבִי רֶכֶב יִשְׂרָאֵל
וּפָרָשָׁיו רְאֵה גַם רְאֵה כִּי הִנֵּה אָחִי מִבֶּטֶן יוֹנֵק
שְׁדֵי אִמִּי מְבַקֵּשׁ רָעָתִי וַיִּרְדְּפֵנִי חִנָּם וַיִּשְׁפּוֹךְ עָלַי
מְרוֹרוֹת וְהִנֵּה עֵד שֶׁקֶר הָעֵד שֶׁקֶר עָנָה בְּאָחִיו
בְּאִמְרוֹ עָלַי דְּבָרִים אֲשֶׁר לֹא כֵן וַיֹּאמֶר הֲלוֹא
מִצַּחֵק אֲנִי כָל־הַיּוֹם וְכָל־הַלַּיְלָה וּמְאַבֵּד זְמָנִי
בְּדִבְרֵי הֶבֶל וְהַתּוֹרָה וְהַלִּמּוּד וְכָל־מַעֲשִׂים טוֹבִים
הִשְׁלַכְתִּי אַחֲרֵי גֵוִי וַיִּתֵּן אֵת עַבְדְּךָ כְּבֶן־בְּלִיַּעַל
כְּאֶחָד הַנְּבָלִים בְּיִשְׂרָאֵל הָעוֹזְבִים אוֹרְחוֹת יוֹשֶׁר
לָלֶכֶת בְּדַרְכֵי חוֹשֶׁךְ וַחֲלַקְלָקוֹת וְהִנֵּה בַשֵּׁמִים עֵדִי
וְשָׂהֲדִי בַּמְּרוֹמִים וְגַם יוֹדֵעַ כֹּל שַׁעַר עַמִּי מִשַּׁעֲרֵי צִיּוֹן
הַמְּצוּיָנִים בַּהֲלָכָה הֵמָּה יָבוֹאוּ וְיַגִּידוּ צִדְקָתִי כִּי כָל־
יָמַי לֹא מָנַעְתִּי עַצְמִי אֶפְלוּ שָׁעָה אַחַת מִבֵּית
הַמֶּדְרָשׁ אַךְ אֵלֶּה אֶזְכְּרָה וְאֶשְׁפְּכָה עָלַי נַפְשִׁי אוֹי לִי
עָל

apud Dominum Deum tuum, (viz. virtus bona, quacum gloriabantur magnates seculi, & vocabantur modesti, filii modestorum; quæ virtus inducit hominem ad timorem peccati, honestatem, abstinentiam, & sanctitatem; quorum omnium fundamentum lapidibus pudoris fundatum est;) tu itaque aperi os tuum, & luceant verba tua; loquere, quia volui justificare te. Fuitque cum absolverem loqui, & corroboratus fuit juvenis, tum stetit super pedes suos, & ita dixit, Reperiam gratiam in oculis tuis, mi domine, quia me consolasti, & quod locutus es super cor servi tui: nam ita vidi facies tuas uti videre est facies Dei, & permisisti mihi loqui coram te. Loquar, & respiratio erit mihi. Et jam mi pater, qui es currus Israelis & equites ejus, vide, etiam vide; nam ecce frater meus ab utero, lactens mammas matris meæ, quærit malum meum, & persequitur me gratis; & fudit contra me amarores. Sed ecce falsus est testis, falsum exhibuit testimonium contra fratrem suum, cum dixerit contra me verba quæ non ita sunt. Dicit quod ego sim lusor per totum diem & noctem, & quod perdam tempus meum rebus inanibus, & quod Legem & studium & omnes actiones bonas projiciam post tergum meum; & dedit servum tuum tanquam filium improbitatis, tanquam unum ex stultis in Israel, qui deserunt vias rectitudinis, ut incedant in viis tenebricosis & lubricis. Et ecce in cœlo est testis meus, & testimonium meum in excelsis; & quoque novit omnis porta populi mei, de portis Sion insignibus in doctrina: illæ venient & declarabunt justitiam meam, quod omnibus diebus meis non cohibui meipsum ne una quidem hora à Scholis. Verum hæc commemorabo & effundam

עַל שִׁבְרִי נַחֲלָה מַכָּתִי כִּי יַסּוֹר יִסְּרַנִי יָהּ בְּחוֹלִי רוּחַ
אֱלוֹהִים רָעָה וּבְעַצְבַּת לֵב אֲשֶׁר כְּפַעַם בְּפַעַם
מְבַעַתַּנִי זֶה חוֹלִי וָאֶשָּׂאֵנוּ מִלֵּדָה וּמִבֶּטֶן וָאֵלֶךְ מִר
בַּחֲמַת רוּחִי לֵחוּת הַמָּרָה הַשְּׁחוֹרָה הַגּוֹבֶרֶת עָלַי
וְלֹא תִתְּנֵנִי הָשֵׁב רוּחִי לִלְמוֹד וּלְהִתְפַּלֵּל בְּיִשּׁוּב
הַדַּעַת וְאַחֲרֵי תְפִלָּתִי לָאֵל אֲדוֹנָי הָרוֹפֵא לִשְׁבוּרֵי
לֵב וּמְחַבֵּשׁ לְעַצְבוֹתָם יִשְׁלַח דְּבָרוֹ וְיִרְפָּאֵנִי וְיָסִיר
מֵעָלַי רַק אֵת הַמָּוֶת הַזֶּה דָּרַשְׁתִּי גַם אֵת
הָרוֹפְאִים כְּמַאֲמַר הַתּוֹרָה וְרַפּוֹא יְרַפֵּא מִכַּאן
שֶׁנִּתְּנָה רְשׁוּת לָרוֹפֵא לְרַפְּאוֹת וְאִישׁ אֶת־עֲצָתוֹ
הוֹדִיעֵנִי בְּמוֹעֵצוֹת וָדַעַת וְכֵן אָמְרוּ לִי הֵן רִפְאוּת
תְּעָלָה תַעֲלֶה לְךָ וַאֲרוּכָתְךָ מְהֵרָה תִצְמַח אִם תָּסִיר
כַּעַס מִלִּבְּךָ וְהָיִיתָ אַךְ שָׂמֵחַ וְטוֹב לֵב שָׂשׂוֹן וְשִׂמְחָה
יִמָּצֵא בְךָ וְנָסוּ יָגוֹן וַאֲנָחָה וְאִם אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה
תַעֲשֶׂה וּבְכָל־יוֹם וָיוֹם תִּתֵּן מַעֲדַנִים לְנַפְשְׁךָ בְּתֵת
עֵת וּזְמָן לְכֹל חֵפֶץ אֲשֶׁר תִּשְׁאָלְךָ נַפְשְׁךָ עֵת
לַרְקוֹד וְעֵת לִשְׂחוֹק הֵטִיבִי נַגֵּן הַרְבִּי שִׁיר שִׁיר
יְדִידוֹת וּבְכָל־מִינֵי שִׂמְחָה תַעֲלוֹזְנָה כִּלְיוֹתֶיךָ כִּי
לֵב שָׂמֵחַ יֵיטִיב גֵּהָה וְאָז יָנוּחַ לְךָ וַיִּיטְבוּ בְעֵינַי
דִּבְרֵיהֶם וַאֲשֶׁר כְּפַעַם בְּפַעַם חָשַׁבְתִּי אִיזֶה דֶרֶךְ
אֶבְחַר מֵהֶם וְסוֹף סוֹף בֵּרַרְתִּי אֶת־הַשְּׂחוֹק כִּי יֵשׁ
בּוֹ מְעַט אִבּוּד הַזְּמָן וּבִקַּשְׁתִּי לִי חָבֵר אָהוּב וְנֶאֱמָן
אֲשֶׁר יִצְחַק עִמִּי בְּכָל־יוֹם כְּמוֹ חֲצִי שָׁעָה וְגַם מָצָאתִי
לִי

effundam ſuper me animum meum. Væ mihi ob imbecillitatem meam! ægrum eſt vulnus meum, quia caſtigando me caſtigavit Deus morbo ſpiritus Dei mali, & dolore cordis, quod per vices perturbet me iſte morbus, & ſuſtinui ipſum à nativitate & ab utero, & incedo amarus in excandeſcentia ſpiritus mei, & niger humor bilioſus prævalet ſuper me, & non permittit mihi reducere ſpiritum meum, ut addiſcam vel orem ſedato animo. Et poſt preces Deo Domino qui ſanat fractos corde, & conſolidat dolores eorum, ut mitteret verbum ſuum et me ſanaret, et removeret à me ſaltem hanc mortem; conſului etiam Medicos, juxta dictum Legis, *Et ſananao ſanabit:* unde eſt quod detur poteſtas medico ad ſanandum. Et quiſq; conſilium ſuum mihi notificavit conſiliis & ſapientia; *dicendo*, Ecce medela curationis aſcendet tibi, & ſanitas tua præſto germinabit, ſi removeris indignationem à corde tuo, ut ſis lætus & boni animi, gaudium & lætitia reperiatur in te, & fugerint mœror & ſuſpirium. Et, ſi hanc rem feceris, & ſingulis diebus dederis oblectationem animæ tuæ; concedendo horam & tempus omni deſiderio quod deſideraverit anima tua; tempus ad ſaltandum, tempus ad ludendum, gnariter fides pulſando, multiplicando canticum, canticum *inquam* amoris, & omnibus ſpeciebus lætitiæ exultaverint renes tui; (nam cor lætum benefacit medicamen;) tunc quietus eris. Et placuerunt in oculis meis verba eorum: & quod ſæpius cogitavi, quamnam de iſtis viam eligerem, tandem elegi Ludum, cum ſit in eo parum perditionis temporis: & quæſivi mihi ſocium dilectum & fidelem, qui luderet mecum ſingulis diebus circiter dimidiâ

לִי זְמַן הָגוּן וְרָאוּי שֶׁלֹּא לִיבָּטֵל הַרְבֵּה מִלְּמוּדַי
וְהוּא אַחַר הָאֲכִילָה יַעַן כִּי מִיָּד וְתֶכֶף אַחַר הָאוֹכֶל
טֶרֶם הִתְעַכֵּל הַמָּזוֹן בַּמֵּעַיִם קָשֶׁה לָעִיּוּן וְלִמּוּד
וְאָמַרְתִּי זֶה עֵת לִשְׂחוֹק וְאַתָּה אֲדוֹנִי בִשְׂפָתַי סִפַּרְתִּי
וְגַם בְּפִי הוֹדֵיתִי אֶת־כָּל־הַדְּבָרִים מִתְּחִלָּה וְעַד
סוֹף כַּהֲוָיָתָם מַמָּשׁ וְאִם יֵשׁ בְּזֶה עָוֹן אֲשֶׁר חֵטְא
תְלַמְּדֵנִי רַבֵּינוּ וְאֶבְחַר מָוֶת מֵחַיִּים וְלֹא אֶחֱטָא
עוֹד:

וַיְהִי כְכַלּוֹת הַנַּעַר לְדַבֵּר אֵת דְּבָרָיו הֶחֱזַקְתִּי
בּוֹ וָאֲחַבְּקֵהוּ וָאֲנַשְּׁקֵהוּ וְאָמַרְתִּי בָרוּךְ אַתָּה לַאדוֹנָי
בְּנִי הֵטַבְתָּ לְרַבֵּר וּלְהִתְוַדּוֹת עַל הָאֱמֶת וּמוֹדֶה
וְעוֹזֵב יֶרְחַם מִן הַשָּׁמַיִם וְאֶל אָחִיו הַגָּדוֹל אָמַרְתִּי
אַל תְּבַהֵל אֵת רוּחֲךָ לִכְעוֹס כִּי הַכַּעַס מְסַלֵּק
אֵת הַדַּעַת׳ אֱמֶת כִּי לְיַסֵּר אֵת הַבֵּן מִצְוָה הִיא
וְחוֹבָה בְתוֹכַחַת מְגֻלָּה וְאַהֲבָה נִסְתֶּרֶת וְלָכֵן אַל
תַּשְׁלֵךְ יָדְךָ אֶל הַנַּעַר לְרַחֲפוֹ בִשְׁתֵּי יָדַיִם וּלְאָחִיךָ
לֹא תַשִּׂיג בַּחֲרוֹן אַף רַק לְפִי מִיעוּט הַשָּׁנִים תַּמְעִיט
מִגַּנּוּתוֹ וּלְךָ אֵיפוֹא מָה אֶעֱשֶׂה בְּנִי יָדַעְתִּי בְּנִי
יָדַעְתִּי אֵת אֲשֶׁר לְבָבְךָ שָׁלֵם אֵת הַ׳ אֱלֹהֶיךָ וְכַוָּנָתְךָ
לְשֵׁם שָׁמַיִם אַךְ וְרַק יָדוֹעַ תֵּדַע כִּי עַל כָּל־פָּנִים יֵשׁ
אֵיזֶה צַד אִסּוּר בִּשְׂחוֹק הַקּוּבְיָאוֹת וְהַקְּלָפִים כִּי
הַמְּצַחֲקִים בָּהֶם אַף עַל פִּי שֶׁאֵין זֹאת אוּמָנוּתָם כַּךְ
הוּא כֹּחוֹ שֶׁל זֶה הַצְּחוֹק שָׁמוֹשֵׁךְ הָעָוֹן בְּחַבְלֵי
הַשָּׁוְא

horâ: & quoque inveni mihi tempus conveniens & idoneum ne multum cessarem à studiis meis, quod est post Cibum; eo quod statim & immediate post Cibum, antequam concoquatur alimentum in stomacho, durum est speculationi & studiis: ideo dixi, Hoc est tempus ad ludendum. Jam tibi ô domine mi, labiis meis enarravi, etiam ore meo confessus sum omnia hæc verba ab initio ad finem prout se habent. Et, si est in hoc iniquitas quæ dicatur peccatum, doce me ô Magister noster, & eligam mortem præ vita, & non peccabo amplius.

Et fuit cum puer iste absolveret loqui verba sua, tenui eum, & amplexus sum illum, & osculatus sum ipsum, & dixi, Benedictus tu Domino fili mi, optimè locutus es ut confitereris veritatem: quicunque enim confitetur & relinquit, misericordiam obtinebit à Deo. Et ad fratrem majorem dixi, Ne perturbes spiritum tuum ad irascendum; nam indignatio removet scientiam. Verum est, quod erudire filium, præceptum est & obligatorium; reprehensione manifestâ, sed occulto amore. Propterea ne projicias manum tuam contra puerum, ut illum detrudas duabus manibus; & fratrem tuum ne persequaris excandescentiâ iræ; verum secundum minorennitatem *ejus*, minue culpam ipsius. Et tibi heic quid faciam fili mi? novi mi fili, novi quod cor tuum sit perfectum cum Domino Deo tuo, & quod intentio tua sit nomine cœli: veruntamen sciendo scias, quod omnimodo sit quædam prohibitio in ludo Tesserarum & Chartarum. Nam quamvis hæc non sit professio ludentium illis, tales tamen sunt vires hujus Ludi, quod trahet iniquitatem funibus vanitatis, &

הַשָּׁוְא וְנָדוֹן עַל שֵׁם סוֹפוֹ אָמְנָם כִּי חַכְמֵי
הַרַעַת אָמְרוּ כִּי מִן הַשֵּׂכֶל הוּא לִבְחוֹר הָרַע
בְּמִיעוּטוֹ לָכֵן לְכָה־נָּא אִיעָצְךָ אֲשֶׁר תַּעֲזוֹב שְׂחוֹק
הַקַּלְפִּים וְהַקּוּבְיָאוֹת וְאֶת־אָחִיךָ תִּפְקוֹד לְשָׁלוֹם
וּשְׁנֵיכֶם תִּלְמְדוּ שְׂחוֹק הַנִּקְרָא אִסְקְקִי וּבְחָנַאי שֶׁלֹּא
תִצְחֲקוּ בְּכָל־יוֹם יוֹתֵר מִלְּבַד חֲצִי שָׁעָה בְּיוֹם
מִלְּבַד יְמֵי חֲנֻכָּה וּפוּרִים וְחוֹל הַמּוֹעֵד כִּי זֶה הַצְּחוֹק
יֵשׁ בּוֹ חָכְמָה וַחֲרִיפוּת יַעַן מְצָאוּהוּ אֲנָשֵׁי בִינָה
וַיְהִי כַּאֲשֶׁר שָׁמְעוּ הָאָחִים יְרִידִים אֶת דִּבְרֵי
וַיִּחַבְּקוּ וַיִּנָּשְׁקוּ אִישׁ אֶת־אָחִיו כִּי גְרוֹלָה הָיְתָה
אַהֲבָתָם וְזֹאת הָיְתָה הַסִּבָּה וְהַטַּעַם אֲשֶׁר כָּתַבְתִּי
זֶה הַסֵּפֶר לְהוֹרוֹת לָהֶם כְּלָלֵי הַצְּחוֹק הַזֶּה וְיַעַן כִּי
מְלָכִים וְשָׂרִים לָהֶם לְבָרָם נִתְּנָה לְהִתְעַדֵּן
וּלְהִתְעַלֵּם בְּזֶה הַשְּׂחוֹק קָרָאתִי שֵׁם הַסֵּפֶר הַזֶּה
מַעֲדַנֵּי מֶלֶךְ:

וְאֵלֶּה הַדְּבָרִים אֲשֶׁר כָּלַלְתִּי בְּזֶה הַסֵּפֶר הַנּוֹתֵן
אִמְרֵי שֶׁפֶר וְאַף אִם הוּא קְטָן הַכַּמּוּת הַקּוֹרֵא בּוֹ יִמְצָא
מַעֲדָנִים לְנַפְשׁוֹ:

רִאשׁוֹנָה הֵבֵאתִי מַעֲלַת הַצְּחוֹק הַזֶּה וְשֶׁהוּא
הַיּוֹתֵר מְעֻלֶּה מִכָּל־מִינֵי הַצְּחוֹק וְהַתּוֹעֲלִיּוֹת הַבָּאוֹת
לָאָדָם מִמֶּנּוּ:

שְׁנִית חָקַרְתִּי וְדָרַשְׁתִּי מִי הָיָה מַמְצִיאוֹ וּזְמַן
מְצִיאוּתוֹ:

שְׁלִישִׁית

damnetur propter finem ſuum. Verum intelligentes ſcientiam, aſſerunt, quod prudentis ſit ex malis eligere minimum, dabo tibi conſilium ut relinquas ludum Chartarum & Teſſerarum; & fratrem viſitabis in pacem, & vos ambo diſcetis Ludum qui vocatur SCACHI, eâ conditione ne ludatis ſingulis diebus ultra dimidiam horam; exceptis diebus Encæniorum, Purim, & Profeſtis. Nam in hoc Ludo eſt aliquid ſapientiæ & acuminis, propterea quod invenerunt ipſum viri intelligentiæ. Et fuit cum audirent fratres dilecti verba mea, amplexi ſunt & oſculati ſunt quiſque fratrem ſuum, nam magnus fuit amor eorum. Et hæc fuit cauſa & ratio cur ſcripſerim hunc Librum, ut docerem ipſos regulas generales hujus Ludi. Et quoniam Regibus & Principibus ipſis ſolis conceditur oblectari & delectari hoc Ludo, propterea vocavi Nomen hujus Libri DELICIÆ REGIS.

Et hæc ſunt verba quæ comprehendi in hoc Libro, qui præbet dicta pulchra: nam etſi ſit parvus quantitate, qui legit in ipſo, reperiet delectationes animi ſui.

Primo, adduxi excellentias hujus Ludi, & quod ſit excellentior omnibus ſpeciebus ludorum, & quod utilitates homini veniant ab illo.

Secundo, ſpeculatus ſum & quæſivi quis fuerit Inventor ejus, & tempus inventionis illius.

Tertio,

שְׁלִישִׁית בְּאַרְתִּי שְׁמוֹתָיו כִּי שְׁמוֹת רַבּוֹת יֵשׁ לוֹ
וְנָתַתִּי טַעַם לְכָל אֶחָד וְאֶחָד:

רְבִיעִית עָרַכְתִּי וְצִיַּרְתִּי לְפָנֶיךָ הַלּוּחַ אֲשֶׁר עָלָיו
הַצְּחוֹק יָסַד:

חֲמִשִּׁית בֵּאַרְתִּי חֶלְקָיו וְכַמָּה הֵם מִינָיו וּשְׁמוֹתָיו
וְצִיּוּרָם וְגַם מְדֻרְגוֹתָם כִּפִּי מַעֲלָתָם:

שִׁשִּׁית לְמַרְתִּי כִּפִּי יְכֹלְתִּי דָּתִי וְרִינֵי הַצְּחוֹק הַזֶּה:

תֵּן אֵלֶּה כֻּלָּם וּפְרָטֵיהֶם הַרְבֵּה כַּאֲשֶׁר יִרְאֶה
הַקּוֹרֵא בּוֹ:

וֶזֶה הַחֵלִי לַעֲשׂוֹת

אָמְנָם יָדַעְתִּי כִּי כֵן וְלֹא נֶעְלָם מִפֶּנִּי כִּי כֹּל מִינֵי
הַשְּׂחוֹק הֵם רָעִים וְכָל־הָעוֹסְקִים בָּהֶם הֵם אֲנָשִׁים
רָעִים וְחַטָּאִים לַיהוָה מְאֹד וְנִפְסָלִים לְעֵדוּת מִשּׁוּם
נַזְלָנִים שֶׁהֵם גּוֹזְלִים בְּפֶרְהֶסְיָא וְנוֹטְלִים מִמּוֹן אֲחֵרִים
שֶׁלֹּא כְּדִין וְשֶׁלֹּא בִּרְצוֹנָם וּמִפְּנֵי שֶׁמְּאַבְּדִים זְמַנָּם
בְּדִבְרֵי הֶבֶל וָרִיק וְאֵינָם מִתְעַסְּקִים בִּישׁוּבוֹ שֶׁל עוֹלָם
וּמִרְמוֹרֵי וְתוֹךְ תַּחַת לְשׁוֹנָם וְסַהֲדוּתָא דְּשִׁקְרָא
רַמָּאֶה הוּא וְהֵנָּם בּוֹטְחִים עַל עוֹשֶׁק וְגָזֵל וְזֹאת
הִיא סִבַּת הַשִּׂנְאָה תְּעוּרֵר מְרָנִים קְטָטוֹת וּמְרִיבוֹת
בֵּין הָאֲחִים וְהַחֲבֵרִים גַּם לְרַבּוֹת הַשְּׂחוֹק הַזֶּה
שְׂחוֹק הָאִסְקְקִי בְּכֹל מִינֵי מַעֲלָה וְשֶׁבַח כִּי בָּהִיר
הוּא בַּשְּׂחוֹקִים צְחוֹק צַדִּיק תָּמִים וְאֵין בּוֹ נִפְתָּל
וְעִקֵּשׁ וְלֹא אֶחָד מֵאֵלּוּ הַדְּבָרִים הַמְּכֹעָרִים אֶת הָאָדָם
לִידֵי

Tertio, expoſui Nomina ejus, quia multa habet Nomina; & dedi rationem de ſingulis.

Quarto, diſpoſui & formavi coram te Tabulam ſuper quam hicce Ludus fundatur.

Quinto, expoſui partes ejus, & quænam ſint ſpecies ejus, & Nomina earum, figuræ earum, & quoque gradus earum ſecundum excellentiam ſuam.

Sexto, docui ſecundum poſſe meum, Leges & conſtitutiones hujus Ludi.

Ecce hæc ſunt generalia: nam particularia ejus multa ſunt, uti videbit Lector.

Sic itaque incipio facere.

Certe ſcio quod ita ſit, nec me latet quod omnes ſpecies ludi ſint malæ, & quicunque occupantur in illis ſint homines mali & peccatores Domino valde; & inidonei reputentur ad teſtimonium nomine latronum, quia rapiunt publice, & ſumunt opes aliorum injuſte & contra voluntatem eorum; & propterea quod perdunt tempus ſuum rebus inanibus & vacuis, & non occupantur in conſervatione Mundi; & fraudes & dolus ſub linguâ eorum, & falſus teſtis fraudulentus eſt. Illi enim confidunt in oppreſſione, & hæc eſt cauſa odii quod excitat lites & contentiones inter fratres & ſocios. Verum ad magnificandum huncce Ludum, ludum SCACHI, omnibus modis excellentiæ & laudis; certe præclarus eſt inter Ludos, ludus juſtus, perfectus, & non eſt in illo aliquid perverſitatis, nec vel una ex iſtis rebus quæ inducunt hominem ad peccatum: nam Conſtructores

לִירֵי עֲבֵרָה כִּי בוֹנִי כִּלְלוּ יוֹפִיו בְּחָכְמָה וּבְמוּסָר
וּבִינָה מָשָׁל לְעַם וּמְרִינָה וְעִיר שֻׁחֲבָרָה לָהּ
יַחֲדָיו עִיר וְיוֹשְׁבֵי בָהּ הַמְשֻׁעֲבָדִים תַּחַת מֶלֶךְ
וְשָׂרִים מֶלֶךְ יוֹשֵׁב עַל כִּסֵּא דִין רַיִן אֱמֶת שׁוֹפֵט
צֶדֶק וְאֱמֶת נְשִׂיא אֱלֹהִים אֲשֶׁר אֵין עַל נַבָּיו אֶלָּא
יְהוָה אֱלֹהָיו וְהַכֹּהֵן הַגָּדוֹל מֵאֶחָיו כִּי גַם הוּא
לְמֶלֶךְ הוּכַן כִּי נֵזֶר שֶׁמֶן מִשְׁחַת אֱלֹהָיו עָלָיו יָצִיץ
נִזְרוֹ צִיץ הַזָּהָב נֵזֶר הַקּוֹדֶשׁ וְהוּא הָרִאשׁוֹן לְכָל־
דָּבָר שֶׁבִּקְרוּשָׁה וּמְשָׁרֵי הַמֶּלֶךְ הַמְפֻקָּדִים תַּחַת
יָדוֹ הַיּוֹשְׁבִים רִאשׁוֹנָה בַּמַּלְכוּת מִשְׁנֵהוּ הָרוֹכֵב
בְּמֶרְכָּבַת הַמִּשְׁנֶה אֲשֶׁר לוֹ רוֹאֶה פְּנֵי הַמֶּלֶךְ וְהוּא
כְּמוֹ רֵעֶה לַמֶּלֶךְ וְהַשֵּׁנִי יוֹעֵץ הַמֶּלֶךְ חָכָם וְנָבִיא לוֹ
עֲצָרָה וּתְבוּנָה כִּי לֹא יַעֲשֶׂה הַמֶּלֶךְ דָּבָר גָּרוֹל אוֹ
קָטָן כִּי אִם יִקַּח עֲצָרָה מִמֶּנּוּ וְעַל פִּיו יִשַּׁק כֹּל
עַמּוֹ וַעֲצָתוֹ כַּאֲשֶׁר יִשְׁאַל אִישׁ בִּדְבַר הָאֱלֹהִים
וְהַשְּׁלִישִׁי שַׂר צְבָאוֹ אִישׁ מִלְחָמָה גִּבּוֹר הֶחָיִל
וְחַיָּלִים יִגְבֹּר וְיֵצֵא וְנִלְחַם בַּגּוֹיִם כִּי מִלְחֲמוֹת יְהוָה
הוּא נִלְחַם וְחִפֵּץ יְהוָה בְּיָדוֹ יִצְלַח וְגַם מְמֻנִּים
כֹּהֵן אֶחָד לְהִיוֹת לַכֹּהֵן הַגָּדוֹל כְּמוֹ מִשְׁנֶה לַמֶּלֶךְ
הוּא הַכֹּהֵן הַמִּשְׁנֶה הַנִּקְרָא כֶּנֶן אוֹ מְמֻנֶּה עוֹמֵד
לִימִין כֹּהֵן גָּדוֹל תָּמִיד וְהוּא מְשַׁמֵּשׁ תַּחְתָּיו כְּשֶׁאֵרַע
לוֹ אֵיזֶה דָּבָר פְּסוּל וְכָל־שְׁאָר הַכֹּהֲנִים תַּחַת יַד
הַסֶּגֶן וְעוֹד מוֹשְׁחִים כֹּהֵן אֶחָד אֲשֶׁר בְּעֵת קָרְבָּם
לְהִלָּחֵם

ctores ejus comprehenderunt ipſius pulchritudinem ſcientia, eruditione, & intelligentia. Aſſimilatur populo & civitati quæ aſſociata eſt ſimul: civitas eſt & habitatores in eâ, qui ſubjugantur Regi & Principibus. Rex ſedet ſuper thronum judicii: judex verus, judicans juſtitiam & veritatem, Princeps Dei, ſuper quem nemo eſt niſi Dominus Deus ejus. Dein Sacerdos magnus, major fratribus ſuis: nam ille etiam Regi comparatur, quia corona olei unctionis Dei ſui ſuper ipſum. Et Floret corona ejus, bracteæ aureæ, corona ſancta; & ille eſt primas totius rei ſanctæ. Et ex Principibus Regis qui Præfecti ſunt ſub poteſtate ejus qui ſedent primi in regno, eſt Vicarius ejus qui equitat in curru ſecundario illus, videns præſentiam Regis; ille eſt tanquam Socius Regi. Secundus, eſt Conſilarius Regis, ſapiens & propheta. Ei eſt conſilium & intelligentia: nam non facit Rex rem magnam aut parvam, niſi accipiat conſilium ab ipſo. Et ad os ipſius gubernatur totus populus ejus: & conſilium ipſius eſt ac ſi aliquis conſuluerit verbum Dei. Tertius, eſt Princeps exercitus ejus, vir bellicoſus, potens robore, qui exercitus corroborabit, & egredietur & pugnabit contra gentes: quia bella Dei ipſe pugnat, & voluntas Dei in manu ejus proſperabitur. Etiam præficiebant Sacerdotem alium, ut eſſet Summo Pontifici tanquam Vicarius Regis: ipſe eſt Sacerdos ſecundarius qui vocatur Segan aut Præfectus, qui ſtat ad dextram Summi Sacerdotis continuo. Et ille miniſtrat pro ipſo, cum ipſi acciderit ineptitudo. Et cæteri omnes Sacerdotes ſunt ſub poteſtate iſtius Vicarii. Præterea ungebant alium Sacerdotem, qui tempore quo ac-

לְהִלָּחֵם עִם אוֹיְבֵיהֶם יְדַבֵּר אֶל הָעָם בִּלְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ
כִּי בִרְאוֹתָם סוּס וְרֶכֶב עַם רַב מֵהֶם לֹא יִירְאוּ
וְלֹא יַחְפְּזוּ וְלֹא יַעַרְצוּ מִפְּנֵיהֶם אֶלָּא יָשִׂימוּ
בְּאֱלֹהִים כִּסְלָם וְקוֹיֵי יְהוָֹה יַחֲלִיפוּ כֹחַ וְסוּס מוּכָן
לְיוֹם מִלְחָמָה וְלַיהוָֹה הַתְּשׁוּעָה כִּי אֵין עִמּוֹ לַעֲזוֹר
בֵּין רַב לְאֵין כֹּחַ כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה הָיָה מְדַבֵּר
אֲלֵיהֶם הַכֹּהֵן לְחַזֵּק וּלְאַמֵּץ אֶת־לִבָּם וּכְדֵי לְזָרְזָם
לַמִּלְחָמָה וְהוּא הַנִּקְרָא כֹהֵן מָשׁוּחַ לַמִּלְחָמָה וְיַעַן
הֱיוֹתוֹ נִמְשָׁח אֲשֶׁר יוּצַק עַל רֹאשׁוֹ שֶׁמֶן מִשְׁחַת
קֹדֶשׁ הוּא קוֹרֵם לְכָל־הַכֹּהֲנִים תַּחַת הַסֶּגֶן
וְהַשְּׁלִישִׁי הוּא אֲמַרְכֻּלָּא אֲשֶׁר מַפְתְּחוֹת הָעֲזָרָה
בְּיָדָיו וּפוֹתֵחַ וְאֵין סוֹגֵר וְסוֹגֵר וְאֵין פּוֹתֵחַ וְהוּא
הַמְּמֻנֶּה עַל כָּל־דְּבַר הַבַּיִת לְנַצֵּחַ עַל כָּל־מְלֶאכֶת
בֵּית אֲדוֹנָי וְנִקְרָא אֲמַר־כֹּל כִּי הוּא אוֹמֵר וּמְצַוֶּה
הַכֹּל וּמַר־כֹּל כִּי הוּא אֲדוֹן רַב וְשַׁלִּיט עַל כֻּלָּם
וְאֵין מְשִׁיבִים עַל דְּבָרָיו: אֵלֶּה הַשָּׂרִים אֲשֶׁר לַמֶּלֶךְ
שָׂרֵי הַקֹּדֶשׁ וְשָׂרֵי הָאֱלֹהִים עַל הָעִיר וְהַקּוֹדֶשׁ הֵם
הַשָּׂרִים הָעוֹמְדִים לְשָׁרֵת לְפָנָיו לַחֲזוֹת בְּנוֹעַם
הַמֶּלֶךְ וּלְבַקֵּר בְּהֵיכָלוֹ מִלְּבַד שָׂרֵי הַנִּצָּבִים שָׂרֵי
הַמְּדִינוֹת וְעָרֵי הַמִּבְצָר שָׂרֵי אֲלָפִים וְשָׂרֵי מֵאוֹת
שָׂרֵי חֲמִשִּׁים וְשָׂרֵי עֲשָׂרוֹת שׁוֹפְטִים וְשׁוֹטְרִים
בְּכָל עִיר וְעִיר כֹּהֲנֶיהָ וְעַם הָאָרֶץ אִישׁ אִישׁ עַל
עֲבוֹדָתוֹ וְעַל מַשָּׂאוֹ זֶה בְכֹה וְזֶה בְכֹה עַל
הַמִּחְיָה

cedebant ad pugnandum cum inimicis suis, alloquebatur populum linguâ sanctâ, quod cum ipsi viderent equos & currus, populum numerosiorem ipsis, ne timerent nec trèmerent nec conterrerentur coram illis, sed ponerent in Deum fiduciam suam: & qui expectant Deum, renovabunt vires: nam equus paratus est ad diem belli, sed à Domino est Salus: non est apud ipsum juvare sive multis sive nullis viribus. Talia verba alloquebatur eos iste Pontifex, ut animaret & corroboraret cor eorum, ut essent expediti ad bellum: & is vocabatur Sacerdos unctus ad bellum. Et quoniam ille ungebatur, eo quod effundebatur oleum unctionis sacræ super caput ejus, ille præcedebat omnes sacerdotes infra τὸν Segan. Tertius dicebatur Generalissimus, in cujus manibus erant claves Atrii: ille aperiebat, & nemo claudebat; ille claudebat, & nemo aperiebat. Ille erat præfectus omni rei Templi, ad disponendum omne opus Templi Dei: & vocabatur Amarcol, quia ille dicebat & imperabat omnibus; vel Mar-col, quia dominus erat magnus, & præfectus super omnibus, & non replicabant ad verba ejus. Isti sunt Principes qui erant Regi; Principes sancti & Principes Dei, super Civitatem & Sanctitatem. Isti sunt Principes qui stabant ad ministerium coram ipso, & ad visitandum palatium ejus; præ er Principes præsidentes, Principes provinciarum, & civitatum munitarum; Principes millenorum, Principes centernorum, Principes quinquagenorum, & Principes denorum; Judices & moderatores in singulis civitatibus, Sacerdotes ejus, Populus terræ, unusquiq; ad servitium suum & functionem suam, hic ad hoc, ille ad aliud, ad victum *ac-*

הַמִּחְיָה וְעַל הַכַּלְכָּלָה יֵצֵא אָדָם לְפָעֳלוֹ וּמִתְפַּרְנְסִים
זֶה מִזֶּה וְהָאֱלֹהִים בְּרַחֲמָיו מִמְּרוֹם קָדְשׁוֹ מַשְׁגִּיחַ
עֲלֵיהֶם בְּעֵין חֶמְלָתוֹ לְבָרֵךְ אֶת־כָּל־מַעֲשֵׂי יְדֵיהֶם:
וַאֲשֶׁר הַמֹּשֶׁל הַזֶּה דּוֹמֶה לַנִּמְשָׁל בְּכָל־דְּבָרָיו
עוֹד תָּשׁוּב תִּרְאֶה כַּאֲשֶׁר נַעֲרוֹךְ לְפָנֶיךָ כָּל־עִנְיָנֵי
הַשְּׂחוֹק הַמַּעֲלֶה הַזֶּה כִּי כָלִיל הוּא בַהֲדָרוֹ וְכַאֲשֶׁר
הַנְהָגָה הַמְּדִינִית הָאֱלֹהִית מְיֻסֶּדֶת עַל אַרְנֵי
הַצֶּדֶק וְהַיּוֹשֶׁר חֻקִּים וּמִשְׁפָּטִים צַדִּיקִים אֲשֶׁר
יַעֲשֶׂה אוֹתָם הָאָדָם וְהֵי בָּהֶם גַּם כֵּן הַשְּׂחוֹק
הַזֶּה שׁוֹמֵר סֶדֶר הַנְהָגָה הַמְּדִינִית עַל קַו הַיּוֹשֶׁר
בְּמִשְׁפָּטִים יְשָׁרִים כְּלָלִים עֲשׂוּיִים בֶּאֱמֶת וְיָשָׁר
חוֹק וְלֹא יַעֲבוֹר בְּחָכְמָה וָדַעַת וְעַל כֵּן מַשְׂכִּילֵי
עַם יָבִינוּ לִשְׂחוֹק הַשְּׂחוֹק הַזֶּה אֲשֶׁר כֻּלּוֹ שֹׁלְאַנָן
וְשָׁלֵו וְאֵין מְגַמַּת פְּנֵי הַמְּשַׂחֲקִים לַחְמוֹד אוֹ לִגְזוֹל
מַמּוֹן אֲחֵרִים אֶלָּא לְחַדֵּד אֶת־שִׂכְלָם כִּי כָל־אֶחָד
מֵהֶם מִשְׁתַּדֵּל בְּכָל־עוֹז לְנַצֵּחַ אֶת־חֲבֵירוֹ וְלַמְנַצֵּחַ
מַשְׂכִּיל הַתִּפְאֶרֶת וְהַנֶּצַח וְהַהוֹד וְנִכְנָסִים בְּשָׁלוֹם
וְיוֹצְאִים בְּשָׁלוֹם וְלֹא כֵן שְׂחוֹק הַקּוּבְיָיאוֹת וְהַקְּלָפִים
הַהוֹלְכִים בַּחֲמַת קֶרִי כְּמִקְרֶה הַכְּסִיל וְהַכֹּל תָּלוּי
בַּהֲרָמַת הַקּוּבְיָיאוֹת אוֹ בַחֲלֻקַּת הַקְּלָפִים וְלֹא חֵלֶק
לָהֶם בַּבִּינָה אַךְ חֲכָמִים הֵמָּה לְהָרַע אֲשֶׁר בְּשַׁלֶּכֶת
הַקּוּבְיָאוֹת מַשְׁלִיךְ עָלָיו בִּצְדִיָּה וּבַחֲלֻקַּת הַקְּלָפִים
יָשִׁית לָמוֹ חֲלִיפוֹת כִּי כָל־כַּוָּנָתָם לְהוֹנוֹת וּלְרַמּוֹת
אִישׁ

quirendum & ſuſtentationem. Egreditur homo ad opus ſuum, & ſuſtentant ſe invicem, & Deus ex miſericordia ſua, ex altitudine ſanctitatis ſuæ providet illis oculo clementiæ ſuæ, ad benedicendum operibus manuum eorum.

Et quomodo comparatio conveniet cum comparato in omnibus rebus adhuc videbis quando ordinaverimus coram te omnes caſus hujus Ludi excellentiſſimi: nam perfectus eſt in decore ſuo. Et prout regimen politicum Divinum fundatur baſibus juſtitiæ, ſtatutis & judiciis juſtis, quæ ſi fecerit illa homo, vivet in illis; ita etiam iſte Ludus ſervat ordinem regiminis politici, ſuper linea rectitudinis & judiciis rectis, regulis diſpoſitis in veritate & rectitudine, ſtatuto quod nemo tranſgrediatur, in ſapientia & ſcientia. Idcirco intelligentes populi intelligent ludere iſtum Ludum: nam totus ille eſt quietus & pacificus, nec eſt ſcopus ludentium concupiſcere aut rapere opes aliorum, ſed tantum acuere intellectum ſuum: nam unuſquiſque eorum ſolicitus eſt vincere proximum ſuum; & victori prudenti eſt gloria & fortitudo & decus; & in pace conveniunt, & in pace egrediuntur. Sed non ita eſt Ludus Teſſerarum & Chartarum, qui procedunt per eventum, ſecundum eventum ſtultorum: nam totum pendet à jactu Teſſerarum jacientis contra alterum ex induſtria, & in diſtributione chartarum; & nulla pars eſt illis in intelligentia verum ſapientes ſunt ad malefaciendum; cum in jactu Teſſerarum jaciat fraudulenter, & in diſtributione Chartarum apponant ſibi mutationes: nam tota eorum intentio eſt ad opprimendum & decipiendum

אִישׁ אֶת־ רֵעֵהוּ וְהִיא סִבַּת הַשְּׁנָאָה בֵּינֵיהֶם׃

וְהִנֵּה הוֹרַעְתִּיךְ כַּמָּה מַעֲלוֹת טוֹבוֹת לָזֶה הַצְּחוֹק עַל הָאַחֵרִים וְעַתָּה אֶשִּׂים לְפָנֶיךָ קְצַת מִן הַתּוֹעֲלוֹת הַבָּאוֹת לָאָדָם מִן הַשְּׂחוֹק הַזֶּה׃ וְכִי תֹאמַר בִּלְבָבְךָ מָה יִסְכּוֹן גֶּבֶר וּמָה נוֹעִיל כִּי נִנַּע בּוֹ׃ הֲלֹא חֲכָמִים הִנִּידוּ לְךָ שֶׁאִי אֶפְשָׁר לָאָדָם שֶׁיָּבִין וְיִשְׂתַּכֵּל בְּחָכְמוֹת וְהוּא עָצֵב כִּי לָאָדָם נָתַן הָאֱלֹהִים חָכְמָה וְדַעַת וְשִׂמְחָה וְעַל כֵּן יַעֲצוּ שֶׁנִּכָּל־ יוֹם וְיוֹם הַתַּלְמִיד יִתְעַסֵּק מְעַט בְּטִיּוּל אוֹ בְּשַׂחוֹק כְּדֵי שֶׁלְּמוּדוֹ יֶעֱרַב וְרֵוַח וְטוֹב לוֹ וְלֹא יִהְיֶה עָלָיו לְמַשָּׂא כַּאֲשֶׁר רָאִינוּ הַרְבֵּה אֲנָשִׁים כִּי מֵרוֹב לִמּוּדָם וְעִיּוּנָם נִטְרְפָה דַעְתָּם וְנִבְעֲרָה חָכְמָתָם כִּי לֹא נָתְנוּ הֶשֵּׂב רוּחָם וְרִיוֹחַ לֹא שָׂמוּ בֵּין לִמּוּדָם וְהִנֵּה הַדַּרְשָׁנִים הַמְפַלְּנִים לְהַמְשִׁיךְ לֵב שׁוֹמְעֵיהֶם הָיוּ מְבִיאִים בְּדַרְשִׁיוֹתֵיהֶם מְשָׁלִים וְאַגָּדוֹת כִּי הֵם הֵם הַדְּבָרִים הַמְשַׂמְּחִים אֶת־ הַלֵּב וּמְאִירִים עֵינֵי הַתַּלְמִידִים וַיַּעַן כִּי הַצְּחוֹק הַזֶּה חִבְּרוּהוּ אַנְשֵׁי בֵּינָה וּמַדָּע מֻשָּׂל לְקִפּוֹד הַמְּדִינִי בּוֹ יִלְמַד אָדָם יוֹשֶׁר וּזְכוּת לְרַעַת הַנְּהָגַת הָעִיר בְּכְלָלִיּוֹת וּפְרָטִיּוֹת כִּי הִיא חָכְמָה עֲמוּקָה עַד כִּי אֲנָשִׁים חֲכָמִים וִידוּעִים חִבְּרוּ סְפָרִים מְשֻׁבָּחִים בָּזֶה הָעִנְיָן וּמוֹסְרִים אֲחֵרִים יִלְמְדוּ כַּאֲשֶׁר תֶּחֱזֶינָה עֵינֶיךָ בְּהַצִּיעִי לְפָנֶיךָ כַּוָּנַת מַמְצִיאֵיהוּ׃ וְכַאֲשֶׁר

decipiendum quisque proximum suum. Hoc est causa odii inter ipsos.

Et ecce notas feci tibi multas excellentias hujus Ludi præ reliquis. Jam proponam tibi aliquas utilitates quæ homini proveniunt ab hoc Ludo. Nam si dixeris in corde tuo, Quid proderit viro, & ad quid proficiemus si attigerimus ad eum? Annon sapientes declararunt tibi, quod homini sit impossibile ut intelligat & animadvertat scientias cum sit tristis: nam homini dedit Deus sapientiam, scientiam, & lætitiam: propterea hoc dederunt consilium, quod singulis diebus studiosus aliquantulum operam daret deambulationi aut ludo, ut sic studium ejus ei esset suave, & respiratio & bonum esset ei, & ut ipsi non esset onerì; uti vidimus multos homines quibus multo studio & speculatione perturbata est mens, & obbrutuit sapientia eorum, quia non permiseruut ut spiritus quieseeret, & nullum inter studia sua interposuerunt spatium. Ecce concionatores excellentes, ut auditorum suorum animum attrahant, in concionibus suis proferunt Parabolas & historias allegoricas; quia illæ sunt res quæ lætificant cor, & illuminant oculos discipulorum. Et quoniam Ludum istum composuerunt viri sapientiæ & intelligentiæ tanquam similitudinem societati politicæ, ex eo addiscit homo rectitudinem & æquitatem, ut sciat regimen civitatis generaliter & particulariter; nam illud est sapientia profunda, adeo ut viri sapientes & intelligentes celebres libros de isto argumento composuerint. Quin & alios institutiones hinc addiscent, uti videbunt oculi tui, cum tibi proposuero intentionem Inventorum ejus.

Et

וְכַאֲשֶׁר בָּאתִי לַחְקוֹר וְלִדְרוֹשׁ אַחֲרֵי מְמַצְיאֵי הַשְּׂחוֹק
הַזֶּה וּמָן מְצִיאוּתוֹ יָנַעְתִּי וּמָצָאתִי כְּפִי יְכָלְתִּי
וְהַשָּׁנַת יָדַי וְהָיִיתִי בְּעֵינַי כִּמְגֻלֶּה עֲמוּקוֹת מִנִּי חֹשֶׁךְ
כִּי הַדָּבָר הַזֶּה קָשֶׁה לְהַלְמוֹ הֵן מִצַּד קַרְמוּתוֹ
כִּי מוֹצְאוֹתָיו מִקֶּדֶם וּמִימֵי קֶדֶם קַרְמָתוֹ הֵן מִצַּד
חֶסְרוֹן הַסְּפָרִים הַמְדַבְּרִים בָּזֶה אַךְ אֲנִי חִפַּשְׂתִּי
בְּמַצְפּוּנֵי סִפְרֵי הַקַּדְמוֹנִים אֲשֶׁר בָּאוּ לְיָדִי הֵן יְוָנִיִּם
רוֹמִיִּם עַרְבִיִּים פָּרְסִיִּם וּשְׁאַר הָאֻמּוֹת אֲשֶׁר לֹא
מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל הֵמָּה וַאֲנִי לִקַּטְתִּי וְאָסַפְתִּי וְהֵבֵיאוֹתִי
לְפָנֶיךָ אֵת כָּל־אֲשֶׁר דִּבְּרוּ כִּי רְעוֹתֵיהֶם שׁוֹנוֹת
זֶה אוֹמֵר בְּכֹה וְזֶה אוֹמֵר בְּכֹה וַאֲנִי אַכְרִיעַ
בֵּינֵיהֶם וְאַתְחִיל בְּדִבְרֵי הַחָכָם הַגָּדוֹל רֹאשׁ
הַפִּילוֹסוֹפִים הוּא אַפְלָטוֹן אֲשֶׁר כָּתַב בְּסִפְרוֹ כִּי
בִּימֵי מֹשֶׁה רַבֵּינוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם הָיָה חָכָם אֶחָד
מֵחַכְמֵי הַמִּצְרִיִּים וּשְׁמוֹ טָעוּת אֲשֶׁר בָּרוֹב חָכְמָתוֹ
מָצָא וְלִמֵּד חָכְמוֹת הַרְבֵּה לְאַנְשֵׁי דוֹרוֹ כְּמוֹ חָכְמַת
הַתֹּכְנָה וְהָאֲצְטַגְנִינוּת הַבָּתָּב וְהַכְּתָב עִם
הָאוֹתִיּוֹת וְגַם בָּרָא מִלְּבּוֹ הַצְּחוֹק הַנִּבְחָר הַזֶּה
צְחוֹק הַפְּסְפָּסִים וּמִפְּנֵי הַפְלָנַת בֵּינָתוֹ וְשִׂכְלוֹ בְּנֵי
דוֹרוֹ אָמְרוּ עָלָיו אֵין זֶה כִּי אִם אִישׁ אֱלֹהִים קָדוֹשׁ
וְסוֹד אֱלוֹהַּ עָלֵי אָהֳלוֹ הַמְלַמְּדוֹ לְהוֹעִיל לִבְנֵי
אָדָם וְלִמְּדָם סֵפֶר וְלָשׁוֹן כַּשְׂדִּים עַל כֵּן יִקְרְאוּ
אֶת שְׁמוֹ הֶרְמֵיס כִּי בִּלְשׁוֹנָם רוֹצֶה לוֹמַר נָבִיא
שָׁלִיחַ

Et cum venirem ad ſpeculandum & inquirendum Inventores hujus Ludi, & tempus inventionis ejus, laboravi & inveni ſecundum poteſtatem meam & facultatem manus meæ: & mihi videor tanquam revelans profunditates è tenebris: hæc enim res eſt difficilis ad extundendum, tam propter antiquitatem ejus, (nam origines ejus ſunt ab antiquo, & à diebus priſcis eſt præceſſio ejus:) quam propter defectum librorum qui loquuntur de hoc. Verum ego perveſtigavi abſcondita librorum antiquorum qui pervenerunt ad manus meas, tam Græcorum quam Latinorum, Arabum, Perſarum, & reliquarum nationum quæ non ſunt de filiis Iſrael: & ego collegi & propoſui coram te omnia quæ locuti ſunt, nam opiniones eorum ſunt diverſæ: hic dicit ſic, alter dicit ſic; & ego illos conciliabo. Incipiam itaque cum verbis Sapientis magni primarii Philoſophorum, qui eſt Plato; qui in Libro ſuo ſcripſit, quod in diebus Moſis Doctoris noſtri, fuit Sapiens quidam de Sapientibus Ægyptiorum, cui nomen Thoth, qui in multitudine ſapientiæ invenit & docuit ſcientias multas hominibus ſeculi ſui; uti eſt Scientia Aſtronomiæ, & Aſtrologiæ, & Exaratio, & Literarum Scriptio: is etiam effinxit ex corde ſuo dilectiſſimum hunc Ludum, viz. Ludum Pſephaſim. Et propter exceſſum prudentiæ & intelligentiæ ejus, filii ſeculi illius dixerunt, Non eſt hic niſi vir Dei Sanctus, & ſecretum Dei eſt ſuper tentorium ejus, qui docuit ipſum, ut prodeſſet filiis hominum. Et illos docuit libros & linguam Chaldæorum: quapropter vocarunt Nomen ejus Hermetem, quod in linguâ eorum vult dicere, Prophetam, Legatum, & Mediatorem

שְׁלִיחַ וְאִמְצָעִי בֵּין הָאֱלֹהִים וּבְנֵי אָדָם וְיֵשׁ אוֹמְרִים
כִּי זֶה מֹשֶׁה הָאִישׁ אֲשֶׁר הֶעֱלָנוּ מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם
כַּאֲשֶׁר הָיָה מְנַעוּרָיו בְּהֵיכְלֵי פַּרְעֹה מֶלֶךְ מִצְרַיִם כִּי
בְתֵירָה בְתוֹ אֲשֶׁר כִּבְּנָה גְּדֻלָּתָהוּ בֵּין חַכְמֵי יוֹעֲצֵי
פַּרְעֹה וְגַם הוּא נָתַן לוֹ הָאֱלֹהִים שֵׂכֶל וּבִינָה
לְהָרוֹשׁ וְלַחְתּוֹר בְּכָל־חָכְמָה וַתֶּרֶב חָכְמָתוֹ מֵחָכְמַת
כָּל־בְּנֵי קֶדֶם וַיֶּחְכַּם מִכָּל־הָאָדָם בְּחָכְמַת הָאֱלֹהִים
וְעָלָיו זָרַח יְהֹוָה וַיְמַלֵּא אוֹתוֹ רוּחַ אֱלֹהִים וּבְסָתוֹם
חָכְמָה הוֹרִישָׁהוּ חַעֲלוּמוֹת חָכְמָה טְמוּנֵי צְפוּנֵי
כֹל וְהַחְבוֹנֵן נִפְלָאוֹת אֵל מוֹפְתָיו וּמִשְׁפְּטֵי פִּיהוּ
וְהַפְלִיא לַעֲשׂוֹת בְּקִרְבָּם נִפְלָאוֹת אֲשֶׁר לֹא
נִבְרְאוּ בְכָל־הָאָרֶץ וּבְכָל־הַגּוֹיִם וַיַּעַן כִּי עַמּוֹ
עָוֹז וּגְבִירָה כִּי נִבְרָה יָדוֹ עַל אֱלֹהֵיהֶם כִּי גַם
בָּהֶם עָשָׂה יְהֹוָה שְׁפָטִים עַל יָדוֹ קָרְאוּ אֶת שְׁמוֹ
טָעוּת וְעִקֵּר הַנַּחַר זֶה הַשֵּׁם בִּלְשׁוֹן מִצְרַיִם
וְכוּתִיִּים וְגַם בִּלְשׁוֹן אַרְמִית הוּא אֱלֹהֵי נֵכָר הָאָרֶץ:

וּבְסֵפֶר אַחֵר מָצָאתִי כִּי פַּלְאמִידִי הַיְּוָנִי אֶחָד מִשָּׂרֵי
אַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה אֲשֶׁר הָלְכוּ לְהִלָּחֵם עַל טְרוֹיָא
הָעִיר הַגְּדוֹלָה אֲשֶׁר הָיָה בְּמָצוֹר וּבְמָצוֹק עֶשֶׂר
שָׁנִים וְהוּא הָיָה חָכָם גָּדוֹל וְהִמְצִיא לַיְּוָנִים מִקְצַת
אוֹתִיּוֹתֵיהֶם אֲשֶׁר חָסְרוּ לָהֶם מִן הַמִּכְתָּב וְגַם לִכֹּד
קַדְרוּת הַשֵּׁמֶשׁ וְהַלְּבָנָה וְחָכְמַת עֲרִיכַת הַמִּלְחָמָה
אִישׁ עַל דִּגְלוֹ לְצִבְאוֹתָם וְלִמְּדָה לִבְנֵי עַמּוֹ וּכְרִי
לְזַרְעָם

diatorem inter Deum & filios hominum. Et sunt qui dicunt hunc esse Mosen virum illum qui nos eduxit è terra Ægyptiorum, cum fuerit à juventute sua in palatio Pharaonis regis Ægypti. Namque Bithia filia ejus erat quæ instar filii educavit eum inter Sapientes Consiliarios Pharaonis; & etiam illi dedit Deus intelligentiam & prudentiam, ut inquireret & perveſtigaret omnem scientiam, & sapientia ejus fuit major omni sapientia Orientalium, & sapientior fuit omni homine in scientia Dei: & super illum splenduit Dominus, & implevit ipsum spiritu Dei, & occultum sapientiæ manifestavit ei, abstrusa inquam sapientiæ, abscondita & recondita omnia: & intellexit mirabilia Dei, portenta ejus, & judicia oris ipsius: & instítit facere inter illos mirabilia quæ nunquam creata sunt in quavis alia terra nec inter quasvis gentes. Et quia cum ipso erat fortitudo & potentia, & quia prævaluit manus ejus contra deos eorum; (nam etiam in illos fecit Deus judicia per manum ipsius;) vocarunt nomen ejus Thoth. Et principalis hujus nominis significatio in lingua Ægyptiorum, & Cuthæorum, & quoque in lingua Aramæorum, est Deus alienus terræ.

Et in alio libro inveni, quod Palamedes Græcus unus ex Principibus virorum belli qui iverunt ad pugnandum contra Trojam civitatem magnam, quæ fuit sub obsidione & coarctatione per decem annos; (& ille vir sapiens magnus, & Græcis invenit partem Literarum quæ in scriptura eorum deficiebant; etiam docuit Eclipsim Solis & Lunæ, & scientiam Ordinationis belli, ut unusquisque esset juxta vexillum suum secundum exercitus suos;) hanc docuit filiis

לְזַרְזָם וּלְהָבִינָם אֶת הַחָכְמָה הַמְּפֹאָרָה הַזֹּאת הוֹצִיא לָאוֹר הַצְּחוֹק הַנִּכְבָּד חֲזֵה כִּשְׁנֵי מַחֲנוֹת יַחֲנוּ אֵלֶּה נֶגֶד אֵלֶּה וְגַם כָּל חֲלָקָיו רוֹמְזִים: שָׂרֵי הַמִּלְחָמָה מִקְטוֹן וְעַד גָּדוֹל כְּאֲשֶׁר אֲבָאר אֵלֶיךָ:

אֲחֵרִים אוֹמְרִים כִּי לוּר אֲבִי הַלּוּדִים הוּא וְאָחִיו כְּאֲשֶׁר הָיוּ בַּמַּחֲנֶה עֲטוּפִים פָּרֶשׁ וּבְחוֹסֶר כֹּל מָצְאוּ מְלֹאכֶת חֲצוֹחַ מִינִים מִמִּינִים שׁוֹנִים וּבֵינֵיהֶם צְחוֹק הַפִּסְפְּסִים הַזֶּה וְנֶמְרוּ אוֹמֵר כִּי יוֹם אֶחָד יַעֲבְרוּ בְּכָל־מֵינֵי הַצְּחוֹק וְיִשְׁכְּחוּ מֵאֲכוֹל לַחְמָם וְנִשְׁבַּת הָרָעָב בָּאָרֶץ וְיוֹם אֶחָד הָיוּ אוֹכְלִים וְשׂוֹתִים לְמַלְאוֹת נַפְשָׁם כִּי יִרְעָבוּ וְכֵן יַעֲשׂוּ יוֹם יוֹם עַד יַעֲבוֹר זַעַם הָרָעָב:

אַנְשֵׁי אֶרֶץ הוֹרוּ מְתֻפָּאָרִים עַצְמָם בְּאָמְרָם כִּי קַבָּלָה הִיא בְּיָדָם כִּי פִּילוֹסוֹף אֶחָד מִבְּנֵי עַמָּם חָכָם גָּדוֹל וּבָקִיא בְּחָכְמַת הַתְּכוּנָה וְהַהַנְדָּסָה צָצָה בֶּן רֹאשׁ שְׁמוֹ בְּרוֹב שִׂכְלוֹ וּבְרִיחַ בֵּינָתוֹ חִדֵּשׁ וּמָצָא הַצְּחוֹק הַמְפֹאָר הַזֶּה וְהִקְרִיבוֹ לִפְנֵי בַּלְהִיב מֶלֶךְ תּוּרוּ וְאֶת צוּרַת הַצְּחוֹק חֲזֵה וְתִכּוּנָתוֹ וּמוֹצָאָיו וּמוֹבָאָיו נֶאֱת כָּל־חֻקּוֹתָיו הוֹרַע אוֹתוֹ וַיְהִי כָרִאשׁוֹנָה הַמֶּלֶךְ אֶת יְקַר תִּפְאֶרֶת הַמְּלָאכָה וְרוֹב גְּדֻלַּת שִׂכְלָ הַמְּחַבֵּר אָמַר לוֹ הַגֶּה נָא יָדַעְתִּי כִּי אִישׁ חָכָם אַתָּה רָאִיתִי אֶת מַעֲשֶׂה יָדֶיךָ הַנְּעִימִים וְעַתָּה שְׁאַל מָה אֶעֱשֶׂה לְךָ הַעֲמֵק שְׁאֵלָה אוֹ הַנָּבָה

populi sui. Et ut exerceret illos & intelligere faceret istam scientiam pulcherrimam, in lucem produxit istum Ludum eximium, ad instar duorum castrorum quæ castrametarentur hoc è regione illius: & quoque omnes ejus partes innuunt Principes belli à minore usque ad majorem, prout tibi explicaturus sum.

Alii dicunt, quod Lud pater Lvdiorum, ipse & frater ejus cum essent in castris, deliquium patientes ex fame & defectu cujuslibet rei, invenerunt artem Lusoriam diversarum specierum, & inter ipsas fuit Ludus Pschaphasim. Et decreverunt quod unus dies præteriret singulis speciebus Ludi, ut obliviscerentur comedere panem suum, & hoc modo etiam famis oblivioni daretur in terra. Deinde alio die erant comedentes & bibentes, ut implerent animam suam cum esurirent. Et ita soliti sunt facere, usque dum transiret indignatio famis.

Homines terræ Indiæ gloriantur de seipsis, dicendo quod Philosophus aliquis de filiis populi eorum valde sapiens & expertus in scientia Astronomiæ & Geometriæ, cujus nomen erat Sissa filius Dâher, in multitudine intelligentiæ suæ & in spiritu scientiæ suæ, innovavit & invenit hunc Ludum præstantem: ipsumq; obtulit coram Belhîb rege Indiæ, & figuram hujus, & dispositionem ejus, & exitum & aditum ejus, & omnia statuta ejus nota fecit illi. Et cum Rex videret præstantiam operis, & multitudinem magnitudinis Scientiæ authoris, dixit ei, Scio te esse virum sapientem: vidi opus manuum tuarum delectabilium: & jam pete quid tibi faciam; profunde pete, vel alte sursum, usque ad dimi-

dium

חֲנֻבָּה לְמַעְלָה עַד חֲצִי הַמַּלְכוּת וְתַעַשׂ וַיַּעַן
הַפִּילוֹסוֹף וַיֹּאמֶר אִם נָא מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ הַמֶּלֶךְ
לְתֵת אֶת־שְׁאֵלָתִי הִנֵּה עֶרְכִּתִי לְפָנֶיךָ לוּחַ הַצָּחוֹק
הַזֶּה בָּנוּי וּמֻיָּסָּד עַל שִׁשִּׁים וְאַרְבָּעָה בָּתִּים
צַר־נָא אֶת־עֵבְרֶיךָ הַמְּמֻנִּים עַל אוֹצְרוֹת הַחָבוּאָה
אֲשֶׁר יְשִׁימוּ חִטָּה אַחַת עַל הַבַּיִת הָרִאשׁוֹן וְעַל
הַשֵּׁנִי שְׁתַּיִם וְעַל הַשְּׁלִישִׁי אַרְבַּע וְכֵן עַל כָּל־
אֶחָד וְאֶחָד כְּפֻלַּיִם מִן חֲבֵרוֹ עַד סוֹף כָּל־הַבָּתִּים
וְהָיָה שִׁכְרִי וַיְהִי כִּשְׁמוֹעַ הַמֶּלֶךְ אֶת דִּבְרֵי הֶחָכָם
וַיִּכְעַס עָלָיו וַיֵּבֶז לוֹ בִּלְבּוֹ לֵאמוֹר כְּדַבֵּר אֶחָד
הַנְּבָלִים הִדַּבֵּר הַאֻמְנָם לֹא אוּכַל כְּבָרְכְךָ בְּמַהֲנוֹת
גְּדוֹלוֹת כִּי שְׁאַלְתָּ מִמֶּנִּי מְעַט מִזְעָר כָּזֶה וְהָיָה
כְּשׁוֹפֵךְ בּוּז עַל נְדִיבִים מֶלֶךְ כְּמוֹנִי הַיּוֹם הִסְכַּלְתָּ
לְשָׁאוֹל וַיַּעַן הַפִּילוֹסוֹף וַיֹּאמֶר אַל נָא יִחַר אַפְּךָ
בְּעַבְדְּךָ וְאַרְבֶּרָה אַף הַפַּעַם אֶחָת שְׁאֵלָתִי מֵאֵת
אֲדוֹנִי אוֹתָהּ אֲבַקֵּשׁ תְּנָה אוֹתָהּ לִי כִּי הִיא יָשְׁרָה
בְּעֵינַי וְאִם קָטוֹן יִהְיֶה בְּעֵינֶיךָ וְתוֹסִיף לִי כֶּהָנָה
וְכֶהָנָה וַיִּרְא הַמֶּלֶךְ כִּי לֹא יָכוֹל לוֹ וַיְצַו אֶת עֲבָדָיו
נָגִיד עַל הָאוֹצָרוֹת לַעֲשׂוֹת לוֹ כְּכָל־אֲשֶׁר שָׁאַל
וְכַאֲשֶׁר בָּא הָאִישׁ לַעֲמוֹד עַל מַתְכֹּנֶת הַחִטִּים
אֲשֶׁר בִּקֵּשׁ הַפִּילוֹסוֹף כִּי עָצְמוּ מִסְפַּר חֹרֶל לִסְפּוֹר
כִּי אֵין מִסְפָּר וּכְהִתְהַלֵּךְ הָלַךְ אֶל הַמֶּלֶךְ וְכֵן אָמַר
לוֹ יְחִי הַמֶּלֶךְ אֲדוֹנֵנוּ לְעוֹלָם לַעֲשׂוֹת רְצוֹנְךָ חָפַצְתִּי

לֹא

dium regni, & fiet. Et respondit Philosophus & dixit, Si inveni gratiam in oculis tuis ô Rex, ut concedas petitionem meam, ecce dispositi coram te Tabulam hujus Ludi constructam & fundatam super 64 domos. Jube nunc servis tuis qui præficiuntur thesauris frumenti, quod ponant super domum primam Triticum unum super secundam duo, super tertiam quatuor; & sic super quamlibet domum, duplum quam quod erat in præcedenti, usq; ad finem omnium domorum: & id erit præmium meum. Cum rex audiret verba hujus sapientis, indignatus est contra illum, & contemptui habuit ipsum in corde suo, dicendo, Uti loquitur unus stultorum, loqueris. An certe non possum te honore afficere donis magnis? quod petis à me rem parvam pusillam, qualis est hæc! Et es tanquam fundens contemptum super principes, *viz. super* regem sicut ego sum hodie: stulte petisti. Respondit vero philosophus & dixit, Ne quæso excandescat ira tua in servum tuum, & loquar saltem hac vice: unum petii à domino meo, illud requiram: da illud mihi, nam id placet in oculis meis. Et, si parum sit in oculis tuis, addas mihi tantundem iterum. Tum videns rex quod nil poterat in ipsum, jussit servum suum thesauris præfectum, ut faceret illi prout petierit. Quando autem venit vir ille ut insisteret super summam Triticorum quam quæsiverat Philosophus, & numerosiora essent quam ut numerare posset, abstinuit à numerando, quia nullus erat numerus. In perturbatione itaque veniens ad Regem, sic dixit illi, Vivat Rex dominus noster in æternum: volui quidem facere voluntatem tuam, nec

transgressus

לֹא עָבַרְתִּי מִמִּצְוֹתֶיךָ אַךְ וְרַק הַמֶּלֶךְ צִוִּיתַנִי דָּבָר
שֶׁאֵי אֶפְשָׁר לִשְׁמוֹעַ יַעַן וּבְיַעַן שָׁאַלְתִּי בַקָּצִיר וְאֵין
בְּכָל־אֶרֶץ מַלְכוּתְךָ מִסְכְּנוֹת דָּגָן יַסְפִּיקוּ לְהָכִיל
כָּל־הָחִטִּים אֲשֶׁר שָׁאַל מִמְּךָ כִּי לֹא יִסָּפֵר וְלֹא
יִמַּד כִּי אִם בְּחָכְמָתוֹ עֲרוֹם יַעֲרִים וַיְהִי כִשְׁמוֹעַ
הַמֶּלֶךְ אֵת דִּבְרֵי הַמְּמֻנֶּה וַיִּתְמַהּ עַל רוֹב חָכְמַת
הַפִּילוֹסוֹף וַיִּשְׁלַח וַיִּקְרָאֵהוּ אֵלָיו וַיְחַבְּקֵהוּ וַיְנַשְּׁקֵהוּ
וְכֹה דִבֵּר אֵלָיו עַתָּה יָדַעְתִּי כִּי חָכָם אַתָּה
בְחָכְמַת הָאֱלֹהִים עַל פִּיךָ יִשַּׁק כָּל־עַמִּי וְאַתָּה
תִהְיֶה אוֹכֵל לֶחֶם עַל שֻׁלְחָנִי וַיְחִי עִם הַמֶּלֶךְ וַיְהִי
לוֹ כְרֵעַ כְּאָח כָּל־יְמֵי חַיָּיו:

וּבְסֵפֶר יָשָׁן נוֹשָׁן מָצָאתִי כִּי חָכָם אֶחָד מֵחַכְמֵי
חַפַּרְסִיִּים חִבֵּר זֶה הַצְּחוֹק בַּעֲבוֹר אַרְדְשִׁיר מֶלֶךְ
פָּרָס הוּא אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ כִּי הוּא שֵׁם נוֹפֵל לְכָל־
מַלְכֵי פָּרָס וְאַכְזָר הוּא וּמִי יְעוּרֶנּוּ מִן הָמִדָּה הָרָעָה
הַזֹּאת עַל כֵּן כּוֵן הַמְחַבֵּר בְּמָשָׁל הַצְּחוֹק הַזֶּה
לְלַמֵּד סָתוּם מִן הַמְּפוֹרָשׁ עַל יְרֵי תִקּוּן מְשָׁלִים
וְדִמּוּיִים אַנְמְרֵהּ בְּסִימָנֵי וְאַסְבְּרֵהּ בְּהַדַּמְיָא לֵיהּ
לְהוֹצִיא אֵלָיו בְּעִנְיָנֵהּ לְמַעַן תְּפוֹשׁ אוֹתוֹ בְלִבּוֹ
לְבִלְתִּי הִתְאַכְזָר עַל עַמּוֹ וְצֹאן מַרְעִיתוֹ רַק יְצַדֵּק
מִדּוֹתָיו כְּפִי הָרָאוּי עַל פִּי הַתּוֹרָה וְיַתְגַּלְגְּלוּ רַחֲמָיו
עָלֵיהֶם וְיַשְׂכִּיל וְיֵדַע כִּי בְרוֹב עַם הַדְרַת מֶלֶךְ
אוֹכְלוֹסָיו וְשָׂרֵי מִלְחֲמוֹתָיו הַמָּגִנִּים עָלָיו וְאִם יִכְשַׁל
עוֹזֵר

transgressus sum mandata tua: verum ô Rex, jussisti mihi rem impossibilem ad audiendum: nam revera quæsivi in messe,& in totâ terrâ regnorum tuorum non sunt thesauri frumenti qui sufficiant ad continendum triticorum summam quam à te petiit, quia non potest numerari nec mensurari, verum in sapientiâ suâ callide agit tecum. Et fuit, cum audiret rex verba præfecti, miratus est ob multitudinem scientiæ philosophi: & misit & accersivit illum ad se, & amplexus est & osculatus est ipsum: & ita dixit ad illum, Jam scio quod sapiens sis in sapientia Dei: ad os tuum gubernabitur totus populus meus, & tu eris comedens panem ad mensam meam. Et vixit cum rege, fuitque illi instar socii & fratris omnibus diebus vitæ suæ.

Et in libro quodam vetustissimo inveni, quod sapiens aliquis de sapientibus Persarum composuerit hunc Ludum, propter Ardeshir regem Persiæ, ipse Achashveros: nam est nomen quod convenit omnibus regibus Persiæ. Crudelis erat: & quis suscitaret illum ab isto malo more? Ideoque intendebat author per parabolam hujus Ludi docere occultum ex manifesto, per dispositionem proverbiorum & similitudinum. Docuit eum per signa, & erudivit illum per similitudines,ut produceret illi hocce argumentum, & prehenderet ipsum per cor ipsius; ut non esset crudelis contra populum suum & oves pasturæ suæ: verum accommodaret mores uti decebat, secundum Legem, & convolverentur misericordiæ ejus super ipsos, & intelligeret & sciret quod in multitudine populi sit gloria regis, exercitus ejus, & principes bellorum ejus qui defendunt ipsum: &, si impin-

עוֹזֵר וְנָפַל עָזוּר וְכֹחַ אֵין לוֹ לַעֲמוֹד לִפְנֵי אוֹיֵב וְעַל
כֵּן בָּרָא מִלִּבּוֹ אֵת הַצְּחוֹק הַזֶּה כְּדֵי שֶׁיֶּהֱנֶה מִמֶּנּוּ
הַמֶּלֶךְ עֵצָה וְתוּשִׁיָּה כִּי כַּאֲשֶׁר בַּצְּחוֹק הַזֶּה הַמְּצַחֵק
רָאוּי לָשִׂים מְגַמָּתוֹ לִשְׁמוֹר וּלְהָגִין בְּעַד הָעָם וְלֹא
יִפָּקֵד מֵהֶם אִישׁ כִּי הֵם עַמּוּד אֲשֶׁר בֵּית הַנִּצָּחוֹן
תָּלוּי עָלָיו וְאִם יָמוּתוּ אֲנָשָׁיו יִשָּׁאֵר הוּא לְבַדּוֹ
וְהָיָה כֹּל מוֹצְאוֹ יַהַרְגֵהוּ וְעַל כֵּן קָרָא שֵׁם הַצְּחוֹק
הַזֶּה שַׁטְרַנְג כִּי בִלְשׁוֹן פַּרְסִי רוֹצֶה לוֹמַר צַעַר
הַמֶּלֶךְ אוֹ תוֹכֵחָה לַמֶּלֶךְ כַּאֲשֶׁר אֲבָאֵר אֵלֶיךָ:

יֵשׁ מִתְיַחֲסִים הַצְּחוֹק הַזֶּה לְכִלְיוֹן אֶחָד מִשִּׁבְעָה
חַכְמֵי יָוָן וְיֵשׁ לַאֲחֵרִים וְאֵין מַכְרִיעַ וְאֵין סָפֵק כִּי
מִימֵי קֶדֶם קַדְמָתָהּ כִּי כֵן בָּא זִכְרוֹנוֹ בִּסְפָרִים
קַדְמוֹנִים וְהַיּוֹתֵר נִרְאֶה בְּעֵינַי כִּי בְּנֵי פָרָס הִמְצִיאוּהוּ
יַעַן כִּי בְּכָל־מְקוֹמוֹת אֲשֶׁר הִגִּיעַ אֲלֵיהֶם דְּבַר זֶה
הַצְּחוֹק מִשְׁתַּמְּשִׁים בּוֹ בִּלְשׁוֹן פַּרְסִיִּים זֶה הוּא אֲשֶׁר
מָצָאתִי עַל עִנְיַן מְצִיאוּתוֹ:

לְהַצְּחוֹק הַזֶּה יֵשׁ שֵׁמוֹת וְכִנּוּיִים הַרְבֵּה וְיֵין לְפִי
לְשׁוֹנוֹת וּבִטּוּי הֲנָעַת הָאֻמּוֹת וְהַגּוֹיִים אֲשֶׁר הִגִּיעַ
עֲלֵיהֶם זֶה הַצְּחוֹק· יֵשׁ קוֹרִין אוֹתוֹ שַׁטְרַנְג וְהוּא
לָשׁוֹן פַּרְסִי כִּי כַּאֲשֶׁר אָמַרְנוּ לְמַעֲלָה עִנְיָנוֹ צַעַר אוֹ
תוֹכַחַת הַמֶּלֶךְ וּלְפִי דַעַת אֲחֵרִים שֵׁשׁ־רַנְג רוֹצֶה
לוֹמַר שֵׁשׁ מִינִים וְדוֹמֵז לְשִׁשָּׁה הַדְּבָרִים כְּלוּלִים
בְּזֶה הַצְּחוֹק· הַמֶּלֶךְ וְהַמַּלְכָּה הַפִּיל הַפָּרָשׁ הָרוּחַ
וְהָרֶגֶל

gat auxiliator, tum cadet adjutus: & nullæ erunt vires ut possit persistere coram inimicis suis. Idcirco invenit hunc Ludum, ut ex illo rex perciperet utile consilium & eruditionem. Nam prout in hoc Ludo, is qui ludit debet ponere scopum suum ut populum suum protegat, ne deficiat ex illis vir: nam illi sunt columna, à quâ domus victoriæ dependet: &, si moriantur subjecti ejus, manebit ipse solus, & quicunque invenerit eum, interficiet ipsum. Ideoque vocavit hujus Ludi nomen Shatrang, quod linguâ Persicâ vult dicere, Molestia regis, vel Increpatio in regem, sicut explicaturus sum tibi.

Sunt qui hunc Ludum attribuunt Chiloni, uni 7 sapientum Græciæ. Sunt qui aliis: & nemo conciliat Sed nullum est dubium, quin à diebus antiquis fuerit antiquitas ejus; nam sic venit ejus mentio in libris antiquissimis. Sed quod magis verisimile in oculis meis, est quod filii Persiæ invenerint eum, propterea quod in omnibus locis ad quos pervenit res hujus Ludi, in eo utantur linguâ Persarum. Hoc est quod reperi de negotio inventionis ejus.

Huic Ludo sunt varia Nomina & Cognomina. Suntque secundum linguas & pronuntiationem nationum & gentium ad quas hicce Ludus pervenerit. Sunt qui vocant eum Shatrang, cujus significacatio linguâ Persicâ, uti diximus supra, est Molestia aut increpatio regis. Secundum aliorum opinionem, est Shesh-rangh, id est, sex species; innuit nempe 6 res huic Ludo competentes: sc. Rex, & Regina, Elephas, Equus, Ruch, & Pedes. Sunt

וְהָרֶגֶל · יֵשׁ שֶׁקּוֹרִין אוֹתוֹ שָׁק אִסְקָקִי וְאִשְׁחֲקִי וְהֵם כֻּלָּם מִלּוֹת מֻשְׁחָתוֹת מִן שֶׁה כִּי בִלְשׁוֹן פַּרְסִי הוּא הַמֶּלֶךְ:

עַתָּה בָאתִי לְבָאֵר לְפָנֶיךָ צוּרַת הַלּוּחַ אֲשֶׁר מְצַחֲקִים עָלָיו · תִּבְנֶה לוּחַ אֶרֶז רָבוּעַ יִהְיֶה כְאָרְכּוֹ כֵּן רָחְבּוֹ וְעָלָיו תְּצַיֵּר תֹּכֶן לְבֵנִים מְרֻבָּעִים וְיִהְיוּ לְבָתִּים שְׁמוֹנָה עַל שְׁמוֹנָה וּתְהִי הַלְּבֵנָה לְאֶבֶן מַשְׁכִּית אַחַת אֲדֻמָּה וְאַחַת שְׁחוֹרָה וְגַוָּן מִגַּוָּן שׁוֹנֶה לְהַבְדִּיל בֵּינוֹתָם זֹאת תִּהְיֶה צוּרַת הַלּוּחַ לוּחַ אֶרֶז אַף כִּי מְלָכִים וְשָׂרִים זָהָב לָהֶם הָיוּ עוֹשִׂים אוֹתוֹ מִן כָּל־עֵץ יָקָר וְנֶחְמָד לְמַרְאֶה וּמֵאֲבָנִים טוֹבוֹת אִישׁ מֵאֲשֶׁר תַּשִּׂיג יָדוֹ:

וְאֵלֶּה שְׁמוֹת חֶלְקֵי הַצְּחוֹק הַזֶּה וְתֹאֲרֵיהֶם כְּפִי מַדְרְגוֹתָם וּמַעֲלוֹתֵיהֶם הַמֶּלֶךְ הָרִאשׁוֹן בְּמַעֲלָה וּגְדֻלָּה וּבִלְשׁוֹן פַּרְסִי מְכֻנֶּה שָׁה וְעַל שְׁמוֹ נִקְרָא הַצְּחוֹק שָׁה דֶּרֶךְ עִלּוּי וְשֶׁבַח:

וְהַשֵּׁנִי לוֹ הִיא הַמַּלְכָּה גְּבֶרֶת מַמְלָכוֹת וְהִיא הַנִּקְרֵאת בִּלְשׁוֹן פַּרְסִי פַּרְזָאן וְיֵשׁ אוֹמְרִים כִּי הַנַּחַת זֶה הַשֵּׁם מוֹרֶה מִשְׁנֶה לַמֶּלֶךְ כִּי אֵין מַדְרְכֵי הַמְּלָכוֹת לָצֵאת לַמִּלְחָמָה וְהוּא יוֹשֵׁב רִאשׁוֹנָה בְּמַלְכוּת וְנוֹתְנִים עָלָיו הוֹד מַלְכוּת וְכָל־אֶחָד מֵאֵלּוּ הַשְּׁנַיִם יֵשׁ לָהֶם שְׁלֹשָׁה שָׂרִים נִכְבָּדִים מוּכָנִים לְשָׁרְתָם בְּעֵצָה וּגְבוּרָה לַמִּלְחָמָה שֵׁם הָרִאשׁוֹן בִּלְשׁוֹן פַּרְסִי פִּיל

qui vocant illum Scach, & Escachi. Hæc autem omnia sunt vocabula corrupta à Shâh, quod in linguâ Persicâ, est Rex.

Jam venio ad declarandum tibi formam Tabulæ supra quam ludunt. Ex cedro construes Tabulam quadratam: sicut longitudo sic est latitudo ejus: & super ipsum formabis dispositionem Laterculorum quadratorum, qui erunt in octonas domos super octonas. Sitque Laterculus lapis pictus, unus ruber, alter niger: sit nempe color à colore diversus, ad discriminandum inter ipsos. Hæc sit forma Tabulæ, Tabulæ inquam cedrinæ: quamvis reges & principes qui abundant auro, soleant facere eam ex omni ligno præstanti desiderabili ad visum, vel ex lapidibus pretosis: unusquisque prout attingit manus ejus.

Hæc sunt nomina partium hujus Ludi & formæ earum, secundum gradus suos & dignitates suas. Rex primus est in excellentiâ & dignitate: & in linguâ Persicâ nominatur Shâh: & à nomine ejus vocatur hic Ludus Shâh, per modum excellentiæ & dignitatis.

Et illi secunda est Regina Domina regnorum: & vocatur linguâ Persicâ Pherzân. Sunt autem qui dicunt quod hujus nominis derivatio notet Vicarium Regis, cum non sit de consuetudinibus reginarum exire ad bellum. Ipse sedet primarius in regno, & illi dant decus regni. Et unusquisque ex istis duobus habet tres principes honorificos, paratos ad serviendum illis, consilio, & fortitudine, & bello. Nomen primi linguâ Persicâ est Phîl: linguâ quo-

que

פִּיל וּכְמוֹ כֵּן בִּלְשׁוֹן חֲכָמֵינוּ נִקְרָא גַּם כֵּן פִּיל וְיָדוּעַ
כִּי בְּנֵי קֶדֶם מִשְׁתַּמְּשִׁים בְּפִילִים לִבְנוֹת עֲלֵיהֶם
מִבְצָר כְּשֶׁהָיוּ הוֹלְכִים לַמִּלְחָמָה וְאוּלַי יִרְצֶה בּוֹ הַשַּׂר
הַמְּמֻנֶּה עַל הַפִּילִים:

וְהַשֵּׁנִי לוֹ הוּא בְּשֵׁם פָּרָשׁ וְהוּא הַשַּׂר אֲשֶׁר רֹאשׁ
הַפָּרָשִׁים רוֹכְבֵי סוּסִים:

וְהַשְּׁלִישִׁי הוּא הַנִּקְרָא רוֹק אוֹ רוּח בִּלְשׁוֹן פַּרְסִי
וְיֵשׁ מַחְלוֹקֶת בְּפֵירוּשׁ זֶה הַשֵּׁם יֵשׁ אוֹמְרִים כִּי הוּא
שֵׁם עוֹף גָּדוֹל עַד מְאוֹד וְנִקְרָא גַּם כֵּן אַלְעַנְקָא
אֲחֵרִים מְפָרְשִׁים מִגְדַּל עוֹז וְחָזָק וְכָל־אֶחָד מֵאֵלּוּ
הַשָּׂרִים נִקְרָאִים בְּשֵׁם הַמֶּלֶךְ אוֹ הַמַּלְכָּה וְיֵשׁ לָהֶם
אִישׁ אֶחָד רַגְלִי עוֹמֵד לִפְנֵיהֶם נִקְרָא רֶגֶל:

וְאִם בָּאתִי לְפָרֵשׁ אֵלֶיךָ רְמוּת תַּבְנִית צוּרוֹת
כָּל־חֶלְקֵי הַצְּחוֹק הַזֶּה יִכְלֶה הַזְּמָן וְהֵמָּה לֹא יִכְלוּ
כִּי אִם כָּל־אֶחָד הוֹלֵךְ אַחֲרֵי יֶצֶר מַחְשְׁבוֹת לִבּוֹ וְלֵב
בְּנֵי עִירוֹ וּבַּצְּחוֹק הַזֶּה תַּעֲשֶׂה שְׁתַּיִם מַעֲרָכוֹת
שׁוֹנוֹת זוֹ מִזּוֹ לֹא רָאִי זֶה כְּרָאִי זֶה אֶחָד שָׁחוֹר וְאֶחָד
אָדוֹם כְּעֵין הַבָּתִּים:

הִנֵּה בְּאַרְתִּי לְךָ תַּבְנִית תָּכְנִית הַלּוּחַ אֲשֶׁר כִּשְׂדֵה
הָאָרֶץ יֵחָשֵׁב וְכָל־חַיַּת עֲדַת אַבִּירִים יִשְׁחֲקוּ שָׁם
וְנֶחְלַק הַשָּׂדֶה לִשְׁמוֹנָה עַל שְׁמוֹנָה טוּרֵי בָתִּים אֶחָד
אָדוֹם וְאֶחָד שָׁחוֹר: תָּכִין לְךָ הַלּוּחַ בְּדֶרֶךְ אֲשֶׁר בַּיִת
הָרִאשׁוֹן מִן הַטּוּר הָרִאשׁוֹן לְצַד יְמִינְךָ יִהְיֶה אָדוֹם
וְאָז

que Doctorum nostrorum vocatur Phil, [i.e. Elephas.] Et notum est quod Orientales utebantur Elephantibus ad ædificandum super eos munitionem quando exibant ad bellum. Fortassis per istum vult Principem Elephantibus præfectum.

Isti secundus est nomine Pharas, & ipse est Princeps qui est caput Equitum equis insidentium.

Tertius est qui vocatur Roc seu Ruch linguâ Persicâ. Est autem dissensus in hujus nominis interpretatione: nam sunt qui dicunt quod sit nomen avis valde magnæ, quæ etiam vocatur AlAnkâ. Alii exponunt esse Turrim fortem & robustam. Et unusquisq; ex istis Principibus vocatur de nomine Regis aut Reginæ Habentque *singuli* virum aliquem peditem qui stat coram ipsis, & vocatur Pedes.

Et, si aggrederer explicare tibi similitudinem fabricæ figurarum partium hujus Ludi, consumeretur tempus, nec tamen illæ absolverentur. Sed unusquisque it post figmentum cordis sui & cordis filiorum civitatis suæ. At in hoc Ludo facis duas ordinationes, quarum una diversa est ab alterâ: non color hujus secundum colorem alterius: unus niger, alter ruber, secundum colorem domorum.

Ecce jam explicui tibi fabricam dispositionis hujus Tabulæ, quæ sicut ager terræ reputatur, tota caterva & congregatio fortium ludent ibi. Iste ager distribuitur in 8 ordines domorum, quarum una rubra est, altera nigra. Aptabis tibi Tabulam eo modo, ut ordinis primi domus prima quæ est ad latus dextrum tuum, sit rubra: & tunc sumes regem

וְאָז תִּקַּח אֵת מֶלֶךְ אָרוֹם וְהַעֲמַדְתָּ אוֹתוֹ עַל כִּסֵּא
מַלְכוּתוֹ בַּבַּיִת בְּבַיִת הָרְבִיעִי שָׁהוּא שָׁחוֹר וְאֵת
הַמַּלְכָּה תוֹשִׁיב בְּבַיִת הָחֲמִשִּׁי וְהוּא אָרוֹם וְאֵת הַכְּלַל
הַזֶּה תִּקַּח בְּיָדֶךָ כִּי לְעוֹלָם הַמַּלְכָּה יוֹשֶׁבֶת בְּבַיִת
מִמִּין גִּוְנָהּ וּפִיל הַמֶּלֶךְ בְּצַד מַלְכּוֹ תָּשִׂים בְּבַיִת
הַשְּׁלִישִׁי וּפִיל הַמַּלְכָּה סָמוּךְ לָהּ בְּבַיִת הַשִּׁשִּׁי וּמַעֲמַד
פָּרָשׁ הַמֶּלֶךְ בַּבַּיִת הַשֵּׁנִי יִהְיֶה וְשֶׁל הַמַּלְכָּה בַּבַּיִת
הַשְּׁבִיעִי וַיֵּצֵא הָרוּחַ וַיַּעֲמוֹד וְאֵצֶל כָּל־פִּנָּה יֶאֱרוֹב
בַּבַּיִת הָרִאשׁוֹן וְהַשְּׁמִינִי וּשְׁמוֹנָה אִישׁ רַגְלִי יַעַמְדוּ
יַחְדָּיו עַל הַטּוּר הַשֵּׁנִי כָּל־אֶחָד לִפְנֵי אֲדוֹנָיו לְשָׁרְתָם
וּלְהִלָּחֵם מִלְחֲמוֹתָם וּבְסֶדֶר הַזֶּה יַעֲרוֹךְ בַּעַל מִלְחַמְתְּךָ
אֵת אַנְשֵׁי צְבָאוֹ מִקָּצֵהוּ וְיַעַרְכוּ מַעֲרָכָה לִקְרַאת
מַעֲרָכָה קְרַב אֶחָד מִקָּצֵהּ מִזֶּה וּקְרַב אֶחָד מִקָּצֵהּ
מִזֶּה: וְאֵלֶּה מַסְעֵיהֶם לְמוֹצָאֵיהֶם עַל פִּי חֻקֵּי הַצְּחוֹק
הַזֶּה וְתוֹרוֹתָיו כְּדַת פָּרָס וּמָדַי וְלֹא יַעֲבוֹר אִישׁ וְלֹא
יְשַׁנֶּה אֵת תַּפְקִידוֹ לִפְקוּדָתָם בַּעֲבוֹדָתָם וַיְהִי בְּנָסְעָם
מִקֶּדֶם הָרֶגֶל הוֹלֶכֶת רִאשׁוֹנָה וְרַגְלֵיהֶם רֶגֶל יְשִׁרָה
בַּיִת אַחַת בַּיִת לְעֻמָּתָן לֹא תָשׁוֹבְנָה בְּלֶכְתָּן אַף כִּי
בַּתְּחִלָּה יֵשׁ לָהֶן רְשׁוּת לָלֶכֶת שִׁתֵּי בָתִּים וְאִם לִשְׁלוֹל
שָׁלָל וּלְבוֹז בָּז כַּוָּנָתָן כְּיוֹרֶה חִצִּים צִדָּהּ יוֹרֶה מִימִינָם
וּמִשְּׂמֹאלָם: הָרוּחַ הוֹלֵךְ בְּמַעְגְּלֵי יוֹשֶׁר אֶל כָּל־אֲשֶׁר
יִהְיֶה חֵפֶץ הָרוּחַ לָלֶכֶת יֵלֵךְ אַךְ אֵין דָּבָר יִהְיֶה חוֹצֵץ
בֵּין הַמָּקוֹם אֲשֶׁר הוּא שָׁם לַמָּקוֹם אֲשֶׁר יָבוֹא שָׁמָּה:
וְהַפָּרָשׁ

gem rubrum ipsumque constitues super thronum regni sui in domo, viz. in domo quartâ, quæ erit nigra: & Reginam sedere facies in domo quinta, quæ erit rubra. Et hanc regulam sumes in manu tua, quod Regina semper sedeat in domo sui coloris. Elephantem Regis pones ad latus regis sui in domo tertiâ: & Elephantem Reginæ prope ipsam in domo sextâ. Et statio Equitis Regis in domo secundâ erit; & Eques Reginæ in domo septimâ. Et egredietur Ruch & stabit, & ad singulos angulos insidiabitur in domo primâ & octavâ. Et 8 viri Pedites stabunt simul super ordine secundo, unusquisque coram domino suo, ad serviendum eis, & ad bellandum bella eorum. Et juxta hunc ordinem disponet adversarius tuus viros exercitus sui, ab alterâ extremitate. Et disponent aciem contra aciem, prælium ab una parte hinc, & prælium ab altera parte illinc. Ista sunt itinera eorum secundum exitus eorum, secundum hujus Ludi statuta, & Leges ejus, secundum Leges Mediæ & Persiæ quas non transgredietur quisquam, nec alterabit nec mutabit commissionem suam secundum mandatum suum in functione suâ. Cum initio proficiscuntur, Pedes incedit primo, quorum pes est pes rectus: per domum post domum recta tendunt; nec revertuntur cum incedunt: quamvis in principio sit illis privilegium eundi per duas domos. Sed si ad prædandum prædam & ad spoliandum sit intentio eorum, tanquam sagittarius ad latus jacit ad dextram vel ad sinistram. Ruch incedit per semitas rectas; quocunq; erit voluntas Rucho eundi, ibit: verum ne sit aliquid discriminans inter locum ubi est & locum ad

וְהַפָּרָשׁ מַעֲלֶה עַל מֶרְכָּבָה מְרַקֶּדֶת מְדַלֶּגֶת וּמַפְסִיעַ
פָּנִים וְאָחוֹר עַל רָאשֵׁי הָאֲנָשִׁים אַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה
וּמְקַפֵּץ עַל טוּר אֶחָד וְהוֹלֵךְ לְטוּר הָאַחֵר לַבַּיִת אֲשֶׁר
נָגְרוּ וְהוּפַךְ לִימִין אוֹ לִשְׂמֹאל וְיוֹשֵׁב בַּבַּיִת הַסָּמוּךְ לוֹ
מִשָּׁנָה בְצֶבַע מִן הַבַּיִת אֲשֶׁר יָצָא מִשָּׁם: וְהַפִּיל מַפִּיל
אֵימָה וְהוֹלֵךְ לְכָל־צַד שֶׁיִּרְצֶה בַּאֲלַכְסוֹן אִם לֹא יִהְיֶה
טַעַם מַפְסִיק בֵּינוֹ לַמָּקוֹם אֲשֶׁר יֵלֵךְ אֶלָּיו וְאֵינוֹ מִשָּׁנֶה
צֶבַע לְעוֹלָם אַךְ וְרַק הַמַּלְכָּה כִּי עָלֶיהָ מוּטֶלֶת שְׁמִירַת
אַרְוֹנֶיהָ הוֹלֶכֶת בְּכֹחָהּ בְּכָל־אֹרֶךְ נַפְשָׁהּ וְהַלְיכוֹת
כֻּלָּם לָהּ מִלְבַד אֲשֶׁר לֹא תְשַׁנֶּה אֶת צֶבַע בֵּיתָהּ כְּדַרְכָּךְ
הַפָּרָשׁ וְאֵינָהּ מַקְפֶּצֶת: הַמֶּלֶךְ יוֹשֵׁב עַל כִּסֵּא מַלְכוּתוֹ
וְאֵינוֹ צוֹעֵר כִּי אִם מִבַּיִת לְבַיִת וְאֵינוֹ יוֹצֵא מִפֶּתַח
בֵּיתוֹ בְּכָל־עֵת רַק אִם הַשָּׁעָה צְרִיכָה לְכָךְ וְאִם אֶחָד
מִן הָעָם בְּמַסָּעוֹ לְפִי רְתִי הַמִּלְחָמָה הַזֹּאת יַגִּיעַ אֶל
מָקוֹם אוֹ יָבוֹא אָז יֵשׁ לוֹ כֹּחַ לְגָרְשׁוֹ מִמּוֹשָׁבוֹ וְלָשֶׁבֶת
הַחֲתָיו אוֹ אִם אֶחָד מִן אֲנָשָׁיו יִהְיֶה בְּרוּחַק וּבְצַעַר
וּבְלֶכְתּוֹ יָכוֹל לָבוֹא אֶל בַּיִת אַחֵר לִהְיוֹת סָמוּךְ לוֹ
לַעֲזוֹר לוֹ וְלַהֲצִיל לוֹ מַרְעָתוֹ אַל יִמְנַע טוֹב מִבַּעֲלָיו
אַךְ אַל יַבְהִל בְּרוּחוֹ לְכָעוֹס נֶגֶד אוֹיְבוֹ הִשָּׁמֶר פֶּן וְאִם
אִם הִכְרִיחַ אוֹתוֹ יִפְתַּח לוֹ אֶת־הַדֶּרֶךְ וְהָאוֹרֵב יָקוּם
מִמְּקוֹמוֹ וְרָעָה לוֹ מִכָּל־הָרָעָה אָכֵן אִישׁ חָכָם הוּא
הָרוֹאֶה אֶת הַנּוֹלָד וְכָל־מַעֲנֶלוֹתָיו מְפֻלָּס וְשׁוֹקֵל
בְּפֶלֶס חֲשִׁיבוּת וּמַדְרֵגַת כָּל־הַשָּׂרִים וּמִי וָמִי הַקּוֹרֵם
לַחֲבֵרוֹ

quem venturus est. Et Eques ascendit super currum saltantem, saltat & insultat super capita virorum belli anterius & retrorsum; transilitque unum ordinem, & tendit ad alterum, in domum quæ est è regione ipsius, vertitque se vel ad dextram vel ad sinistram, & residet in domo sibi proximâ quæ colore diversa est à domo ex quâ venerat. Et Elephas incutit terrorem, & incedit versus quamlibet partem oblique, si non sit aliquid impediens inter ipsum & locum ad quem tendit: & nunquam mutat colorem. Attamen Regina, cui incumbit custodia domini sui, incedit propriis viribus per omne desiderium animæ suæ, & quævis itinera sunt illius, præterquam quod non mutet colorem domus suæ uti solet Eques, nec saltet. Rex sedet super solio regni sui: & non graditur nisi de domo in domum: nec incedit à porta domus suæ quovis tempore, nisi horâ necessitatis ad hoc. Et si aliquis ex populo in profectione sua juxta leges hujus belli pervenerit usque ad locum inimici sui, tum erunt ipsi vires expellendi illum è sede suâ, & sedendi in loco ipsius. Vel si aliquis ex viris ejus fuerit in oppressione & angustiis, & in ambulatione suâ poterit pervenire ad domum aliam ut sit prope eum, ut juvet ipsum liberetq; ipsum à malo suo, non cohibebit bonum ab Heris suis. Verum ne præcipitetur spiritu suo ad indignandum contra inimicum suum: caveat, ne forte si percusserit inimicum, aperiat ipsi viam ut insidiatur, & surgat de loco suo, & malum ipsi sit præ omni malo. Verum vir sapiens est qui observat futurum, & omnes vias suas præponderat, & bilance ponderat dignitatem & gradum omnium principum, & quis, quis *inquam* præferendus sit alteri,

לַחֲבֵרוֹ לְעֵזֶר וְלָהוֹעִיל וְלֹא תֹאבֵד נֶפֶשׁ אֶחָד מֵהֶם
זֹאת וְאֵין צָרִיךְ לוֹמַר עוֹד כִּי הַמֶּלֶךְ גָּדוֹל מִכָּלָם וְיֵשׁ
לוֹ כֹּחַ לְהַצִּיל וְלַעֲזוֹר אֶת־עַמּוֹ אֲבָל אֵין שָׂרָיו וַעֲבָדָיו
מַנִּיחִים אוֹתוֹ לַעֲשׂוֹת כִּי הוּא כְּמוֹהֶם עֲשָׂרָה אֲלָפִים
וּכְמוֹתוֹ יִקַּח הַכֹּל הַמֶּלֶךְ אוֹיְבוֹ וְיִהְיֶה קֵץ הַמִּלְחָמָה
וּמִן הָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר הָלְכוּ עִמּוֹ לַמִּלְחָמָה הַמַּלְכָּה
קוֹרֶמֶת לְכָל־אָדָם כִּי דְרָכֶיהָ דַּרְכֵי נוֹעַם וְיֵשׁ לָהּ־
כֹּחַ וּגְבוּרָה לַעֲשׂוֹת חַיִל יוֹתֵר מִכָּל־הַשָּׂרִים אֲשֶׁר
אִתָּהּ: וְאַחֲרֶיהָ יֵצֵא הָרוּחַ כִּי לוֹ יָד וָשֵׁם עַל הַגִּבּוֹרִים
וְשׁוֹלֵחַ עֻזּוֹ מֵאַרְבַּע רוּחוֹת הַמַּחֲנֶה לִשְׁמוֹר אֶת
אַנְשָׁיו וּלְהַשְׁמִיד וְלַהֲרוֹג בְּאוֹיְבָיו: הַפִּיל חָשׁוּב
בְּמַעֲלָה וְשֶׁבַח עַל הַפָּרָשׁ אַךְ אָמְנָם לְפִי שֶׁהַפִּיל הוֹלֵךְ
בַּאֲלַכְסוֹן עַל בְּהֵי צֶבַע אֶחָד וְאֵינוֹ יָכוֹל לָלֶכֶת אֶנָּה
וְאֶנָּה וְאֵין לוֹ דְּרָכִים כְּמוֹ הַפָּרָשׁ לַעֲזוֹר לַמֶּלֶךְ עַל
הָאוֹיֵב חָסִים עַל הַפָּרָשׁ יוֹתֵר מֵהַפִּיל:

גַּם לִרְבּוֹת אֶת הָרֶגֶל אִישׁ רַגְלִי אֲשֶׁר אִם בְּכֹחוֹ
וּגְבוּרָתוֹ פָּנָה דֶּרֶךְ פָּנָיו וַיִּשַּׁע אָהֳלוֹ בְּטוּר הָאַחֲרוֹן
אֲשֶׁר הַמֶּלֶךְ אוֹיְבוֹ וְשָׂרָיו חוֹנִים עָלָיו אָז אֲרוֹנָיו
יַמְלִיכוּהוּ תַּחַת הַכַּלְכָּה אַךְ אִם עוֹר בַּחַיִּים חַיָּתָה
יִהְיֶה לְרֹאשׁ וּלְשֹׂר צָבָא תַּחַת אַחַר הַנֶּהֱרָג בַּמִּלְחָמָה
וְהָיָה שִׁבְרוֹ: אַנְשֵׁי הַצָּבָא הוֹרְגִים בְּכָל־שׁוֹנְאֵיהֶם
רַק אֶל הַמֶּלֶךְ אַף כִּי בַּעַל מִלְחֲמוֹתָם אֵין בָּאִים עָלָיו
בְּפַחַז פִּתְאוֹם אֶלָּא חוֹלְקִים לוֹ כָּבוֹד כִּי כַּאֲשֶׁר הַמֶּלֶךְ
נִרְחָף

teri, vel ad auxilium vel ad utilitatem, ne pereat vel una anima eorum. Hoc,& non opus est amplius dicere, quod Rex sit magnus & præ omnibus,habeatque potestatem liberandi & auxiliandi populum. Verum principes & servi ejus non permittunt ipsi egredi: nam ille est sicut decem millia eorum,& per mortem illius rex adversarius accipiet omnia, eritque finis belli. Sed inter homines euntes cum illo ad bellum, Regina præfertur cuivis homini; nam viæ ejus sunt viæ suavitatis, habetque vires & potestatem præstandi virtutem magis quam cæteri principes qui cum ipsa sunt. Et post ipsam prodit Ruch: nam ei est manus & nomen supra reliquos fortes. Mittet auxilium suum à quatuor plagis castrorum, ad conservandum viros suos, vel ad perdendum inimicos suos. Elephas dignitate & laude æstimatur præ Equite. Verum quia Elephas incedit tantum oblique super domos unius coloris, & non potest migrare huc vel illuc, & non habet vias auxiliandi Regem contra inimicum, uti habet Eques; ideo parcunt Equiti magis quàm Elephanti.

Jam ad dignitatem peditis, viri pedestris, qui si viribus & potentiâ suâ ita expediat viam coram se, ut figat tentorium suum in ordine ultimo in quo rex adversarius cum suis principibus castrametatur; tum dominus ejus regnare faciet ipsum loco Reginæ. Verum si illa sit adhuc in vivis, tum erit primarius vel dux in exercitu loco alterius alicujus interfecti in bello; quod erit merces ejus. Viri exercitus interficiunt quosvis inimicos suos: veruntamen contra regem quamvis adversarium non veniunt subito & repente, sed impertiuntur ipsi honorem, quod quando

rex

נִרְחַף לָצֵאת מִפָּנַי לוּחֲצָיו וְרוֹחֲקָיו אוֹמְרִים לוֹ שָׁה
כְלוֹמַר הַמֶּלֶךְ הִשָּׁמֶר לְךָ וּשְׁמוֹר נַפְשְׁךָ מְאוֹד וְאַף
כִּי אֵין מִדַּרְכּוֹ לָצֵאת וְלָלֶכֶת כִּי אִם מִבַּיִת לָבַיִת
יָכוֹל בְּשָׁעַת הַדַּחַק אִם הַמָּקוֹם פָּנוּי בֵּינוֹ וּבֵין רוּחוֹ
אוֹ רוּחַ הַמַּלְכָּה לָלֶכֶת אֶל בַּיִת אֶחָד מֵהֶם וְהָרוּחַ
יַעֲמוֹד כָּמוּךְ לוֹ לְחוֹמַת נְחוֹשֶׁת בְּצוּרָה וְאִם בְּכָל־
אֵלֶּה לֹא יוּכַל לְהַמָּלֵט מִיָּדָם כִּי הַשִּׁינוּ אוֹיְבוֹ עַד אֶפֶס
מָקוֹם לַמֶּלֶךְ לִנְטוֹת יָמִין וּשְׂמֹאל מַתָּרִים בּוֹ הַתְּרָאָה
אַחַר הַתְּרָאָה בְּאָמְרָם אֵלָיו שָׁה־מָת רוֹצֶה לוֹמַר
הַמֶּלֶךְ מֵת אוֹ הַמֶּלֶךְ מֻכֶּה בְּשָׁנְעוֹן וְתַמְהוֹן לֵבָב
וְקָרוֹב הוּא לְמִיתָה כִּי קַל מְהֵרָה יָבוֹא אֵידוֹ:
וְלַמְנַצֵּחַ הַיְקָר וְחַבָּבוֹר כִּי נָבַר עַל אוֹיְבָיו:

סוֹף וְקֵץ

rex sit impulsus ad exeundum propter oppressores arctantes ipsum, dicunt illi Shâh ; ac si quis diceret, ô rex cave tibi, & custodi animam tuam valde. Et quamvis non sit de viâ suâ egredi & migrare nisi de domo in domum, horâ tamen arctationis, si visus sit locus aliquis inter ipsum & Ruchum suum vel Ruchum Reginæ; poterit concedere ad domum unius eorum, & Ruch stabit juxta ipsum ad instar muri ahenei munitissimi. Et, si omnibus istis non poterit evadere ex manu eorum, (quippe assecuti sunt eum inimici ejus donec non sit regi locus ad declinandum vel ad dextram vel ad sinistram,) tum adhuc monebunt eum monitione post monitionem, tandem dicendo ad illum Shâh-mât, i. e. Rex mortuus est, aut Rex percussus est amentiâ & stupore cordis, & proximus est morti. Nam velociter cito venit calamitas ipsius. Victori autem erit honor & gloria, quia prævaluit contra inimicos suos.

FINIS.

HISTORIA
NERDILUDII,
hoc est dicere,
TRUNCULORUM;
cum quibusdam aliis

ARABUM, PERSARUM, INDORUM, CHINENSIUM, & aliarum Gentium Ludis tam Politicis quàm Bellicis, plerumque Europæ inauditis, multò minùs visis: additis omnium Nominibus in dictarum Gentium Linguis. Ubi etiam Classicorum Græcorum & Latinorum loca quædam melius quàm hactenùs factum est explicantur.

Item,

Explicatio ampliſſimi CHINENSIUM Ludi, qui eorum Politiam & modum perveniendi ad Dignitates in Aulâ Regiâ exponit, & egregio ac perampio Schemate repræsentat.

De Ludis Orientalibus Lib. 2dus, quem horis succisivis congessit THOMAS HYDE S. T. D. Linguæ Arabicæ Professor Publicus in Universitate Oxon. Protobibliothecarius Bodlejanus.

Præmittitur præcipuarum Materiarum Elenchus.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
M DC XCIV.

VIRO

AMPLISSIMO

ET

DOCTISSIMO

Dno JOHANNI

HAMPDEN

Juniori, Armigero,

PIETATIS ET BONARUM

LITERARUM

FAUTORI,

HOCCE

OPUSCULUM

humillimè offert

consecrátque

AUTOR.

EPISTOLA

DEDICATORIA.

HIcce Libellus (Vir Ornatiſſime,) ante multos annos conſcriptus, jam tandem in publicum prodire geſtiens, benigniorem Tuum (ut Fauſti Syderis) Aſpectum & Tutelam obnixè petit. Idque non quaſi Tibi Gratum facere poſſim, ſed potiùs primo in loco, (Gratitudine id poſtulante) ut hanc nactus opportunitatem, jure debitas propter tam promptè in me collatos Favores, reddam Gratias, eáſque maximas. Deinde, ut Tibi tanquam Judici maximè idoneo hoſce meos Labores ſubmittam. Cùm enim inter iſta Orientalia, Claſſicorum Scriptorum aliquammulta in hoc Libello exponantur Loca, eáque (ut ſpero) rectiùs quàm hactenùs factum eſt propriis ſuis Ludis applicata; cúmque in quâvis politiore Literaturâ tam Græcâ quàm Latinâ Te non ſit ornatior alter, operæ pretium fore credebam ad Te optimum & æquiſſimum harum rerum Æſtimatorem appellare: ut, ſi ſecurus quòd Tuo Arbitrio *non cadat*, *ſed recto ſtet talo* Libellus, Te *Calculum album* adjiciente,

adjiciente, de aliorum in hiſce rebus cenſurâ non ſim valdè ſolicitus.

Nec tantùm ut limatiſſimo Tuo in hac parte Judicio fretus hoc facio, ſed &, ut pro Tuâ in rem Literariam (me rogante) Liberalitate maximè gratus: quæ quidem Liberalitas eò plùs æſtimanda eſt, poſt tot & tam injuſtas Exagitationes, quibus Tua multùm imminuta fuit & penè exhauſta Subſtantia. Et tamen poſt omnia, non deſinit Tua Benevolentia nec erga Literas nec erga Reformatos ad nos confugientes, quorum multos (ob Religionis Amorem) conſtante & indefatigatâ Munificentiâ alis, & annuis Stipendiis ſuſtentas,

Scio quidem Te talem eſſe qui Laudem nec quæris, nec eâ à nobis indiges: nam quid opus eſt Verbis, cùm Facta videamus, quæ loquuntur meliùs quàm imbecillis Calamus eloqui valeat? Nihilominùs tamen, Amicos vera dicere nil vetat: ideóque quamvis alia multa taceam, hoc non poſſum tacere, quòd Te procurante, aliquando proditurum ſit quoddam antiquiſſimæ Literaturæ Genus, (cujus parvum aliquod Specimen redeunte Anno fortè lucem viſurum ſit,) ad quod (ut Europæ jam primùm producatur, & literato Orbi poſtliminiò reddatur,) in bonarum Literarum Decus, & Doctorum ac Curioſorum commodum & delicias, ſumptus facere non detrectâſti.

Plura

Plura hoc tempore addere supersedeo, humiliter rogando, ut hæc (uti reverâ res est) ex grati animi affectu processisse interpretari velis, ab eo qui est

Tuæ Amplitudinis

sincerus & promptissimus Servus

THOMAS HYDE.

Dabam è Bibliothecâ Publicâ Oxon. X. Nov. M DC XCIV.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

INter eos qui de Ludis scriptitârunt, pauci sunt qui susceptum pensum ritè absolverunt; idque partim quia aliqui eorum obiter & tanquam Parergon eos tantùm tetigerunt, & non ex professo tractârunt, ideóque non rimati sunt omnia quæ ad illum Scopum faciebant: partimque quia tam ii qui obiter quàm qui ex professo eos tractârunt, Linguis Orientalibus destituti in ipso limine titubârunt, statuendo Shahiludium *esse Romanorum* Latrunculos, *cùm id reverà non fuerit illis notum: & iste error in principio, malè posito fundamine, illos posteà in alios errores duxit.*

Aquam itaque eruditorum manibus hac in parte hærere videns, animum induxi hanc rem (Orientalis Literaturæ ope) feliciore successu præstari posse. At postquam hunc (qualiscunque sit) Libellum conscripseram, multos annos in Angulo jacere sineham, subdubitans an eundem evulgarem. Sed tandem jacta est Alea, ut è tenebris erutus lucem videat, & tanquam Præludium aliorum Opusculorum quæ præ manibus habeo, prodeat. Abito itaque, & jam

Parve----Liber ibis per urbem.

Et nunc ad finem vergente anno, & instante Saturna-

turnalium Romanorum tempore, (vel quando nobis etiam Ludis vacare liceat in Natalitiis Feriis,) ut canit Horatius Lib. 2, Satyr. 7,

—— Age, libertate Decembri
Quando ita Majores voluerunt, utere.

Et cùm hoc ſit præcipuum Ludorum tempus, Lectori hanc novi anni Strenam porrigo, ſuadens ut ſequatur Martialis conſilium Lib. 4, Epigr. 14, *ad animi refectionem moderatè ludendo,*

Paullùm ſepoſitâ ſeveritate,
Dum blandâ vagus Aleâ December
Incertis ſonat hinc & hinc Fritillis,
Et ludit rota nequiore Talo,
Noſtris otia commoda Camœnis.

Priùs autem quàm manum de Tabulâ tollam, Lector monendus eſt, quòd in Ludis puris putis Orientalibus ſeu in ſolo Oriente uſitatis, ludendi modos (quantum poſſum) docere ſatago. Sed in aliis quibuſdam Ludis in Europâ benè notis (quamvis origine Orientales ſint,) ludendi modos non ſemper proſequor, cùm ferè quiſque me multò meliùs eos calleat, & me tales docere queat. Meus autem de Ludis ſcribendi Scopus, (quem me attigiſſe ſpero,) eſt quos tractavi Ludorum & omnium rerum ad eos ſpectantium Nomina docere, artem circa illa criticam exercere, veterum de eis loca explicare, eáque propriis ſuis Ludis applicare, & ſingulorum Ludorum Originem & Inventorem & Antiquitatem perſcrutari. Hacque ritè præſtitiſſe,

ſtitiſſe, mihi ipſi planè ſufficit, & aliis ſufficere poſſe cenſeatur.

Si autem alicui omnes ludendi modos noſtratibus notas perſequi libet, eum ad Libros luſorios Anglicè ſcriptos remitto, & ut tales inde petat relinquo: cùm hoc ſolum ſcripto tradidiſſe, integrum Librum impleviſſet, & hunc noſtrum ultra juſtam molem excreſcere feciſſet. Hoc tamen de quovis Ludo heic in genere dicatur, quòd ſcil. ludendi methodo priùs probè perſpectâ, quiſque pro virili propriam ſuam innatam artem colere & aſtutiam adhibere debet, ut ſuas partes tueri, & adverſarium vincere & paſſundare poſſit; quod à cujuſque meliore indole & diligentiâ & induſtriâ pendet. Nam quamvis omnes per eaſdem Regulas primò ludere diſcant, alii tamen poſteà per inſigniorem perſpicaciam & peculiarem genium naturalem alios ſæpe vincere & ſuperare valeant. Et hoc certè nec doceri nec ullis præceptis alicui inſtillari aut cum eo communicari poteſt; ſed (ubicunque ſit) ingenitum eſt & nativum, per praxin & exercitium creſcit, & pro natâ occaſione prudenter adhiberi ſolet. Ideóque cùm prolixæ in hac parte Inſtructiones ſemper mihi ſupervacaneæ habitæ fuerint, vel prorſus ab eis abſtinere, vel ſaltem parciùs de eis agere commodius viſum eſt. Vale.

ELENCHUS CONTENTORUM

LIBRI SECUNDI.

De Nerdiludii Nominibus in variis Linguis, p. 1, 2, &c. *Quid hoc Nomine significetur*, 3. *Refutatur Arabum derivatio à Rege Ardeshir, & Glossator Talmudicus, & Phil. Aquinas*, 3, 4, 25, 26, 62. *Nomina Hibernica*, 5. *Alvei seu Tabellæ nomina variis linguis*, 5. *Alvei magnitudo*, 7. *Alvei forma, & Ductuum Nomina*, 8, 9, 12. *Emendantur Ovidius & Quintilianus & Cicero*, 9, 10. *Factuum seu Punctorum nomina*, 12. *Drama seu Comœdia Persica*, 13. *Josephi historia dramatica*, 14. *De Tesseris seu Aleis & earum nominibus in variis linguis*, 17, 18, &c. *Quid sit Datatim ludere*, 18. *Humani corporis Os cubicum*, 19. *Punctorum nomina*, 20. *De Calculis seu Orbiculis, & eorum nominibus*, 20, 21, &c. *De Calculorum materiâ*, 22, 23. *Quid sign. Nerd, & de Trunculis leoninis*, 24, 25, 26. *Emendatur locus Talmudicus*, 29. *De Turriculâ, Fritillo*, &c. *eorum nomina & descriptio*, 27, 28, &c. *De Tesserarum Factibus & Lusibus, cum aliquot Vocabulis lusoriis*, 30, 31, &c. *Exponitur locus Ovidianus, & alius Terentianus*, 32, 33. *Corrigitur Souterius & Turnebus*, 34. *Quid sit Calculum dare, reponere, reducere*, ibid. *De particularibus Lusibus Nerdiludii*, 35. *De Ourch seu l'Ourch*, 36, 37. *Quid sit* Gamon *&* Back-gamon, *nova explicatio; & de consue-*

consuetudine apud Dunmow *in Essexiâ*, 37, 38. *De* Irish *&* Warkeer, &c. 39. *De Speraino & Lusibus Italicis*, 40. *De Indorum Lusibus desperatis, quibus ludunt pro Digitis & pro Corporis emancipatione*, 41, 42, 43, 44. *Zenonis Imperatoris Lusus Græcè descriptus*, 44, 45, 46, 47. *Quid sit* γεροντικῶς *ludere*, 47. *Quinam sit Nerdiludii scopus*. 48. *Descriptio Persica ex Libro Shâhnâma*, 49, 50, 51. *Descr. Arabica ex Sephadi & Ibn Chelicân*, 52, 53, 54. *Descr. Arabica ex Sokeiker Damasceno*, 54, 55, 56. *Descr. ex Græcis, ubi corrigitur Rutgersii Versio*, 57. *De Nerdiludii antiquitate*, 58, 59, &c. *Parysatidis nomen Pers.* 63. *De Nerdiludio Chinensium*, 65, &c. *De Indorum Ludo Tchûpur*, 68, 69. *De Ludo promotionis Mandarinorum in Aulâ Regiâ apud Chinenses*, 70, 71, &c. *ad* 101. *Quid sit Alabarda*, 71. *Tritici, Hordei*, &c. *nomina Sinica*, 87. *Hist. Aleæ, ejúsque nomina variis linguis*, 101, 102, &c. *Animadvertitur in Jesuitarum Versionem Persicam Psalmi I, & lepidum narratur*, 103. *Cur Cubus sic vocetur*, 104, 105. Κυβεία, *Diagrammismus, Pleistobolinda*, &c. 105, 106. *Ludus proæresimus, & quid sit in Punctum ludere*, 106. *Hesychius & Eustathius taxantur*, 107, 108. *Cubus non semper Tessera, sed & Punctum, & quid sit As*, 108. *Tesserarum nomen Græcum & Turcicum, & de Aleatoribus*, 109. *De Aleæ Inventione & Antiquitate*, 110, &c. *An Alea sit licita, ex sententiâ Justiniani*, 115. *Ex sententiâ Mohammedanorum, & Græcorum*, 116, 117. *Clericus Inspector ludi excommunicandus, multò minùs Lusor*, 118. *Ex sent. Jureconsultorum Europæ, & Latinorum Romanorum, & Claudii Imp. pœna in Inferno*,

ferno, 118, 119, 120. *Judæorum Talmudicorum*, 121. *Lepidus discursus inter Jacobum & Angelum*, 121, 122. *Summa Libri* Sûr merâ' *pro Ludis & contra eos, & duæ Cantilenæ Hebraïcæ ex eodem*, 122, 123, &c. *Ludus Aleæ illegitimus per Leges Angliæ*. Ibid. *Hist. Talorum, & eorum nomina variis linguis, ubi Cicero taxatur de Talis & Taxillis*, 129, 130, 134, 135. *De* Hocktide *& Danicidio apud Anglos*, 137, 138. *De Talorum materiâ & numero*, 139. *De Talorum lateribus & eorum nominibus Lat. & Græcis*, &c. 140, 141, &c. 154, 155. *Laterum figura*, 143. *Quid Orientales designant per Tali Tatera*, 144. *De Instrumentis luforiis quæ sunt Pyrgus, Pyxis, Fritillus*, &c. *De ludendi modo apud Suetonium, & apud Erasmum*, 152. *De Jactibus taxatur Meursius, & alii*, 156, 157, &c. *Quid sit* Talus rectus *ex Cicerone*, 160, 161. *Jactus Veneris*, 162, 163. *Varii Talorum Lusus docentur prout apud Orientales exercentur*, 164, 165, &c. *De Ludi Talorum antiquitate*, 172. *Hist. Damiludii seu Latrunculorum, ejusque Nomina*, 173, 174, &c. *Taxantur neoterici de nomine* Dames, 176, 177. *Latrones & Latrunculi non erant Fures*, 177, 178, &c. *Latrunculi quales, non Laterunculi*, 179. 180. *Modus ludendi sec. Hispanos*, 181. *De Tabellâ, & Calculis, & de ratione ludendi*, 182, 183, &c. *Secundum Romanos*, 185, 186, &c. *Exempla ex Senecâ*, 188. *Qualis olim fuerit Imperator, & quid sit* Imperator exire, 189, 190. *Ludus* Ilnis, 192. *De Latrunculorum antiquitate*, 193, 194. *De circumventionis Ludo apud Chinenses, primò sec. Jesuitas*, 195, 196. *Deinde rectius sec. Chinensem nostrum, cum Schematibus*,

tibus, 197, 198, &c. *Hiſt. Triodii, cum nominibus ejus variis*, 202, 203, &c. [Pag. 202, lin. 22, *poſt* commutabiles, *adde* Superior vox Materis (in Francorum Bello Sancto in Palæſtinâ geſto) ab Orientalibus accepta, irrepſit inter Perſas, quibus مترس *Matras* ſeu *Materu*, & Turcis مترز *Materiz*, eſt *Clava magna* ſeu *Oblongum lignum* aut *tignum* quo ceu Conto pugnatur, quóve ceu Repagulo ſive Peſſulo janua fulcitur & clauſa ſervatur. Significat quoque *Longos Palos* ex quibus erectis & humo infixis conficitur Loricatio pro Militibus defendendis, *vulgò les Paliſado's*. Fruſtrà D. Golius conjicit ſic dictum, q. d. مدترس *ma-ters, noli timere*, ſc. his Lignis adhibitis. Aliàs autem *Sepimentum ex Tignis Paliſve aut Longuriis* conſtans, Arabicè vocatur جفلك *Gjaphlak*, Perſicè درابزين *Darâbazîn*. Sic D. Golius ex *Camûs*, cujus autoritas in Perſicis non multùm valet; quippe qui (ejúſve Scriba) in eis haud ſemel erraverit. Cùm autem talis vox apud Lexicographos Perſas non extet, nullus dubito quin in *Camûs* reſcribendum ſit درازين Dirâzîn *ſeu* درازينه *ſeu* Dirâzîna, *i. e.* Longuriale, *ſeu* ex Longuriis conſtans res.] *Refutatur Bulengerus, & Oudin*, 202, 203. *Multa corrupta nomina taxantur & emendantur*, 204. *Triodii Schema ſeu forma, & Perſ. nomen Siderè explicatum*, 207, 208, &c. *De Inſtrumentis ludendi, & de hujus Ludi antiquitate*, 213, 214. *De Ludo Sinico ſubjugandi Rebelles*, 214,

214, 215, 216. *Tâbiludium, ejúſque Nomina, & Schema ejuſdem*, 217. *Inſtrumenta luſoria, & modus ludendi*, 218, 219, &c. *De Ludo Kiôz, & ejuſdem Schema*, 223, 224. *De Ludo Charîgj ſeu exeundi ad Militiam*, 225. *De Ludo Máncala*, 226, 227, &c. *De Hanzoanitarum Ludo Ufûba & Húlana*, 233. *De Ludo Magiſter & Servus*, 235. *De Ludo Ovorum*, 237, &c. *De Ludo Giitûcum*, 240. *De Ludo Hippade*, 241, 242. *Habâba, ſeu inequitandi Ludus*, 243, 244. *De Tchenghi Ludo Conſtantinopolitano*, 245, 246, &c. *De Pila Ludis*, 250, 251, 253. *Ludus trium Paſſuum*, 253. *De Ludo Hágfêgj*, 254. *Ludus Caſhcûſhi*, 255. *Ludus Bókeira*, 256. *Ludus Tâgj*, 257. *Ludus dictus Turbo*, 259, 260. *Ludus Par impár*, 261. *Ludus Phial*, 261, 262. *Ludus Furum & Vigilum*, 262. *Chytra ſeu Chytrinda*, 263, 264. *Collabiſmus*, 265, 266. *Saltatio*, 268. *Ludus Tâbel*, 269. *Nuciludium*, 270, 271. *Ludus Cûs*, 272. *De Ludo Puſhtek*, 273. *De Micatione Digitis*. Ibidem.

Rogatur

Rogatur Lector ut priusquàm lectionem aggrediatur, sequentia Errata corrigere velit, ut meliore cum fiduciâ in lectione procedat.

Pag. 20. *ult.* Calces. *Vide etiam* Calcem p. 182. Pag. 22. l. 9, 10, *dele hæc verba* Nam hoc vult Vitreus miles, ut apud Classicos Autores legitur; *incautè enim irrepserunt, cùm* Vitreus miles *ad Latrunculos pertineat.* 28. 10, dicebantur. 45. *ult.* inenarrabilibus. 49. 15, *pro* Indorum, *lege* Persarum. [pag. 81. 5, 6, *adde* seu Oûï sive Yûnd. *Ibid.* l. 11. *lege* Savdâsh *contractè pro* Savàsh-dâsh, *id est*, militiæ comes seu Commilito.] 106. 18, 21: & 107. 3, 8, *pro* πεπτεία *lege* πεττεία. 109. 15, πρηματίκτης. [110. 9, *pro* Arîr *potiùs lege*, Azîr *ex linguâ Persicâ, est* Clamor & Ovatio.] 145. 20, genere.

Farther directions for the Book-binder.

First there is a generall Title-page in breif of the whole work, with the Licenſe on the Back of it.

Then there is a larger Title-page to the firſt part of the firſt Book.

And the whole work being divided into two Books, the firſt Book is in two parts; 1, *Shahiludium* in Latine, with its diſtinct Title-page; 2, *Shahiludium* in Hebr. for which Hebrew there is alſo a diſtinct Title-page printed apart, which muſt be prefixed to the ſayd Hebrew Treatiſe.

The ſecond Book about the other Eaſtern Games, which begins with *Hiſtoria Nerdiludii*, is one ſingle part, and hath a diſtinct proper Title-page which muſt be prefixed to it.

The Directions for placing the Schemes, and for ſprinkling the Leaves of the two Books with different Colours, (though bound in one Cover,) is placed after the Preface and Contents of the firſt part.

HISTORIA NERDILUDII.

§. I. *De Nerdiludii Nominibus.*

HIC Ludus Anglis vocatur Tables, Germanis Bretſpiel, i. e. *Tabulæ Ludus*: Hiſpanis *Iuego de las Tablas*, ſeu *Tablas Reales*: Italis *Tavole*: & hiſce duabus Gentibus aliquando *Dado*, propter *Dados* ſeu *Aleas* quibus luditur, quod tamen Nomen ſimplici *Aleæ* competere potiùs videatur. Mediæ ætatis Græcis dicitur τᾶβλα ſeu ταῦλα, quòd quidem Nomen ad Turcas & Syro-Arabes tranſivit. Hæc autem omnia ſunt nil niſi Latinum vocabulum *Tabula*, quod quidem Nomen ab eis qui Chriſto citeriores, huic Ludo inditum fuiſſe neceſſe eſt; cùm apud nullum nec Græcorum nec Latinorum qui Chriſti ſeculum præceſſerunt, nomen ταῦλα ſeu *Tabula* hoc ſenſu uſurpatum reperiatur.

Auſonius habet *ad Tabulam ludere*, quod eſt diverſum à *Tabulis ludere*: illud enim eſt hunc Ludum cum Teſſeris & Calculis exercere, hoc verò meris Teſſeris ludere, quod modernis Græcis dicitur ταβλίζειν, & τάβλαις ſeu ταβλίοις καὶ κύβοις παίζειν: nam κύβος, τὸ ταβλίον, ut in Grammaticorum Gloſſis. Ταβλισῆς, in infimâ Latinitate *Tabliſta*,

liſta, eſt is qui ludit; & Ταβλιοπάροχος qui *Tabulam & Teſſeras* Luſoribus exhibet parátque. Galli videntur ſuas *Tablas* pro *Calculis*, & *Tablarium* pro *Alveo luſorio* accipere: aliàs vox *Tabla* totum hunc Ludum denotari poſſit.

Nerdiludii antiquius Nomen apud Romanos, erat *Alveus & Calculi*, ut habet Valerius Maximus. Plerumque autem dicebatur *Duodecim Scriptorum Ludus*: non ut quidam Codices impreſſi malè legunt *Duodecim Scruporum*; cùm duodenarius Scruporum aut Calculorum numerus nullum in hoc Ludo locum aut uſum habeat. De hoc autem infrà fuſiùs dicetur.

Apud veteres aliquando vocatus eſt Κυβεία, idque Synecdochicè, quia partim Κύβοις ſeu *Teſſeris*, partimque *Calculis* ſeu *Fruſtulis* ligneis exercebatur. Hoc autem Nomen propriè & abſolutè ſumptum, ſimplicem *Aleam* quæ ſolis Teſſeris exercetur, notat. Et idem dicendum eſt de Judæorum קוביא *Kubîa*, à Græcis mutuato Nomine. In linguam quoque Arabicam receptum eſt *Cûba*, tanquam irreptitium vocabulum, quod apud Camûſi Autorem extat: ejus quoque meminit Ecteri, his verbis Turcicè, الكوبة درن ديين كلري ايدون *AlCûba eſt Ludus quem dixerunt Nerd.*

Apud Platonem hic Ludus ſubinde audit Πεττεία, catachreſticῶς. Nam hoc nomine propriè alius intelligitur Ludus, qui infrà in *Alea* Hiſtoriâ explicabitur. Sed apud mediæ ætatis Scriptores, Κύβοι, & Πέτλοι ſeu Πέσσοι, & Ἀστράγαλοι promiſcuè

miſcuè uſurpantur & paſſim confunduntur. Ideóque oportet horum Autorum Lectores benè attendere ad materiam de quâ agitur, ut ita ex eâ potiùs quàm ex mero & nudo Nomine valeant dignoſcere quinam aliquando Ludus tractetur. Hæc autem tanta confundendi Nomina licentia inde forte accidit, quia ex *Aleæ* ſpeciebus ſunt dicti tres Ludi: quibus itaque dicta Nomina quæ ſpecialia ſunt, tanquam generalia eſſent, à quibuſdam pro lubitu quandoque promiſcuè impoſita fuêre.

Hic Ludus linguâ Japonicâ dicitur *Sugurócu*, Indicâ Sanſcreticâ *Dûta*, Malaïcâ جوج *Gjûgjy*, Georgianâ ſeu Ibericâ ნარდი *Nardi*, quod à veteribus Perſis mutuò acceptum eſt. Hic enim Ludus per totum fere Orientem notus eſt antiquo ejuſdem Nomine Perſico نرد *Nerd*: ideóque nos illum *Nerdiludium* nominavimus. Cumque *Nerd* ſit *Truncus arboris* ſeu *Truncus ligneus* quivis, non dubitavimus hunc Ludum aliàs nuncupare *Trunculorum Ludum*, quia erectis Trunculis ligneis olim ludebatur.

Aliquando Perſicè vocatur نردشير *Nerdſhir*, unde eſt in Gemarâ Talmudicâ נרדשיר *Nardſhir*. Ibn Chelikân & AlSaphadi Arabes volunt hoc contractum eſſe pro نرد اردشير *Nerd Ardeſhîr*, quaſi hic Ludus ſic denominatus fuerit à Perſarum Rege اردشير بابكان *Ardeſhir Babecân*, tanquam ab Inventore. Hocque (quamvis falſum ſit, ut infrà monſtrabitur,) quibuſ-

dam tamen Judæorum anſam dedit appellandi iſtum Ludum אשרשיר *Aſdeſhîr*. Sic ille Judæus (quicunque fuerit,) qui eſt Interpolator Libri *Cózari*, de quo in Prolegomenis. Hanc autem dicti Nominis tam malam ſcriptionem ſumpſerunt ab Arabibus qui recepto errore conſtanter in omnibus ſuis Libris, pro Rege اردشير *Ardeſhîr*, ſemper ſcribunt legúntque ازدشير *Azdeſhîr*. Errat verò peſſimè Gloſſator Talmudicus, exponendo quòd נרדשיר *Nardſhîr* ſit אישקקש *Eſcacques*. Errat quoque Philippus Aquinas in Lexico Hebraïco, dum ibi exponit נרדשיר *Nardshîr* Arabicè denotare *Dade. Alnerd*, i. e. *Teſſeras Nerdicas*, ſeu עצם המצחקים *Oßicula Luſorum*, & *quamvis rem quadratam*; cum non tantùm *Teſſeras*, ſed etiam *Orbiculos* & totum iſtum Ludum denotet. Inter hæc autem aliàs fortè fortunâ ſat rectè habet, quod in *Perek* אף על פי, dictum נרדשיר *Nardshîr* ſeu *Nerdshîr* ſit צחוק בקיביא *Ludus Cubiæ*, i. e. *Tabula*: niſi fortè per *Cubîam* intelligat *Shahiludium*, uti Judæi aliquando impropriè id vocant.

Et ut apud poſteriores Latinos & Græcos hic Ludus dictus eſt *Tabula*, ab *Alveo* luſorio (ad inſtar *Tabellæ*) in quo exercebatur; ſic aliquando etiam apud Perſas vocatur ششدر *Sheſhder*, quod propriè *Alveolum* tantùm notat, ut infrà docebitur.

Sunt apud Europæos qui à ſono ſumptum generale Nomen huic Ludo indiderunt *Trictrac*: quod tamen alii poſtea ad peculiarem aliquem

Tabulæ

Tabulæ Luſum traxerunt eique appropriârunt, ut infrà dicetur. Sed ab eâ aliarum Gentium denominatione diſcrepantiſſima eſt hujus Ludi appellandi ratio apud Hibernos, qui eum jam olim in ſuâ Linguâ nominarunt Fitceall *Fidhcheall*, quod vulgari eorum pronuntiatione ſonat *Fichall* ſeu *Fikall*, uti aliquando me docuit ſuæ linguæ callentiſſimus Hibernus D. *Tully Conry*, qui tunc erat Honoratiſſimi Ducis Ormondiæ ſervus, & olim fuerat Nobilis alicujus Familiæ Genealogiſta, & tandem Oxonii obiit. Hoc ſec. vim vocis ſignificat *Ligneum-difficile intellectui* : nam Fiò eſt *Ligneum-intricatum* quiddam ſeu *Ligneum-difficile* aliquid, nempe Intricatum quiddam ex ligno factum ; & Ceall eſt *intellectus* : q. d. Ludus difficilis intellectui, cujus Inſtrumenta fiunt ex ligno. Quàm malè exaſciatum Nomen !

---

§ II. *De Nerdiludii Tabella, ejuſque materia & forma.*

APud Martialem in Epigram. Lib. XIV. 17, *Tabula luſoria* legitur pro Epigrammatis Lemmate ubi de hoc Ludo agitur. Galli infimâ ſua Latinitate *Tablarium* aliquando vocant. Italicè dicitur *Tavoliere de giuocare*, Hiſpanicè *Tablero* ; Gallicè *Tablier*, & minùs rectè *Damier*:

Germanicè **Bretstein**; item **Spielbert**, **Jarkeerbert**, **Tictac-bert** seu **Trictrac-bert**. Arabibus audit رقعة النرد: *Ruk'a* superiùs in *Shahiludio* exponitur. Persis appellatur تخته نرد *Táchtahi Nerd*, i. e. *Tabella Nerdica*. Bernardo da Parigi in Lexico Italico-Turcico dicitur تاولی تختهٔ یی *Tawuli táchtaſi* & تاولی پولي *Tawuli pôli*, quæ utraque ſignificant *Tabulæ Tabellam*. Aliquando etiam videtur ſimpliciter vocari پول *Pôl*; quo item Nomine Turcæ aliàs vocare ſolent ſuum *Abacum Nummarium*, qui oblongus eſt, ſcutiformis, limbo inſtructus, quem ſubinde alio Nomine vocant آقچه تختهسی *âkţcha táchtaſi*, *Tabellam nummariam*, in quâ pecuniam ſuam numerare ſolent. Cúmque *Pôl* ſit *Planities*, à Ruſſico *Pôlie*, i. e. *Campus*, *Area*, (unde *Polonia* nominata eſt *Pôl-land*, q.d. *Terra plana*,) ſuſpicor modernos Turcas mutuâſſe hoc vocabulum à Polonis aut Ruſſis, ad ſignificandum quamlibet rem planam, qualis eſt *Tabella*, ſive ſit Nummaria ſive Luſoria. Sed omninò diverſum eſt à Perſico پول *Pûl*, de quo infrà. Linguâ Indicâ Sanſcreticâ vocatur *Chokiput*, cujus Characteres infrà viſuntur.

Quia verò Tabula luſoria aliquantulùm excavata fuit, ne inter jaciendum excidérent Teſſeræ, ideò alio etiam Nomine veteribus Latinis dicebatur *Alveus* ſeu *Alveolus*. Hoc Nomen extat apud Valerium Maximum VIII. 8, *Scævola Alveo & Calculis vacâſſe interdum dicitur, poſtquam benè*

benè & diu jura civium & caremonias deorum ordinâſſet. Et propter excavatam formam, Perſis etiam ſubinde appellatur طاس *Tâs*, quò propriè notatur *Pelvis* magna, ſeu Pelviforme quidvis minùs profundum. Hujus meminit *Megidi* in Hiſtoriâ Regum Perſiæ, & quoque Anonymus Autor in Hiſtoriâ *Mihræ & Jovis*, ubi Perſonæ Dramatis *Nerdiludium* exercentes introducuntur hiſce Verſibus,

بطاس وكعبتين چرخ واختر
قضايا باخته با وي برابر

Alveolo Orbium-cœleſtium & Teſſeris Stellarum, Fortè ludebat alteri oppoſitus.

Si Alveolorum materiam ſpectemus, plerumque fiunt ex Ligno. Romæ autem in Piſcinâ publicâ prope Armiluſtrium in Vineâ, olim reperta eſt Tabula marmorea, cujus Iconem exhiber Salmaſius in Notis ad Flavium Vopiſcum, pag. 467. Hæc autem Tabula propter ejuſdem Inſcriptionem videtur fuiſſe ex piis fraudibus vel ſaltem ſuperſtitionibus Chriſtianorum veterum. In Oriente aliquando ex Auro aut Argento fieri ſolet *Tâs* ſeu *Alveolus* Regum & Magnatum.

Alvei apud veteres magnitudo noſcitur ex Plinio, qui Lib. XXXVII, cap. 2, ſic deſcribit, *Tranſtulit Alveum luſorium cum Teſſeris è duabus Gemmis, latum pedes tres, longum pedes quatuor.* Et, ut hodiè tam Teſſeris & Calculis quàm Scachis

chis in eâdem Tabellâ luditur, viz. illis in adverſâ parte, his in averſâ; ſic (ut videtur) olim aliquando in eâdem ſed diverſis lateribus, tam Teſſeris quàm Latrunculis ludebatur; quod colligitur ex Martiale,

Heic tibi bis ſeno numeratur Teſſera puncto,
Calculus heic gemino diſcolor hoſte perit.

Quoad Alvei formam externam, apud Europæos conſtat duabus Valvulis, quæ commodioris portationis cauſâ pro libitu complicari poſſunt. Olim verò non ita: ſed conſtabat ex uno integro Ligno, Lapide, aut Metallo ſignato *Bis duodecim* aut *Quater ſenis Ductibus*, (quas *Lineas* ſeu *Vias* Iſidorus vocat,) ut ita uterque Colluſorum Duodenarium Ductuum numerum poſſideret. Hæc eſt Tabulæ interior pars quam dictus Iſidorus, de figuris *Tabulæ*, ſequente modo deſcribit, *Sed & ipſas Vias ſenariis Locis diſtinctas propter Ætates hominum, trinariis Lineis propter Tempora, argumentantur, inde & Tabulam ternis deſcriptam dicunt Lineis.* Intima itaque dictæ *Tabulæ* pars (Hiſpanis peculiari Nomine dicta *Tablaje*,) ſignari ſolebat Duodenis *Ductibus* ſeu *Lineis* (ubi Calculorum ſedes) quæ Anglicè vocantur the Points of the Tables, ſcil. *Puncta* ſeu *Mucrones*, quia ad inſtar Pyramidum in Mucrones & Puncta deſinunt. Gallicè audiunt *Rayons*, i. e. *Radices*: Italicè *Caſa*: al. *Caſſi*, *Capſi*, *Septa*, qualia quidem Nomina à mediæ ætatis Græcis ſumuntur. Judæis audiunt סורות *Sûroth*, i. e. *Ordines*, qui

qui sunt סורת ראשית *Sûra reibith, Ordo primus,* סורת שנית *Ordo secundus,* סורת שלישית *Ordo tertius,* & sic deinceps. Arabibus sonant بيوت *Boyût,* à sing. بيت *Beit,* Persis خانها *Châna-hâ,* à sing. خانه *Châna,* id est, *Domus, Casa,* ut in superiori Ludo & aliis. Eâdem ratione Græcis mediis dicuntur διάγραμμα γράμμαι seu γράμματα: item διάγραμμα τόποι: alii κάφας vocant, & quoque κεφαλώματα *Valla.* Et à χάφα, dicebatur Μονόχωρος *adunatus,* qui ad unum redactus esset Calculum unúmque Ordinem, ideoque victus & spoliatus abibat. Magis peculiariter verò veteribus Græcis dicebantur Γραμμαὶ, & inde veteribus Latinis *Scripta* seu *Scriptula,* quia Calamo Scriptorio designari solebant. Horum meminit Ovidius in lib. 3. de Arte amandi,

Est genus in totidem tenui ratione redactum
Scriptula, quot Menses lubricus Annus habet.

In hoc loco vetustiores editiones legunt *Spicula,* errore Librariorum vel Editorum; qui, cùm non satis intelligerent quid in hoc loco essent *Scriptula,* supposuerunt aliquid sibi magis notum, viz. *Spicula*; idque fortè quia Tabellæ lusoriæ duodecim Ductus ad instar Spiculorum mucronati sunt. Scaliger autem & Salmasius restituerunt legendum *Scriptula,* prout hodiè in illâ Editione quæ cum Notis variorum prodiit, rectè legitur. Simili errore erratum est in veteribus Editionibus Quintiliani, Institut. lib. XI,

cap. 2, prope finem, *An verò Scævola in Luſu duodecim Scruporum*, &c. malè: nam ejus Nominis Luſus reverà nunquam extitit. Sed cùm Editores non ſatis animad verterent de quo Ludo hîc ageretur, & in animo haberent *Scrupum* eſſe Synonymum *Calculo* qui in variis Ludis locum habet, egregio παραδιορθώμαπ contra ſuorum Codicum fidem, excudi fecerunt *Scruporum* pro *Scriptorum*; cùm illorum judicio *Scripta* nihil ad Ludum facere viderentur. Emendatiùs autem in MS Codice Bibliothecæ Bodlejanæ, dictus Quintiliani locus ſic legitur, *An verò Scævola in Luſu XII Scriptorum, cùm prior Calculum promoviſſet, eſſetque victus, dum rus tendit, repetito totius Certaminis ordine, quo Dato erráſſet recordatus, rediit ad eum quicum luſerat, iſque ita factum eſſe confeſſus eſt.* Eodem modo apud Ciceronem in Lib. I de Oratore, prope finem, in Edit. Aldinâ aliiſque quas ſecutus eſt Nizolius in Theſauro Ciceroniano, vitioſè ac mendoſè legitur, *Pilâ benè & duodecim Scrupis ludere, proprium eſſe Jureconſulti*, &c. Editio verò Frobeniana rectiùs habet, *Pilâ benè & duodecim Scriptis Ludere, proprium eſſe Juris Civilis, quoniam utrumque P. Mucius optimè fecerit.* Hancque eſſe veram Lectionem Ciceronianam, confirmatur à Nonio Marcello, qui in voce *Scripta* ex Cicerone in Hortenſio hæc habet, *Itaque tibi concedo quod in duodecim Scriptis ſolemus, ut Calculum reducas, ſi te alicujus Dati pœnitet.* Et ſanè in Codd. MSS antiquiùs hanc receptam fuiſſe Lectionem colligi poteſt ex veterum Epigrammatum anno 1590 Pariſiis editorum Authore

thore antiquo, qui *Scriptorum* quoque meminit:

Diſcolor ancipiti ſub jactu Calculus adſtat,
Decertantes ſimul candidus atque rubens:
Qui quamvis parili Scriptorum tramite currant,
Is capiat palmam quem bona fata juvant.

Suprà citata loca non poſſunt aliter intelligi, quàm de *Tabulæ Ludo*, cui certè Duodenarius Scruporum numerus nullo modo quadrare poſſe cenſebitur: in hoc enim Ludo *Calculi* (ſi *Scrupi* dicantur,) ex utraque parte erant & adhuc ſunt 30: *Ductus* verò, qui *Scripta* vocantur, hic ſunt *Duodeni*. Quinetiam Suidas & alii ex Græcis mediæ ætatis, in Deſcriptione *Tabulæ* Δώδεκα γράμμος memorant; quem etiam Duodenarium numerum habent Arabes hujus Ludi rationem exponentes. Ex dictis itaque conſtat, in citatis Claſſicorum locis legendum *Scripta* ſeu *Scriptula*, eáque in hoc Tabulæ Ludo reverà locum habere, & ipſa ſola, non verò Calculos, Duodenarium numerum reſpicere: adeò ut jam non ſit dubitandum quin *Ludus Tabulæ* apud veteres Romanos *Duodecim Scriptorum Ludus* vocatus fuerit, quæ quidem Scripta in interiore Tabulæ parte primas tenent.

Ex his autem bis duodenis ſeu 24 Ductibus, Sex tantùm peculiaria habent Nomina: eáque ſunt ſecundùm Ordinem cenſumque Numerorum qui in Teſſeris cernuntur, à quibus etiam Numeris ſeu Notulis ſinguli Jactus denominari

folent. Cubis enim ſeu Teſſeris (Invento ſcil. antiquiori,) addita & conformata eſt Tabella poſtliminiò excogitata, quæ dicto Linearum ſeu Ductuum numero inſtructa, ſex Teſſerarum Lateribus reſponderet. Primus itaque Ductus, ut & Nomen Numeruſque Jactûs ejuſdem, eſt *Monas* ſeu *Unio*; 2 *Dyas*, ſeu *Duernio*, ſive *Dibus*, vel *Binio*; 3 *Trias*, ſeu *Ternio*; 4 *Tettaras* ſeu *Teſſaras*, ſive *Quaternio*, vel *Dynamis*; 5 *Pentas*, ſeu *Quinternio*, ſive *Quinio*; 6 *Hexas*, ſeu *Senio*, Cnidiis Ἑξάσιχος.

Hi ſex Ductus Arabibus & Perſis vocantur *Unus, Duo, Tres*, &c. Uno autem generali Nomine Perſicè vocari ſolent شش در *Shéshder*, i. e. *Sex-oſtium*, viz. *Sex oſtia*, ſeu *Sex Porta*; & quoque ششدره *Shéshdere*, i. e. *Sex valla*, vel aliàs *Sex valles*. Iſidoro in Deſcriptione Tabulæ dicuntur *Senariæ Viæ*. Sunt ex Perſarum Lexicographis qui exponunt hæc Nomina denotare مهره خرد *Calculum Nerdicum*: ſed minùs rectè. Harum enim vocum tam Veriloquium quàm apud Authores Uſus, contrarium ſuadent: nam ſi Originationem ſpectemus, ea cum ſupradictis apprimè quadrare comperietur. Sicut enim infrà, alius quidam Ludus vocatur سدره *Si-dere*, i. e. *Trivallum*, propter tres Ductus Seu Lineas quæ in ejuſdem Schemate circumquaque ad inſtar Vallorum cernuntur; ſic eâdem Analogiâ in hoc Ludo Sex Ductuum ſeu Linearum Schema vocatur ششدره *Shesh-dere*, i. e. *Sex-vallum*, ſeu Sex vallis conſtans Schema. Si hujus Nominis rationem

rationem adhuc magis ſcrupulosè rimari velimus, *Shesh* ſign. *Sex.* Altera verò hujus nominis pars, varia habet ſignificata: nam در *Der* eſt *Vertex montis*; & quoque *Porta, Oſtium*; unde ut Præpoſitio ſignificat *In*; & aliquando *Extra, foràs*; quia Oſtium tam intromittit quàm extramittit quemlibet tranſeuntem. Sed دره *Derè* eſt *Vallis* per quam aliquando currit aqua: eſt etiam i. q. جومرز *Gibboſum* quidvis rotundè eminens, ut animalis *Ventriculus*: eſt quoque *Lacinia montis*, viz. ejuſdem Latus ſeu infima extumens Declivitas: unde uſus trahitur, ut in hujuſmodi Ludis denotet *Vallum* quo concertantes in Campo bellico, partes ſuas munire cenſentur. Quia verò ſex Ductuum ſeu Vallorum Schematibus hæcce Tabella notari & eâ ratione huic ludo appropriari ſolet; hinc fit ut tota Tabella, maximè verò interior ejuſdem pars, hoc Nomine *Shéshder* ſeu *Shéshdere* inſigniatur, quod ex uſu apud Authores conſtat. Nam in Hiſtoriâ *Mihræ & Jovis*, Dramate nempè Amatorio carmine conſcripto Perſicè, Dramatis perſonæ (quæ ſunt Planetæ, &c.) Nerdiludium hoc modo exercentes introducuntur:

چو دست مهره بازي برگشاده
فلـک را مهره در ششدر فتاده

Quando manum Calculis luſurus aperiebat,
In Orbem-cœleſtem Calculi quaſi in Alveolum cadebant.

Hoc est dicere, Quando ille (putà Sol aut Jupiter,) incipiebat ludere, res ita magnificè se habuit, quasi Stellæ fuissent Calculi, & concavum Orbis cœlestis fuisset Alveolus sex Ductibus seu Vallis (nempe quater senis Lineis,) notatus. Deinde in *Historiâ Josephi* & *Zelichæ*, ubi Zelîcha dicitur in Josephi gratiam extruxisse *Septicellium*, scil. Palatium 7 Cameris seu partibus distinctum: & postquam illa ipsum in harum sextam Amatoriis Artibus pellexisset, pag. 132 additur,

بشش خانه دشد گامش میسر

دیامد مهره‌اش بیرون زششدر

Ejus in 6 Casas ingressus non erat adeò facilis;
Sed Calculus ejus extra [*Sheshder* seu] *Sexostium non est egressus.*

Ghâm proprie est *Passus* seu *Gressus* unus, sc. quantum Pes unâ motione graditur: heic verò est Passuum Gressuumve continuatio sive ad ingrediendum sive ad egrediendum.

Per *Sex-ostium* intelligitur *Alveolus* 6 *Casulis* distinctus. Nempe primò difficile erat allicere illum in 6 illas Cameras seu partitiones: sed postquam semel ingressus fuerat, Zelîcha eum retinere studens, occlusis & obseratis sigillatim ostiis, exitum seu regressum ejus prohibebat: sumptâ Metaphorâ à Calculis seu Orbiculis lusoriis, qui, ut Lusor vincat & superior fiat, extra Alveum tandem ferri debent; aliàs necesse est ut vincatur,

vincatur, ſi ejus Calculi ita alligentur ut ex Alveolo ſat maturè exire non poſſint. Sic ille victus eſt & ab Amaſiâ ſuâ ita detentus, ut (perinde ac Calculus in *Sex Caſularum Alveolo* alligatus,) extra *Sex-oſtium* ſeu Sex illas Cameras egredi non poſſet. Nam *Sheshder* in hoc Ludo *Sex Caſulas* Alveoli notans propriè, ad ſignificationem *Sex Camerarum* ſeu *Partitionum* domûs in citato loco trahitur & transfertur.

Sed proprio non autem tralatitio ſenſu uſurpatur apud *Megjdium* in Vitâ Regis *Phridûni*, ubi, ductâ ab hoc Ludo Metaphorâ, rebelles cujuſdam Principis Subditi in re bellicâ ad anguſtias redacti, ſequente modo ſe expedere conantur : كعبتين مشورت در طاس فكرت انداختند راي ايشان بر آنقرار گرفت كه بنقش تذوير وحيله مهرهٔ خودرا از آن ششدر رهانند ودايرهٔ جدال را بآب تدبير فرو نشانند ليكن از مضمون اين بيت بيخبر بودند

مجو نقش مران از طاس چرخ ومهرهٔ انجم
كه هر گز كعبتين دردمندان راست ننشينند

Teßeras conſultationis in Alveolum cogitationis jecerunt : & tandem opinio [ſeu *conſilium*] *eorum in hoc acquievit, ut per Notulas ſalſitatis & doli Calculos*

los ſuos ex illo Sheshder [ſeu *Alveo*] *liberare vellent, & Ignem contentionis Aquâ conſilii ſopire: erant autem ignari de Contento iſtius Verſûs,*

Ne quaras Notulas [ſeu *Puncta*] *deſiderii tui ex ex Alveolo Orbium-cœleſtium & Calculis Stellarum:*
Nam miſerorum Teſſera nunquam rectè conſiſtent.

Hoc eſt, ex eorum conſultatione tandem reſultum eſt, ut quod vi non poſſent, id machinamentis & fraude tentare vellent: & ad inſtar Luſoris qui cùm Teſſerarum Numeri rectè recenſiti non ita ei favent ut Calculos ſuos extra Alveum ferre valeat, tum incipit fraudes adhibere, Teſſerarum Punctula Numeroſve falſò recitando, ut hâc ratione deſideratum in Alveolo Punctum attingat; & quod legitimo Ludo non poſſet, id fraude & Colluſione efficiat; ut hoc modo Milites ſeu Calculos ſuos extra Alveum educat, i. e. extra periculum damni & jacturæ ponat. Tales autem homines ignari ſunt quòd fruſtrà quæritur proſperitas ab iis qui per Aſtra cœlitùs deſtinantur ad miſerias: & cùm Aſtra nolunt concedere hominibus deſideria ſua, tunc *Teſſeræ*, i. e. *Res* eorum nunquam rectè cadent, nec Jactum aliquem felicem ſive bonum rerum ſuarum exitum à Fato unquam obtinebunt. Nam ſi *Stellæ* eſſent *Calculi*, & *orbis-cœleſtis Cavitas* eſſet *Alveolus*, ibi fruſtra quis quæreret quem deſiderat Jactum felicem, cùm Fato aliter decreta ſit infelicitas.

§. III. *De*

§. III. *De Teſſeris ſeu Aleis.*

TEſſera Anglicè vocatur a Die, in plur. the Dice, ſeu potius Dies. Danicè Terning, Germanicè Wurfel. Iſidoro dicuntur *Lepuſculi*, à ſaltatoriâ quam habent motione, & *Jacula* à jaciendo. Varroni *Quadrantalia*, Italicè *Quadrantel*, quia quadratæ. Latinis etiam *Teſſera*, q. d. Τέσσαρα, à quadraturâ; & *Alea*. Græcis plerumque *Teſſera* eſt Κύβος, Heſychio Γύλλος. Linguâ Romaïcâ ſeu Græcâ modernâ, Ζάρι, Αζάρι, Ἀζάρη, & Ζάρια, & τὰ Ζάρια: Turcicè زار *Zâr*. Sed an hoc ab illo, aut illud ab hoc, dicere non eſt in promptu. Idem dicendum eſt de nomine Ζέρνη *Zerni* Ruſſorum, quibus etiam dicuntur Κόστι *Coſti*, i. e. *oſſa*, ſeu *Oſſicula*. Sic etiam Rabbinis ſonant קוביאות *Cubi*, & עצמות *Oſſicula*. Et ſic Epigrammatiſta vetus de Teſſeris in Fritillo quaſſatis vel potiùs in Pyrgo ſe volventibus,

Oſſa minutatim fundo volvuntur in imo.

Et idem alibi,

Terna tibi hæc primùm volvuntur in imo.

A Græco Κύβος, *Teſſera* Syris dicitur ܟܘܦܐ *Kúphos*, in plur. ܟܘܦ̈ܐ *Kuphóſe*. Arabes

habent plura Nomina, quarum unum eſt فص *Phuſs* ſeu *Phiſs* ſive *Phefs*, vel *Peſs*: hiſce enim tribus Vocalibus pro libitu efferri poteſt. Hoc autem eſt nil niſi πεσσὸς, quod Græcis magis propriè *Calculum luſorium* notat. Aliàs *Teſſera* Arabicè vocatur كعبة *Ca'ba*, quod etiam *Cubicum* ſeu *Quadratum* quidvis in genere ſignificat: in Duali كعبتين *Ca'batein*, quod nomen Perſis familiare. Aliàs دد *Dàd* ſeu *Ded* ſive *Det* eſt *Luſus* & *res ludicra*, & داد *Dâd* eſt *Alea*: hinc apud Hiſpanos & Italos *Dado*; & veterum Gallorum *Det*, in plur. *Dets*, pro quibus hodiè dicitur *De* & *Dez*; unde Angli habuerunt ſuum nomen in hujus Sectionis initio notatum. Quod autem olim à Gallis dicebatur *Det*, ſatis conſtat; cùm inter Statuta Regum in ſuſceptione Crucis (circa tempus quo Saladinus Hieroſolymam occuparet,) ſtatutum eſt, *Ne quis ad Aleas ſeu Detios luderet*, ut habet Guil. Neubrigenſis lib. 3, cap. 22. Et quia *Dadi* (ſeu ut aliàs proferri poſſit *Dati*,) ſint *Teſſeræ*, ſunt qui putant *Datatim ludere*, idem eſſe quod *Datis* ſeu *Teſſeris* lùdere. At ego potius cum aliis ſentio *Datatim ludere*, eſſe ludere excipiendo & dando ſeu reddendo pilam aut ſimile quidvis. Sic apud Pomponium legitur, *Datatim ludere in lecto*: & apud Plautum, *Datatim ludere in viâ*. Nam propriè & primariò *Datatim* eſt à *Dare*, quod in *Nerdiludio* eſt *Ponere* Calculum, & ſic *Poſitum* ſeu *Datum* relinquere & pro dato concedere. Nam aliàs Luſori integrum erat antequam Colluſor jecerat,

jecerat, *Datum* ſuum ſeu id quod dederat & promoverat revocare, ſi *Dati* eum pœniteret. Ideóque planè nugantur qui à *Dado* ſeu *Dadis* deducere ſatagunt. v. infra, §. VI.

Perſicè *Teſſera* aliquando vocatur *Muhra*, quo tamen *Calculus* ſeu *Orbiculus* luſorius plerumque notari ſolet. Linguâ Japonicâ *Teſſera* vocantur *Sai*; linguâ Indicâ Sanſcreticâ *Ucksh*, & quoque *Pashùck*, quæ quidem voces in ſuo Brachmanorum Charactere *Naugeri* dicto infrà in laminâ æneâ ſculptæ cernuntur.

Quoad Teſſerarum materiam, rite ex Ebore ſolido fiebant, aliquando ex Cryſtallo aut Gemmis, ut infrá. Per fraudem aliquando ex leviori materiâ, qualis eſt Pulpa ſeu Medulla Sambucæ. Aliquando è contrà opplumbatæ ſunt, ut pro lubitu jaciant quod vocant **High-ſullam** & **Low-ſullam**, &c.

Forma autem non ſemper eadem: nam apud Indos præter Teſſeras Cubiformes, alias aliquando habent quadrato-oblongas, in quarum oblongioribus quatuor lateribus tantùm inveniuntur *Puncta*; & reliqua duo latera curtiora, ſunt Punctis deſtituta. Hujuſmodi penes me habeo ex Indiâ; quæ tamen ad alium Ludum à *Nerdiludio* diverſum pertinent. Aliàs autem vulgò habent formam planè Cubicam ſex lateribus æqualibus: unde apud Avicennam Os quoddam circa Calcaneum humanum hanc formam æmulans, vocatur عظم نردي كالمسدس *Os Nerdicum* (ſeu *Cubicum*) *quaſi ſex-laterale quiddam.*

Tesserarum *Nota* seu *Numeri* Arabicè audiunt نقط *Nokt*, in plur. *Nokût*, i. e. *Puncta* seu *Punctura*: aliàs نقش *Naksh*, in plur. نقوش *Nokûsh*, i.e. *Pictura*, *Cælatura*. In Timûri Hist. legitur p. 415, ملعبون بالنرد واختلفوا في نقش الكعبتين وقال احد اللاعبين وراس الامير تيمور كذا وكذا نقش الكعبتين *Ludentes ad Nerd, litigabant de punctură Tesserarum, & alter Lusorum dixit, Per Caput Principis Timûri sic & sic erat Punctura Tesserarum.* Græcis *Puncta* aliquando vocantur Κοκκία *Granula*: aliàs Σημεῖον, Κοιλότης, Τύπος, Γραμμὴ, Τρᾶμα, Κύβος, Τρύπημα, τὸ ἑνὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν ζαμβέντων, ut Μόνας, Ὅλον *Unio*, &c.

§. IV. *De Frustulis seu Trunculis lusoriis, qui hodie Orbiculi plani, olim Calculi dicti.*

ORbiculos lusorios Angli vocant Table-men, Galli *Dams*, Itali *Tavolas*. A Judæis dicebantur *Catuli parvi*, de quibus infrá. Latinis erant *Calces*, ut apud Lucilium legitur,

Naumachiam licet hac, inquam, Alveolúmque putare,
Et Calces: delectes te, hilo non rectiùs vives.

Nempe

Nempe *Calx* & *Calcis*, formâ diminutivâ *Calculus*, & *Calculi*, i. e. Lapides, de quâ re consulas Isidori Glossam in voce *Toca*. Eâdem notione Turcis dicitur طاشي نردك *Lapillus Nerdicus*, aut نردك دونجي *Calculus Nerdicus*; quia loco Frustulorum ligneorum, hic Ludus sæpè *Lapillis* exercetur. Idem sonat apud Persas نرد مهرهٔ *Calculus ex Nerd.* Et à Persico مهره *Múhra*, Arabes adoptârunt sibi Nomen مهرق seu مهرك *Muhrak*, in plurali مهارك *Mohârek*. Quibusdam Calculi vocantur *Sheshdere*, de quo infrà dicetur. Syris item dicuntur ܦܣܦܘܣ *Pespóse*, prout Vocales adscribunt: cùm potiùs legendum esset *Psipháse*, ut & *Calculi* apud Rabbinos dicuntur פְּסִיפָס *Psiphas*; nam utrumque est planè Græcum Ψῆφος.

Si de materiâ inquirimus, Calculi aliquando ex Ebore fiebant, sicut & Tesseræ. Sic Juvenal. Satyr. 11,

——— *adeò nulla uncia nobis*
Est Eboris, nec Tessella nec Calculus ex hâc
Materiâ. ———

Ubi Poeta insinuat suo tempore Opulentiores habere omnia Vasa & Instrumenta ex Ebore, usque ad Calculos & Tesseras. Declarat autem se esse pauperiorem, nec habere *Tessellas* & *Calculos*

ex Ebore, nec reliqua Eburnea Vaſa, quæ ſui temporis plerique tunc pompæ & oſtentationis ergò affectabant. Olim aliquando apud Romanos, *Calculorum* loco adhibebant Nummulos, cujus rei meminit Petronius Arbiter in Satyrico, *Sequebatur puer cum Tabulâ Terebinthinâ, & Cryſtallinis Teſſeris: notavique rem omnium delicatiſſimam; pro Calculis albis aut nigris, aureos argenteóſque habebat Denarios.* Aliquando *Vitreus Miles*, apud Autores Claſſicos legitur. Dicto quoque modo nummis quandoque ludunt per Orientem, & *Orbiculi* quibus luditur, ſubinde vocantur Perſico Nomine پول *Pûl*, i. e. *Quadrans* nummulus æneus, aut ſimile quidvis rotundum & planum, ut *ſquama* piſcis: & hinc *Orbiculus* planus & rotundus in quovis Ludo, ut in *Nerd*, & *Kirk*, &c. At Arabes (qui carent *p* craſſo, nec illud ſonare poſſunt,) ſolent hoc enuntiare فول *Phûl*; quo alias Arabicè ſignificantur *Fabæ*, quæ itidem (ſi ſint diverſorum colorum,) ad hunc Ludum ſufficere poſſunt.

Apud magnates erant Calculi ex Gemmis; ut *Megjdi* refert Coſrav filium Pervîz habuiſſe نردي كه يك طرف آن فيروزه وطرف ديگر از عقيق يماني *Nerdiludium cujus altera pars fuit ex Turcoïde, altera verò ex Cornelio Tamanenſi.* Ad hunc quoque uſum ex Monte quodam in Regione *Tûs* eruuntur Jaſpides Cubicæ naturâ ſic formatæ. Sic refert Sâid AlGjurgjâni in Lib. *Maſm.*

Masm. p. 177. يشب — وجمله مسدس
مي باشد واز وي مهرهاي نرد ميسازند
وچيزي ديگر چون انگشتري ودستوانه

Jaspides — quæ omnes sunt ἑξάπλευραι, *quibus utuntur pro Calculis Nerdicis & rebus aliis, uti Annulorum Palis & Armillis.* Et quia tales aliquando usurpantur *Calculi*, sunt qui ad hos significandos trahunt Nomen *Sheshdere*, quod receptior usu *Alveum* in quo ejusmodi Calculis luditur, denotat. Volunt nempe ut significet ἑξάπλευρον seu ἑξάεδρον, *sex planis* præditum quidvis. Sic Lexici Persico-Turcici *Wasîlato'l Makâsid* Epitomator, ششدره
نردك بونجغي كه آلتنجي اوده پولي باغلنه

Shéshdere est Nerdiludii Calculus qui sexto quovis Plano, alligatur [seu *applicatur*] *Alveo.* Sic nempe lego اوده *Uvva-da*, i. e. *In Plano* seu *Planitie.* Aliàs pro آلتنجي legendum sit آلتي اوده *âlti ev-da*, i. e. *In sex Domibus* seu *Casis*: nempe Nerdiludii Calculus quo in 6 Alveoli Punctis luditur; si rectè interpretor, nam verba subobscura sunt. Si dicerem (ut verba præ se ferunt,) *In Sextâ Domo*, nulla esset ratio cur Sextæ domui restringatur Calculus qui omnibus Domibus communis est.

Hi Orbiculi numero erant, & adhuc sunt, Triginta ex utrâque parte, prout in veteri *Epigrammate de Aleâ* legitur,

Triginta magnos, adversósque orbibus Orbes.

Erant

Erant nempe tot Albi & totidem Nigri: utriusque enim partis à se invicem distinctio non erat in formâ, sed in colore: sic Libellus Turcicus, دردك ايكي مهره سنك رنكي ايكي در *Nerdiludii bini Calculi sunt duorum colorum*: scil. bini Calculorum Ordines intelliguntur.

Si de horum Calculorum formis curiosi simus, aliquando ut videmus erant Sex-laterales: hodie Rotundi, Orbiculi scil. lignei ex utrâque parte plani. Olim verò apud veteres Persas res longè aliter se habuit: erant nempe erecta Frustula lignea oblonga, unde huic Ludo primarium & originale Nomen impositum est نرد *Nerd*, i. e. *Truncus* arboris, & *Trunculus* quivis ligneus formâ truncatâ; heic fortè altitudinis sesquiuncialis, prout apud Chinenses hodiè usurpantur. Talis hujus Nominis in Ludo usus secundarius: nam in Lib. *Pherhengh Surûri* usus extra Ludum primarius definitur, quòd *Nerd sit arboris Truncus seu Caudex sine ramis aut nodis*: est nempe Truncus teres & innodis. Cúmque hic Ludus à quibusdam exerceretur erectis *Trunculis* priùs nudis & planis, aliis deinde visum est eos aliquanto ornatiùs habere, singulis insculpendo *Rictum Leonis*: & hinc ortum aliud horum Trunculorum & totius Ludi Nomen نردشير *Nerdshir*, i. e. *Trunculus leoninus*, sculptus scil. in tali formâ quæ Græcis πεποιμὴ λέοντος nuncupatur.

Et hinc forte lucem fœnerari poterit locus Talmudicus, Tract. *Kethuvoth* 61. 2, in *Gemarâ*: ubi

râ: ubi memoratur aliquis מיטלל אבגורייתא קיסנייתא ונרדשיר *Ludens Catulis parvis & Nerdshîr*. Sic nempe sensu planè nullo, legitur in impressis editionibus quæ omnes mendis scatent. Meliùs autem habet in D. Seldeni Exemplari Veneto sec. *R. Sal. Luriæ* Correctiones Talmudicas emendato, manu alicujus docti Judæi: ibi enim legitur מיטללא בגורייתא קיסנייתא דנרדשיר *Ludens Catulis parvis* τοῦ *Nerdshîr*, sensu commodissimo, adhibendo sc. Trunculos formâ Catulorum parvorum, quorum Capita Trunculis incisa & insculpta erant. Hinc constat quòd quo tempore conscripta est *Gémara, Nerdiludii Trunculos* apud aliquas gentes (nam Judæis vetitum) retulisse *Catulorum Capita* talia quæ Græcis προτομὴ κυνὸς dicerentur.

Aliqui itaque contenti erant ludere cum Trunculis Catulina Capita referentibus. Sed cùm Caput Caninum videretur contemptibile, & Leoninum esset nobile, Persæ pro animi sui celsitudine, (ut magis generosum quiddam,) curârunt ut in suo *Nerdiludio* haberetur προτομὴ λέοντος, inter cujus apud Arabes Nomina & Epitheta plurima, unum est ابو كلب *Abu Kelb*, i. e. *Canum pater*, scil. eorum genus summum; cùm Leo ut Canis aliquis major ac generosior habeatur. Sed ex Iconismo meliùs concipietur idea vera, nempe quomodo se habent dictæ tres Frustulorum species secundùm supradictam Descriptionem triplici figurâ conceptæ, sequente modo. Nam ex picturâ quidvis ab intellectu meliùs

concipietur, quàm ex quâvis verbali Descriptione, quamvis prolixâ & accuratâ.

Nerdiludii Fruſtula luſoria Veterum.

Nerd, i. e. *Trunculus* ſimplex ſeu planus.

Catulus parvus, ſeu *Trunculus Caninus.*

Nerdshîr, i. e. *Trunculus Leoninus*, viz. Rictu Leonino ſculptus.

Hoc modo refutatam vides ſupra allatam Arabum conjecturam, quod nempe hic Ludus à Rege *Ardeſhîr* quaſi ab Inventore denominatus fuerit *Nerdſhîr*, q. d. *Nerd Ardeshîr*. Iſtum enim Ludum non fuiſſe ab eo inventum, ſed longe ante ejus tempora, infrà ſuo loco monſtrabitur.

Proceſſu autem temporis vulgus qui curiosè elaborata ſemper habere non potuerunt, luſerunt cum bicoloribus Lapillis, quos itaque *Calculos* vocârunt. Hodiè luditur Orbiculis planis qui commodè in Alveolo cumulari poſſunt: ſed cumulatione haud prorſus opus eſt, cùm æquè commodè quando eſt occaſio extra Alveum ferri & ſeponi poterunt.

§. V. *De*

§. V. *De Turricula, Fritillo,* &c.

PRæter Inſtrumenta luſoria quorum jam memini, nempe *Alveum, Teſſeras, & Calculos,* ſunt & alia ad evitandum Luſorum fraudes excogitata. Non enim permittebatur ex nudâ manu Teſſeras jacere, ne fortè quis ſubdolus eas malâ aliquâ arte ad ſuum ſcopum componeret: ideóque apud Romanos ſolebant adhibere *Cornetum* ſeu *Pyxidem* (ut & hodiè fit,) oblongam corneam aut buxeam, quæ vocabatur *Fritillus.* Hinc eſt quod apud Sidonium Apollinarem commemorentur *Crepitantes Fritilli*; & apud Senecam, *Reſonante Fritillo.* Hunc cum concluſis in eo Teſſeris, ad evitandum omnis fraudis ſuſpicionem concutiebant ante ſingulos Jactus inter ludendum: unde apud Senecam in Apocolocynthoſi, *Concutere Fritillum* uſurpatur Synecdochicè pro *Ludere,* cum ſit Ludi pars,

Qui concuſſo
Magna parâſtis
Lucra Fritillo.

Et ſic apud Martialem Lib. 14, Epigr. 1,

Nec timet Ædilem moto ſpectare Fritillo.

Hoc dixit indicans quendam eò impudentiæ prolapſum

lapsum esse, ut non metueret ludere & Pyxidem aleatoriam concutere coram Ædili, qui mores ejus censere potuit eúmque punire.

Fritillus sic dicitur quasi *Fritinnus*, cùm sit Vasculum in quo quassatæ Tesseræ fritinniunt, quod tam ad *Tesseras* quàm ad *Talos* jaciendum adhiberi solitum. Græcis vocatus est Διάσειστρον; item Ψηφοδόκος, à jaciendis *Aleis*, quæ (ut videtur) communi aliquando cum Calculis nomine dicebatur Ψῆφοι.

Sola autem *Pyxis* non habita est sufficiens ad præcavendas Fraudes, sed & majoris cautelæ ergò solebant in *Alvei* lusorii medio collocare erectum vasculum Græcis dictum Πύργος, Romanis quoque *Pyrgus* & *Turricula*; Agathiæ Πύργος ξύλινος *Pyrgus ligneus*. Porphyrogennetæ Μόδιον. Iste *Pyrgus* erat cavus, summo & imo patens, utpote per cujus summitatem infunderentur ex Fritillo *Tesseræ*, quæ statim per imum exirent. Hujus summitati imponebatur quoque Ἠθμὸς *Infundibulum*, quippe per quod mittebantur in Pyrgum Tesseræ. Hoc Instrumentum aliàs dicebatur Κυμὸς *Fiscella* seu *Nassa*, vel *Operculum* è vitili simile Infundibulo quod Judiciariæ urnæ superponebatur: erat enim Κυμὸς tam δικαστικὸς quàm κυλωτικός. Idem quoque significabat eorum Φιμὸς, unde etiam Latinis *Phimus* seu *Fimus* & *Camus* dicebatur. Nam in summo latus erat, in imo strictus. Sic Salmasius ad Vopiscum. Sed non est necesse ut similitudo currat quatuor pedibus; cùm *Infundibulum* sit per quod aliquid infunditur, quamvis accuratè dictam formam non habeat.

Quale

Quale Instrumentum fuerit *Pyrgus*, describit Epigrammatista vetus de *Tabulâ* agens; non enim erat intus levis, sed incisis Gradibus asper,

In parte Alveoli Pyrgus velut Urna resedit,
Qui vomit internis Tesserulas Gradibus:
Quarum sub jactu discordans Calculus exit,
Certanteque fovet sors variata duos.
Heic proprium faciunt Ars & Fortuna periclum;
Hæc cavet adversis casibus, illa favet.

Hoc itaque erat velut Urna judiciaria in medio Tabellæ residens: & in ejus cavitate incisi erant Gradus, ut melius volverentur Tesseræ & inter cadendum concuterentur; & inferiora latera erant aperta, ut inde expectaretur Tesserarum resultus. Sic Sidonius Apollinaris Lib. 8, Epist. 12, *Hîc Tabula Calculis strata bicoloribus, hîc Tessera frequens eboratis resultatura Pyrgorum Gradibus expectat.* Huc quoque pertinet Ausonii illud,

Vidimus & quondam Tabulæ certamine longo,
Omnes qui fuerant enumerâsse Bolos,
Alternis vicibus quos præcipitante rotatu
Fundunt excisi per cava Buxa Gradus;
Narrantem fido post singula puncta recursu,
*Quæ data per longas, quæ revocata * moras.*

Hujus Vasculi summitas videtur vocata *Collis*, à quo uti & ab *Imo* exitus probaretur. Sic dictus Epigrammatista vetus,

Fataque ludentium Collis & Ima probant.

* Al. *manus.*

In eundem ſenſum à Souterio adducitur Cento ἀνεκδοτος ex Virgilianis Verſibus contextus, qui *de Aleâ* inſcriptus,

Qua loca, quæve habent Gentes, ubi ſiſtere detur;
In ſummo Collem qui plurimus, alter ab illo
Eſt locus. ———

Hiſce cautionibus præmiſſis, quamvis Fraudator in Votis haberèt ut Colluſorem falleret, reverà tamen fallere non potuit: nam ut dicit Martialis de *Turriculâ*,

Si per me miſit, nil niſi vota facit.

Hoc Vas aliàs Perſio dicitur *Orca*, eáque anguſto Collo, (contra quàm ſenſerat Salmaſius ſuprà citatus,)

——— *anguſta collo non fallier Orca.*

---

§. VI, *De Teſſerarum Jactibus, & de Luſibus, & de aliquot Vocabulis luſoriis.*

TEſſerarum *Jactus* unus quem vocamus à Caſt, tam Perſis quàm Turcis Arabico nomine vocatur خصل *Chaſl* ſeu خصلت *Chaſlat*, i. e. *Vicis*

Vicis una jaciendi, *un Coup de Dez.* Aliàs aliquando hoc Nomine ſignificatur *Deſiderium, aviditas*; & quoque *Sponſio* ſeu *Depoſitum* pro quo certatur; fortè eò quod avidiſſimo deſiderii impetu Luſores ferantur ad jaciendum, ſpe auferendi Depoſitum. *In Hiſtoriâ Mihræ & Jovis*, ubi de Planetarum *Nerdiludio* agitur, hujus vocabuli uſum ſic legimus,

ملك آنكه چابك بود واستاد
وزيرش خصل چندي طرح ميداد
بكم از لحظه دستور سرور
ملك را كرد اسير قيد ششدر

Rex eò quòd gnarus eſſet [in hoc Ludo] *& Coryphaus,*
In Vezîrum ſuum aliquot dedit Jactus:
Alter ſtatim abſque nutu veniæ Principis,
Regem fecit Captivum vinculis Alveoli.

Nempe Rex Jupiter in Conſiliarium ſuum fecit aliquot Jactus; quo facto, Conſiliarius abſque veniâ, Regis ſui Calculos ita alligavit, ut extra Alveolum (quo ad victoriam tenderetur,) exire non poſſent. Heic ut vides, طرح دادن eſt *unum Jactum dare & Calculum ſimul movere.*

Fiunt autem poſt Jactum, Motiones prout cadunt Teſſerarum Numeri pares vel impares. Arabes in dictis Numeris recenſendis, utuntur vocabulis

cabulis Persicis, ut البنج مقابل الدو *Quinternioni opponitur Dyas*, &c. quod Argumento est eos hunc Ludum accepisse à Persis, eodem modo quo Nos eundem recipientes à Normannis quo tempore fuerunt in Angliâ, Numerorum seu Jactuum proclamationem facimus linguâ Gallicâ, ut *Six* (seu *Size*) *Cinque*, *Cinque quatre*, *Ambs As*, *Doublets*, &c. Nam Jactus pares generali Nomine vocantur *Doublets*: qui Latinè dici solent *Duellæ*, *Dupillones*, seu *Dupliones*. Apud Orientales aliquando eodem modo ac apud Nos recitantur Jactus, *Unus & Sex*, *Duo & Quinque*, *Tres & Tres*, *Quatuor & Quatuor*, &c. Id autem faciunt aliquando puris putis vocibus Persicis, aliquando verò mixtim Turcicis, ut دورت وچهار *Quatuor & Quatuor*, هپ جمله *Omnes sunt Unitates*, sc. *Ambs As*, quod Germani dicunt alle Es seu Alle Aug. Reliqui Dupliones sunt دو بارہ *Bis duo*, دو سہ *Bis Tres*, دو چہار *Bis Quatuor*, دو پنج *Bis Quinque*, دو شش *Bis Sex*. Unitas quam vocamus Ace, fit ex Græco, hoc modo; *Unus* est communi Dialecto ἷς, Siculis αἷς, Tarentinis ἆς, unde Lat. *As*, i. e. *Una Libra*, vel *Una quævis res integra*, ut notat Steph. in Lex. Latino. Sic Veterino, *Adjecto asse*, i. e. *unitate*. Et hinc Gallis *As* est *Unitas* in hoc Ludo.

Dicebatur *Facere* seu *Jactare* sive *Mittere Tesseras*, & *Dare Calculos*: ibi Fortuna, heic Ars dominatur. Vide suprà §. III. Sic Ovidius Trist. lib. 2 canit, *Tessera*

Tessera quos habeat Numeros distante vocato,
Mittere quo deceat, quo Dare missa modo.

Et idem Ovidius lib. 2 de Arte amandi, monet eum qui cum Procâ seu Amicâ ludit, ut ex industriâ perdat, & sponte (quantum potest) permittat ut Proca ipsum vincat:

Seu ludet [sc. Proca] *Numerósque manu jactabit eburnos,*
Tu malè jactato, tu malè jacta dato.

Et heic quidem *malè jacta dare*, à quibusdam exponitur simpliciter *concedere* ut res procedat secundùm Jactum malum, nec Calculos movendi Arte corrigere; qui quidem sensus est satis commodus. Sed *dare Calculum*, est potius *collocare* illum, ut ex dictis constat. Poëta itaque monet ut malè jaciat, & quoque malè collocet ex industriâ, eum in finem ut à Procâ vincatur. Malus enim Jactus, Arte movendi Calculos quodammodo corrigi & emendari aut potiùs compensari poterit, ut innuit Terentius,

—— *quasi cùm ludas Tesseris,*
Si illud quod maximè opus, jactu non cadit,
Illud quod cecidit fortè, id Arte ut corrigas.

Tesserarum enim in hoc Ludo Jactus, felices aut infelices dici non possunt absolutè loquendo, sed tantùm respectivè, quatenùs nempe cum Orbiculorum situ plùs aut minùs commodè coincidunt.

Nam Calculus ſub dubiâ fortunâ à Jactu dependet an proſperè vel malè cedat. Sic Epigr. vetus,

Diſcolor ancipiti ſub jactu Calculus adſtat;
Decertantque ſimul candidus atque rubens.

Erravit autem (ut rectè obſervârunt Souterius & alii,) Turnebus, qui Teſſerarum Jactus ſeu Bolos dari aut revocari poſſe exiſtimavit; cùm id fiat de Calculis tantúm. Jactus enim revocâri non potuerunt, ſed Calculi bené, Hoc Græcis erat ἀναθέσθαι ψῆφον *reponere Calculum, & dati Calculi pœnitere.* Sic Heſychius, Ἀναθέσθαι, μετανοῆσαι, ἐπὶ τῶν Πεσσῶν ἐλέγετο· ὅτι γὰρ παίζοντες καὶ τὰς ψήφους ἐδίδοσαν. Et Antipho περὶ ὁμονοίας· Ἀναθέσθαι δ' ὥσπερ πεττὸν τὸν βίον ἐκ ἔστι, *Vitam ut Calculum reducere* [ſeu *revocare*] *non datur.* Et Suidas, Ἀναθέσθαι, τὸ μεταθέσθαι· ἀπὸ τῶν πεττευόντων καὶ τὰς κεκινημένας ἤδη ψήφους πορθούντων. Adeò ut *Datum Calculum corrigere*, ſit nihil aliud, quàm jam promotum reducere ac revocare. Sic ſe habet id quod ſuprà ex Auſonio adduximus,

Qua data, per longas qua revocata moras.

Hoc autem evidentiſſimè probatur ex Ciceronis ſuprà citato loco, *Itaque tibi concedo quod in Duodecim Scriptis olim, ut Calculum reducas, ſi te alicujus dati pœnitet.* Ita ut ſecundùm hujus Ludi Leges, apud veteres licebat Calculum reducere, ſi quis eum incogitanter malè dederat; i. e. ſi eum nimis temerè promoviſſet, ei permittebatur

tur recollecto animo eundem revocare, i. e. locum mutare & aliter movere & collocare, si modò alium posteà Jactum non addiderat.

Quoad particulares Lusus, singulæ ferè Gentes aliquos habent sibi peculiares, quos omnes accuratè describere nec libet nec licet, sed paucos tantùm percurram, idque strictim, Namque non opus est docendi alios, cùm ferè quivis me multò meliùs talia intelligat. Is autem Lusus qui maximè generalis est, vocatur **Trictrac**, facto nomine à sono; unde Angli fecerunt suum **Tictac**. Sed iste non est unus idemque Lusus apud omnes Gentes: nam singulæ suum **Trictrac** sibi peculiarem & à reliquis longè diversum habent. Et frequente apud Lusores disquisitione comperi, horum Lusuum Leges & exercendi methodos non adeò certas & receptas esse, quin qui sub eodem nomine circumfertur Lusus, in diversis locis diversimodè exerceatur, pro vario hominum ingenio. Quod enim alicubi in Anglia vocamus **Tictac**, alibi vocamus **Irish**, uti ex peritis Colluforibus Lusum suum conferentibus intellexi vidique: nam utrumque apud nos Nomen eundem Lusum notat secundùm diversas Angliæ Provincias rerum denominationes aliquantulùm variantes. Ideò autem vocamus **Irish**, quia scil. est **Tictac** seu **Trictrac** Hibernorum. Nostrum **Tictac** parum aut nihil differt ab eo Lusu quem aliàs vocamus **Back-gamon**, ut quidam statuunt: alii aliter, ut infrà dicetur. Sed inter Lusus ad Tabulam, omnium difficillimus est Gallorum *Tricrac*, quem modo sibi peculiari

culiari exercent. Germanorum **Trictrac** est idem quod Gallorum *Verquier*. Galli inter alios Lusus, habent unum aliquem dictum *Tables rabbatues*, aut *Dames rabbatues*, aut *Dames avallées*, estque idem cum eo quem dicimus **Doublets**.

Galli habent Lusum dictum *Ourche*, in quo sub certâ aliquâ Lege duplex damnum patitur victus, & duplum lucrum reportat Victor. Is etiam usitatissimus apud Belgas; & apud Italos, quibus dicitur *Marcio*, unde & in Oriente linguâ Francâ مارس *Mârç*. Danis vocatur **Jan**, & hodiernis Gallis *Bredoüille*; & quidvis hoc modo lucratum, est *partiè bredoüille*, partum per Bredoüille. Præterquam verò quòd sit peculiaris Tesserarum Lusus sic dictus, est & quod vocant *l'Qurch* in ferè quibusvis aliis Ludis, ubi (si ita paciscuntur Collusores,) duplex Damnum solvendum est. Hoc autèm plerumque est, quando aliquis ita præcluditur, ut non possit procedere in Lusu suo; ideóque antequam Lusus finiatur, victus habetur. Tale quid memoratur apud Platonem lib 6 de Rep. [ubi pro κυβεύειν dicit πεττεύειν,] ὥσπερ ὑπὸ τῶν πεττεύειν δεινῶν, οἱ μὴ τελευτῶντες ἀποκλείονται, καὶ οὐκ ἔχουσι ὅτι φέρωσι. Sic quoque est id quod idem Plato περὶ πλούτου habet, ὥσπερ ἐν τῇ πεττείᾳ εἰ πεττοὺς οὓς εἴτις φέροιτο, δύναιτο ἂν τοὺς ἀντιπαίζοντας ποιεῖν ἡττᾶσθαι, οὕτως, ὥστε μὴ ἔχειν ὅτι πρὸς ταῦτα ἀντιφέρωσι. Ubi per πεσσοὺς, intelligit *Calculos* in Tabulæ Ludo, minùs distinctè loquendo.

Hinc secundùm receptam formulam quæ in communi loquendi usu apud Anglos, id ad fermè quodvis

quodvis aliud Damnum quod quis extra Ludum patitur ſuſtinétve, transferri ſolet; ut ſcil. dicatur de aliquo, **he is left in the lurch**, i. e. in damno relinquitur. Et aliàs etiam aliquando (quia per **lurch** aliquid ab altero Luſorum aufertur,) **to lurch any thing**, eſt clanculùm & inopinatò auferre aliquid, ſcil. præter opinionem & & voluntatem poſſeſſoris, ferè ut fit in Ludo.

Eſt & alius Gallorum Luſus dictus *Renette*, quem Cotgravius exponit, **a Game like to Doublets, or Queens game**. Fortè aliàs legatur *Reinette*. Hujus meminit Salmaſius in Notis ad Vopiſcum, *Præter* Trictracum *quem vocamus, alium etiam Ludum cum Teſſeris & Calculis in Tabulâ luſitare conſuevimus*: Reginulam *vulgò vel* Reginetam *vocamus, quaſi* Parvam Reginam: *nam ita quidam Calculus nuncupatur. Ingenioſus hic Ludus, & multum habet artis, & ſuper Duodecim tantùm Tabulæ Punctis luditur. Vincit autem qui omnes adverſarii ſui Calculos capit.* —— *Idem fit hodie in eo* Trictraci *genere quem* Magnum *vulgò vocant*. Sic ille. Et Bulengerus dicit, *Apud nos* (Gallos) *hodie* 12 *Lineæ*, 24 *Calculi, vocamus Majorem Trictracum.*

Quoad Luſum apud Anglos uſitatiſſimum, dictum **Back-gamon**, is luditur toto numero Punctorum ſeu Linearum & Calculorum. Hinc (quia ſc. *Perna porcina* Italicè dicitur *Gambone*, unde Angl. **Gambon** ſeu **Gammon**,) plerique noſtratium perperam exiſtimant **Gamon** in hoc Luſu eundem ſenſum habere; ideóque in iſto Luſu evitâſſe jacturam, dicunt **to ſave your Gamon**

vel your Bacon, *Gambonem* seu *Pernam* intelligentes, cùm potiùs *Gambettam* seu *Lusum* intelligere deberent. Quod autem primò fortè jocosè dictum est, jam apud omnes fidem meretur. Hinc proverbialiter ad alias etiam res transfertur. Nam inde profectum est dictum Proverbium, potiùs quàm ab Incolis oppidi Dunmow in Essexiâ, quia rarissimè ab eis *postulatur Perna*, ut se habet Formula in eorum Registro.

Nominis rationem quod attinet, vocatur Back-gamon, quasi dicas, Back, game on, scil. Back again, and then Game on, i. e. *Retrò cede & rursus incipe, & deinde perge ludendo;* vel *retrò iens continua lusum*: viz. Retrò duc Calculum ad primum Punctum, & repetito ejusdem Calculi lusu, perge eo ludendo: vel si plures sunt, Retrò positis Calculis, continua lusum, vel perge eos rursus promovere. Quando enim quis Solitarium aliquem sine socio habet Calculum, qui (ut dicunt) non tutus est seu munitus ac altero Calculo stipatus, is periculum facit ut incurrat *Culpam*; eam scil. quæ appellatur *Litura* seu *Damnum* id quod vocatur a blot; ita nempe ut dictus Calculus (ictum urgente & minante Adversario) deleatur & ex Tabulâ exterminetur. Quo quidem pacto Lusor tenetur talem Calculum (eum scil. qui deletus & exterminatus fuerat,) de novo initiare, & repetitis ejusdem anteactis motionibus, eundem per totum Alveum gradatim (pro ratione casûs Tesserarum) circumducere, donec tandem in pristinum statum restituatur, & ad optatam (ut antea) metam promoveatur.

Quo

Quo quidem modo fieri potest, ut unus Lusus diu continuari & prolongari queat; dum scil. alter alteri inducit Lituram, quo modo uterque vicissim exactos Calculos adducendo retardatur.

Sunt qui statuunt Lusum **Irish**, (in quo Calculi sparsim distributi primò collocantur, non cumulatim,) esse fere eundem cum **Back-gamon**, nisi quòd in eo non habeatur beneficium Jactuum parium quos vocamus **Doublets**; nam duplo plus valent quam alii Jactus, & dupli, id est, pares cadendo cernuntur.

Secundùm quosdam, Anglorum **Tictac** est Lusus ab his longè diversus, tam Calculorum situ primo, quàm Legibus ludendi. In hoc enim omnes Calculi turmatim & densim in unâ Alveoli parte primò stant, alii super alios cumulati. Et Leges sunt, ut quævis Litura faciat Lusum unum; quorum 5 aut 7 totum Ludum absolvunt.

Apud Belgas usitatus Lusus est **Varkeer**, à quo Galli fecerunt suum *Verquier*. Iste Lusus ubique Gentium, etiam in Oriente, obtinet. Hoc autem Nomen origine Danicum est **Forkeering**, id est, *mutatio, variatio*; unde fit Germanicum **Verkehrung**. Hujusmodi appellationem meruit hic Lusus, propter subitas mutationes quæ inter ludendum accidere solent. Quandoque enim res ita se habet, ut si quis propè sit ut vincat, ita ut colluforem jam fermè vicisse videatur; mox ex unico tantùm jactu accidere possit totius Lusûs scenam ita subitò mutari, ut ipse idem qui penè vicerat, ab altero statim vincatur.

Quinam

Quinam Lusus sint in præcipuo usu apud Italos, docet Cardanus: *Nostrâ atate* (inquit Cardanus) *celebriores Lusus Alvei, sunt tribus Aleis*; Speraïnum, Speraïa, & Speraïonum: *unde Alveum ipsum* Speraïnum *etiam vocant. Vulgari tamen Italiæ linguâ* Sbaraïnum *appellant*, Sbaraïam, & Sbaraïonum. *Calcagninus tamen* Speraïnum *à sperando deduci putat. Sed Linguâ Italicâ* Sbaraiare, *est idem quod spargere: & Sbaraïnum, quod spargat. Utcunque sit, omnes hi Lusus tribus Tesseris exercentur: sed diverso modo utimur in* Sbaraïno *Tesseris duabus: tertiam supponimus cum Senario semper. At* Sbaraiam *cum tribus Tesseris*: Sbaraïonum *& ipsum itidem cum tribus Tesseris: sed quilibet congeminat ictus. Estque Principum Lusus, & sine curâ: ingeniosa* Sbaraïa: Sbaraïnum *medium locum obtinet; estque magis in usu*, quòd Sbaraïa *sit longior*, Sbaraïnum *autem maximè consistat in fortunâ. Celebres alii tres sunt cum duabus Tesseris*: Toccadiglium, *quod duplex est; parvum, quod in fortunâ consistit; & magnum, judicii longioris. Est &* Canis Martius, *qui præstanti ingenio indiget. Estque alius Lusus, quem* Minorettam *vocant: Et est duplex, major & minor. In Lusu usitato* Jacina *dicto, tres Senarii sunt omnibus Numeris potiores. Ex Lusibus autem pulchris qui non sunt in usu, est* Speraïnum *seu* Sbaraïnum *cum duabus Aleis solùm sine Senario.* Hactenus Cardanus.

Bernardo da Parigi dicit, quod *Sbaraglino* seu *Sbaraglio* sit Lusus Turcicè dictus طولى *Tavli* seu *Tavuli.* Orientales peculiarem aliquem habent

habent Luſum ad Tabulam, quem generali nomine vocant طاولة *Tawla* ſeu *Tavla*. Alium habent intricatiorem, Arabicè dictum مرتجي *Murtagjî*, quod Ecteri exponit ارمين لنمش نسنه *Speratum*, ſeu *res ſperata*; quia in eo ſæpè Speratur victoria, quæ tamen non obtinetur: eſt ſcil. hic idem cum ſupradicto *Varkeer*, cujus rationem reddidi. Alius eſt dictus طوقاني *Toucâti* ſeu *Taucâti*, Luſus in quo omnes hoſtium aditus طوقا *circumcirca* obturare conatur aliquis Luſor. Fortè ſit idem cum Angl. Tictac. Qualis Luſus ſit Perſarum فردن *Pherîd* ſeu *Phrîd*, i.e. *Simplex*, *ſingularis*, ab ipſis quærendum eſt. Et idem dicendum de eorum Luſu dicto خانه گير *Châna-ghîr*, id eſt, *Caſularum captatio*: ubi per *Caſulas* intelligimus *Puncta* ſeu *Lineas* Alveoli, quas *Domos* ſeu *Caſas* vocant Perſæ.

In Indiâ Orientali, داو *Dâv* Pers-Indicè eſt *Luſus unus* in quovis Ludo, & quoque *Pignus*, *Sponſio*, aut *Depoſitum* pro quo luditur; ſcil. exponitur داو كردن *Sponſionem inire* & *augere jactus* urgendo ſponſiones, & *quiſque vices ſuas ludere* in hoc & aliis Ludis. Et مهره جاندار *Calculus animam tenens* ſeu periclitans, is eſt à cujus motione dependet ultimum omnia perdendi periculum: & in illo caſu cenſuve, Jactus ille ultimus

timus vocatur آخر دست *Manus postrema*, scil. آخر قمار *finis ludendi*. Habent enim in Indiâ ludendi modum usque ad 17 Lusus seu diversas in ludendo Periodus, quarum tamen omnium Nomina ab Autore meo Pers-Indo non decentur. Sed harum una aliqua vocatur زبان *Zebâd* seu *Zebâz*. Quarta (ut videtur) est داو هزار *Dâv hazâr*, i. e. *Sponsiones mille* seu *Factus mille*. Septima vocatur Persicè ندب *Nadàb*, i. e. *Sponsio*, Arabicè autem عذرا *Azrâ*; est sc. داو بر هفت *Sponsio super septem*, quando nempe pro Sponsione aliquâ decertatur 7 Lusibus, qui tunc Ludum absolvunt, ut fit in Anglico Tictac in quo de Lusuum numero paciſci solent. Undecima, seu quando à 7 ad 11 proceditur, nominatur تمامي ندب *Temâmi nadàb*, i. e. *Completa sponsio*, vel aliàs واده فرد *Vâda pherd*, & Arabicè وامق *Wâmek*, si in his rectè legimus vitiosè scriptum Codicem. Erat autem *Wâmek* (à quo sumpta est Denominatio,) Amasius quidam, cujus Amasia erat عذرا *Azrâ*, qui in Oriente celeberrimi nominis Amatores fuêre. Quando ab 11 ad 17 proceditur, (scil. ad Ludum 17um, seu Ludendo ad Periodum quæ 17 Lusibus & tot Sponsionibus absolvitur,) tum vocatur دستی خون *Desti chûn*, i. e. *Manus sanguinis*, de proprio

prio ſanguine ludendo, quando روح در گروست *Anima eſt in pignore* ſeu *oppignorata*, ut inquit Ibn Yamîn; id quod aliàs dicitur گرو جان *Ghrávi gjân*, i.e. *Oppignoratio animæ* ſeu *vitæ*: namque per *Animam* heic intelligitur *Vita*. Is ſcil. eſt آخرین بار نرد *ultimus luſus* ☞ *Nerd*, ſeu ultima in Nerdiludio periodus; ſc. omnium deſperatiſſimus Luſus, quando pro ſanguine & ipsâ vitâ luditur, & (omnibus aliis rebus amiſſis.) گرو بر جان بستد *Pignus pro animâ ligatur* ſeu *initur*, quando oppignoramus noſmetipſos & corpora noſtra emancipamus, & vitas noſtras in aliorum poteſtatem tradimus; idque pergendo fieri حریف ششدر *Alveoli conſortes* ſeu *participes*, Sponſiones & Luſus uſque ad decimumſeptimum (qui ultimus) continuando, ubi ultimam omnia perdendi aleam ſubimus. Nam Indi ſunt Luſores omnium deſperatiſſimi, qui omnibus pecuniâ & bonis amiſſis, pro Digitis abſcindendis, & tandem (ut dictum) pro vitâ ipsâ & corporum emancipatione ludunt. Iſte vocatur داو هفدهم *Luſus* 17us, ſeu *Sponſio* 17ma, vel aliàs خصل هفدهم *Factus* 17us, ſcil. terminus ultimus ad quem apud eos unquam luditur. Quòd ſi ulteriùs adhuc proceditur, ſcil. ultra 17um ſponſiones ponendo & ludendo, tum ille ultimus Luſus non habetur *Decimus-ſeptimus*, ſed *Primus*,

mus, quippe à quo rurſus incipiunt de novo ludendo & ſpondendo ſponſioneſque augendo. Tale quid narrat Tacitus de moribus Germanorum, dicens eos adeò Aleæ addictos, ut cùm omnia deficerent, extremo ac noviſſimo Jactu de libertate & de Corpore contendiſſe. Et D. Ambroſius, de Tobiâ Cap. 11, pertinax Aleæ ſtudium Hunnis attribuit.

Linguâ Indicâ Sanſcreticâ, Nerdiludium in genere vocatur *Dûta*, & Luſus quidam particularis (de cujus Deſcriptione ulteriùs inquirendum,) nominatur *Aſhcáca-Cúrrida*: & horum ſcriptio Indica charactere *Náugeri* & linguâ *Sanſcreticâ* exhibetur infrà in eodem Schemate cum Ludo *Tchûpur* ſequente; idque compendii causâ, ne aliàs peculiarem pro paucis Voculis Sculpturam ſeorſim adhibere cogeremur.

Inter Zenonis Imperatoris λυτὰ *recreationes*, ejus ad Tabulam Luſus (in quo peſſundatus fuit,) docetur ab Agathia Scholaſtico ſequente Epigrammate obſcuriſſimo in Criticorum & Luſorum Crucem excogitato; in quo ergò aliquid præſtitiſſe, laudem; titubâſſe verò, veniam mereatur.

Δῆποτε γὰρ Ἐνώνια πολισσοῦχον βασιλῆα
Παίγνιον ἀρράστων ἐκτελέοντα κύβων,
Τοῖν ποικιλότευκτος ἕλεν θέσις, ἕυτ' ἀπὸ λευκοῦ
Τοῦ καὶ ὀπισθιδίην εἰς ὁδὸν ἐρχομένου,
Ἑπτὰ μὲν ἕκτος ἔχεν, μίαν εἴνατος· αὖταρ ὁ σύμμος
Δισσὰς ἀμφιέπων, ἴσος ἔην δεκάτῳ.
Ὃς δὲ πέλει μετὰ σύμμον, ἔχει δύο· μουνάδα δ' ἄλλην

Ψῆφον

Ψῆφον τὴν πυμάτην ἀμφιέπεσκε Δίβος.
Ἀλλὰ μέλας δισσὰς μὲν ἐν ὀγδοάτῳ λίπε χώρῳ,
Καὶ τόσσας ἑτέρας ἐς θέσιν † ἑνδεκάτης·
Ἀμφὶ δυωδέκατον δὲ διέπρεπον εἴκελοι ἄλλαι,
Καὶ τρισκαιδεκάτῳ Ψῆφος ἔκειτο μία.
Δίζυγες Ἀντίγονον διεκόσμεον· ἀλλὰ καὶ αὐτῷ
Ἴσος ἔμιμνε τύπος πεντεπικαιδεκάτῳ,
Ὀκτωκαιδεκάτῳ παρομοῖος· εἰσέτι δ' ἄλλας
Εἶχεν διχθαδίας τέτρατος ἐκ πυμάτου.
Αὖταρ ἄναξ λευκοῖο λαχὼν σημήϊα πεσσῶ,
Καὶ τὴν ἐσομένην ἢ νοέων παγίδα,
τριχθαδίας ἀδόκητα βαλὼν Ψηφῖδας * ἀριθμῶ
Πύργου δυρατέος κλίμακι κευθομένην,
Δοιὰ καὶ ἓξ· καὶ πέντε κατήγαγεν· αὐτίκα δ' ὀκτὼ
Ἄζυγας εἶχεν ὅλας πρόσθε μεριζομένας.
Ταύλην φεύγετε πάντες, ἐπὶ γὰρ κοίρανος αὐτὸς
Κείνης τὰς ἀλόγους οὐχ ὑπάλυξε τύχας.

* f. meliùs legendum ἀριθμῷ. † f. leg. κευθομένας. ‡ f. leg. ἑνδεκάτου.

Aliquando enim Zenonem Regem civitatis-patronum [seu *Tutorem*]
Lusum inexcogitatis [seu [a] *ineffabilibus*] *perfecientem Tabulis,*
Talis artificiosa cepit [b] *positio, quando ab albo*
In posteriorem viam veniente,
Septem quidem sextus tenuit, unum nonus: sed ille summus
Duplices gubernans aequalis erat decimo.
Qui autem erat post summum, tenuit ‡ *duos: & unitatem aliam*

† Quære an interpunctandum *duos, & unitatem aliam*: per Colon? *a* i. e. inenarrabiles. *b* i. e. situs Ludi.

Calculum noviſſimum regebat [c] *Dibus.*
Sed niger duplices in octavo reliquit Loco,
Et tot alios ad poſitionem undecimi:
Circa duodecimum autem conveniebant ſimiles alii,
Et decimotertio Calculus adjacebat unus.
Bijuges [d] *Antigonum exornabant: ſed & ipſi*
Æqualis manebat figura quintodecimo,
Decimooctavo ſimilis: inſuper alios
Habebat duplices quartus à noviſſimo.
Sed Rex albi ſortitus ſigna Calculi,
Et futurum non proſpiciens laqueum,
Triplices inconſideratè jaciens Teſſeras numero
Turriculæ ligneæ gradibus occultatas,
Duos & ſex & quinque reduxit: ſtatim autem octo
Simplices habebat totos antè diviſos.
Tabulam fugite omnes, quoniam & Imperator ipſe
Illius irrationales non evitavit fortunas.

[c] i. e. Pinio. v. Meurſii Gloſſ. & Arnob. lib. II. cap. 6. Falliturautem Salmaſius in Notis ad Vopiſcum p. 168. [d] Extat apud Heſych. Ἀντιγόνιος βόλος: ſed (ut mihi videtur) eſt potiùs 14. locus ſeu linea in Tab. ut vult Salm.

Præcedentis Epigrammatis ſenſus (quamvis obſcurus) videatur ſic eſſe: quòd ſc. Zenonem ad Tabulam ludentem cepit ſeu delectavit Lusûs alicujus artificioſa poſitio ſeu ſitus ſequens, in quo nempe eo perventum eſt, ut in ejuſdem cataſtrophe apud Album ſeu albos calculos poſſidentem (qui poſterior ludebat) 7 Calculos ſextus Chorus habuit, unum nonus: & Chorus ſummus ſeu ſupremus duplices ſeu binos poſſidens, æqualis

æqualis erat decimo tot pariter possidenti. Ille autem Chorus qui erat post summum, duos habuit Calculos: & Unitatem aliam, sc. Calculum posteriorem, compescuit Dibus. Niger vero seu Lusor qui nigros possidebat Calculos, in octavo Choro reliquit binos, & totidem in undecimo, & similiter in duodecimo eodem modo, & in Choro decimotertio jacebat Calculus unus. Binos possidebat Antigonus seu Chorus decimusquartus: & sic decimus-quintus, & sic similiter decimus-octavus. Et insuper alios binos Calculos habuit Chorus quartus ab ultimo seu à fine, sc. vicesimus primus. Sed Zeno Rex possidens Signa seu Choros Calculorum alborum, & non advertens futurum laqueum seu malum eventum, inconsideratè jaciens Tesseras (numero tres parumper occultatas dum per Turriculæ ligneæ gradus volverentur,) reportavit le Deux, le Six, & le Cinque: & deinde statim ei manserunt tantùm 8 simplices Calculi palam dispersi. Ideóque fugite Tabulam, quippe cujus malos eventus Imperator ipse evitare non potuit.

Est nempe descriptio positionis cujusdam Lusûs, non quidem primo ejus situ seu inchoati, sed fere ad colophonem perducti & Catastrophen sortientis. Sed ad pensum redeamus.

Viri Nobiles & Senatores Romani pro Nummis ludebant, & quævis Ludorum genera (præsertim *Nerdiludium*, *Talos*, & *Latrunculos*) frequenter exercebant. Id tamen faciebant γεροντικῶς *seniliter*, i. e. graviter & prout decebat Senes, qui Nuces & reliqua puerilia reliquerant. Apud Persas

Persas etiam luditur pro Nummis, qui tamen plerumque distribuuntur inter astantes pauperiores; cùm apud eos vix honestum sit ut aliquis hoc modo lucratos nummos secum auferat. Et talis pecunia ludendo lucrata & inter pauperes Spectatores distributa, Persicè vocatur بورک *Bûrek*, seu aliàs شـتـل *Shetèl*, contractè pro شتيل *Shetîl*, unde factum est Arabibus nomen شطن *Shetàl* tam in Calculorum & Tesserarum quàm in simplicis Aleæ Ludo.

§. VI. *De primario Nerdiludii Scopo seu Intensione, & quid eo designetur & repræsentetur.*

VEtus Epigrammatista judicavit hunc Ludum repræsentare Bellum, *Epigr. de Tabulâ*, prout ex MSS Chartis exhibet Salmasius,

Composita est Tabula nunc talis formula Belli,
Cujus missa facit Tessera principium.
Ludentes vario tum exercent prælia fato,
Russeus an nitidus præmia sorte ferat.
Pascitur à multis avidè damnosa voluptas,
Ne fœdet glisens otia segnities.

Et

Et mox apud eundem idem docetur in alio Epigrammate *de Tabulâ*, (ubi per *Indica materies* intelligitur *Ebur* seu *Tessera Eburnea*,) his verbis,

Indica materies blandum certamen amicis
Offert, sed Belli fert simulachra tamen.
Namque acie æquali concurrit russeus albo,
Ut gravibus damnis se domet alteruter.
Contorquet varios alternans Tessera missus,
Fataque ludentûm Collis & Ima probant.
Pax & Pugna simul Ludo junguntur in uno,
Cùm victi spoliis victor amicus ovat.

Abu'l Kâsim Phirdausi Libri *Shahnâmæ* Autor p. 1056, etiam repræsentat hujus Ludi Scopum esse Bellicum & Belli speciem esse censet, idque ex sententiâ τῦ *Buzurgjumhur* Sapientis Indorum celebratissimi, qui hunc Ludum à Persis inventum & problematicè Indis propositum ut intricatum quiddam, illorum ingenium explorandi ergô exhibet, sequente modo,

خرد با دل روشن آشنا کرد
بیاد بیشه وحیله بنهاد نرد
سه تا مهره فرمود کردن زعاج
همه پیکر عاج وهم رنگ ساج
یکی رزمگه ساخت شطرنج وار
دو روده بر آراسته کارزار

دو لشکر بخشید بر هشت بهر
همه رزمجویان گیرنده شهر
بگسترد لشکرگهی چارسوی
دو شاه گراندمایه ودیک خوی
که در جنگ باشند هردو بهم
یکی از دیگر برنگیرد ستم
بهر جای در گرد کرده سپاه
کرازان دو شاه اندرون رزمگاه
بفرمان ایشان سپاه از دو روی
شد آمد بیاراسته جنگ جوی
یکی را چو تنها بگیرد دو تن
زلشکر به بین یکتن آید شکن
همی این بدان آن بدین بر گذشت
گهی رزم کوه وگهی رزم دشت
بدینگونه تا بر که آیدش شکن
شدندی دو شاه وسپاه انجمن
بدین سان که گفتم بیاراست درد
بر شاه شد سر بسر بیان کرد

Sapiens

Sapiens animo perſpicuo illum Ludum inſtituit,
Cum deliberatione & arte poſuit Nerdiludium.
Triplices Teſſeras juſſit fatere ex Ebore,
Omnes etiam [b] *Figuras ex Ebore, & tot concolores ex Ebeno.*
Prælii aliquem locum conſtituit ſicuti ſit in Shatrangj,
Ex utrâque parte ordinatum eſt prælium.
Binoſque exercitus in 8 partes diſtribuit,
Omnes erant Bellipetentes Urbicaptantes.
Diſpoſuit exercitûs locum quadripartitum,
Duoſque Reges æſtimabiles & benè moratos,
Ut ſcil. *eſſent ambo ſimul in Bello,*
Et tamen unus ab altero non caperet vindictam.
In omni itaque loco collecti milites, ſcil.
Amborum Regum Pugiles in prælii loco erant,
Ad quorum mandatum Milites ex utrâque parte
Ad Eundum & Veniendum diſpoſiti, Belli appetentes.
Et quando unum ſolitarium capiunt duo homines,
Tum ecce unus de exercitu venit in fracturam.
Hic ad illum, ille ad hunc, pertranſit;
Aliquando Bellum in Montibus, aliq in Campis.
Hoc modo ſit donec alter veniat [d] *fractus,*
Et tum ambo Reges cum militibus rurſus conveniunt.
Hoc quo dixi modo Nerdiludium ordinavit,
Et adiens [e] *Regem, ſigillatim recenſuit omnia.*

[b] Figuras, i. e. Fruſtula luſoria figurata ſeu Trunculi Leonini. [γ] Fracturam, i. e. Ruinam, quia captus eſt. [d] Fractus, i. e. victus, peſſundatus. [e] Regem, vel Perſiæ vel Indiæ.

Sic Phirdausi. Vix autem apparet aliquis conductus Belli aut ad illud apparatus, cùm non sit in eo aliquis Rex aut Generalissimus aut totius Gubernator qui præsit ut Frustula ceu milites regat aut aliquo regimine bellicò utatur. Sed simpliciter adhibetur (quantum fortuna patitur,) techna percurrendi cum suis 24 Puncta lusoria seu Choros, quis primus eam absolvat Periodum, suos Calculos ex Alveolo legitimè eximendo & ab eodem liberando, ut in hac parte socio præcurrat eúmque antevertat. Et in aliquibus Lusibus dicta Periodus toties in orbem redit, (ut in Tictac, &c.) quoties paciscuntur Lusores ut tot Lusus unum Ludum absolvant. Sed dictæ sententiæ (quòd sc. sit species Belli,) contrà eunt omnes tam Græci quàm Arabes: idque meritò, cùm hic Ludus non sit magis Belli species quàm quivis alius Ludus in quo duæ personæ contra seinvicem victoriæ ergò contendunt, quis socium in aliquâ re prævertat, aut quis prior viam ad hanc vel illam Urbem conficiat, & oppositò Collusori in hac parte præcedat.

Audiamus ergò quid de hac re statuant Arabes. Et imprimis *AlSéphadi* (seu ut aliàs sonari possit *AlSáphadi*) in suis Comment. ad Togrâi *Lamîyato'l Agjam* ex doctissimo *Ibn Chelikân* hæc adducit, prout in MS Cod. Bibliothecæ Bodlejanæ leguntur, جعله مثل للدنيا وامثلها فرتب الرقعة اثني عشر بيتا بعدد شهور السنة والمهارك ثلثين قطعة بعدد ايام الشهر والغصوص

والفصوص الافلاك الدايرة ورميها مثل
تقلبها ودورانها والنقط فيها بعدد الكواكب
السيارة كل وجه منها سبعة الشش ويقابله
البيك والبنج ويقابله الدو والجهار ويقابله
السه وجعل ما ياتي به اللاعب من النقوش
كالقضا والقدر تارة له وتارة عليه وهو
يصرف المهارك علي ما جاءت به النقوش
لكنه اذا كان عنده حسن نظر عرف كيف
يتاتي وكيف يتحيل علي الغلب وقهر
خصمه مع الوقوف عند ما حكمت به
الفصوص وهذا هو مذهب الاشارعة — اخبرني
من اثق به ان الشيخ تقي الدين احمد ابن
تيمية كان يقول اللعب بالنرد خير من
اللعب بالشطرنج لان لاعبه يعترف بالقضا
والقدر والشطرنج لاعبه ينفي ذلك وهو اقرب
الي الاعتزال *Et composuit eum ad exemplar Mundi, cui eum comparavit: Alveolum enim disposuit in 12 Domos, ad numerum Mensium anni: & Calculi*

ſunt triginta Fruſtula, ad numerum Dierum Menſis : Teſſeræ ſunt ad inſtar Sphærarum circumrotantium; earúmque Jactus, ad inſtar motûs & circulationis earundem : quæ in eis Puncta, ſunt ad numerum Planetarum, quorum ſitus quilibet eſt Septenarius ; dum Senioni opponitur Monas, Quinternioni opponitur Dyas, Quaternioni Ternio opponitur. Conſtituitque Notas quas Jactu ſortitur Ludens, inſtar Prædeterminationis & Decreti-Divini, quæ aliquando ſunt pro ipſo, aliquando contra ipſum : ipſe autem Calculos pro ratione Notarum movet ; ita interim, ut, ſi perſpicaci ſit ingenio, dignoſcere queat res eâ arte diſponere, ut victoriam conſequatur, & adverſarium ſuum ſuperet, ſtante eo quod determinaverant Teſſeræ ; quæ eſt via Al Aſhariorum. ——— *Narravit mihi quidam fide dignus, Sheich Takjoddîn Ahmed Ibn Temîma dixiſſe, Ludum AlNerd præſtantiorem eſſe Ludo AlShatrangj, quòd illo Ludens agnoſcat Prædeterminationem & Decretum-Divinum ; at Ludens AlShâtrangj ea neget, quod propriùs accedit ad Al-Mu'tazalos* : id eſt, ad Sententiam Mu'tazalorum, ſeu Sectæ quæ *à Segregando & recedendo* ſic vocatur ; Al Aſharii vero ſtrictè adhærent الشريعة *AlSharîa*, i. e. *Legi*. Hanc Chelikánidis opinionem aliquantulùm corrigit Sokeiker Damaſcenus, his verbis, واقول لقد اغفل العلامة ابن خلكان من وصف النرد اشيا منها ان الاثني عشر التي في الرقعة مقسومة اربعة اقسام علي عدد فصول السنة والمهارك خمسة عشر.

عشر سودا وخمسة عشر بيضا كالليالي
المقمرة والحالكة والفصوص مسدسة يشير
بها الي الجهات الست وما تحت الفصوص
وفوقها كيف وقعت سبعة نقط يشير بها الي
الافلاك السبعة والاراضي والبحار والكواكب
الثابتة والسيارة وجعل ما تجري
به الفصوص حالة الوقوع من الاعداد قلت
اوكثرت مثالا للقضاء والقدر وجعل التصرف
في تلك الاعداد للاعب باختياره وله
التدبير فيها بعقله فربما وفق للصواب كما
يرزق الموفق شيا يسيرا فيحسن التدبير
فيه فينمو وقد لا يوفق فانا راينا
المحروم يرزق شيا كثيرا فلا يحسن
التدبير فيه فيذهب *Dico profecto, quod Doctissimus Ibn Chelikân aliquas res prætermiserit in Descriptione τȣ̃ AlNerd: nam Numerus-duodenarius qui est in Alveolo, in 4 partes dividitur sec. numerum Quadrantium anni: & Calculi (qui sunt 15 nigri & 15 albi) sunt tanquam Noctes lunatæ & illunes: & Tesseris hexagonis indicantur 6 Plagæ: & quod est supra & infra singulas Tesseras, quomodocunque*

docunque acciderit, constituunt ⅂ Puncta quibus indicantur ⅂ Orbes-cœlestes, & ⅂ Terræ, & ⅂ Maria, & Stellæ fixæ ac Planetæ. Et fit id in quo Tesseræ currunt in ipso casu Numerorum, (sintve plures aut pauciores,) repræsentans Fatum & Providentiam: & fiunt rerum Dispositiones [sc. motiones Calculorum] *sec. hosce Numeros pro delectu* [seu *libero-arbitrio*] *Lusoris, quas ipse potest gubernare per prudentiam suam,* [seu pro ratione ingenii sui.] *Et nonnunquam prosperè succedit, ut qui res suas benè disponit, accipiat paululum, quod bono ejus ductu crescat; vel aliàs, minus prosperè succedat. Nam ubique aliquando videmus infortunatum hominem, qui lucratur multum, quod tamen sine ejus bono ductu abit.* Nempe vult dicere, ut in Mense lunari Noctes sunt partim lucidæ & partim tenebrosæ, sic & Calculi sunt partim albi & partim nigri. Et quòd Tesseræ sunt cubicæ sex-laterales sec. 4 Plagas & Sursum & Deorsum, quæ faciunt 6 Plagas. Et id quod sub Tesseris est & supra eas prout cadunt 7 Punctis, indicat 7 Sphæras, *&c.* Et constituit Numeros qui currentibus Tesseris accidunt, (sintve plures aut pauciores,) esse ad instar Prædeterminationis & Decreti-Divini, quæ restringunt & determinant pleraſque Calculorum Motiones; quarum tamen quædam aliæ possunt per hosce Numeros esse ad Liberum-arbitrium Lusoris, pro modulo peritiæ & perspicaciæ ejus in movendo Calculos, &c.

Idem esse hujus Ludi ingenium scopúmque statuerunt etiam Græci, inter quos Cedrenus sic habet,

bet, ὥριζε γὰρ εἶναι τὴν ταῦλαν, τὸν γήϊον Κόσμον· τὰς δὲ δώδεκα Κάσας, τὸν Ζωδιακὸν ἀριθμόν· τὸ δὲ Ψηφοβόλον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ Κοκκία, τὰ ἑπτὰ Ἄστρα τῶν Πλανήτων· τὸν δὲ Πύργον, τὸ ὕψος τῆς Οὐρανοῦ, ἐξ ὃ ἀνταποδίδοται πᾶσι καλὰ καὶ καλά. *Determinavit enim Tabulam esse Mundum terrestrem; duodecim Casulas esse Numerum Zodiacalem; Fritillum, & quae in eo sunt septem Grana,* (i. Puncta,) *esse Septem Planetarum Astra; Turrim esse Altitudinem Cœli, ex quo omnibus Bona Malave tribuuntur.* Et sic fere Suidas in voce Ταῦλα. Fusius autem Isacius Porphyrogenneta in Paraliponenis Homeri, agit his verbis; Ἐκ γὰρ τῆς κινήσεως τῆς ἐν οὐρανῷ ἑπτὰ Πλανητῶν, τῶν κατὰ μοιρικὴν τύχην, ὡς φασιν, ἐπαγόντων χαρὰς τοῖς ἀνθρώποις καὶ λύπας, ᾠήσατο τὴν ταῦλαν ἔτοι τὸν Πίνακα τῆ παιγνίᾳ, τὸν γήϊον Κόσμον· τὰς δὲ δώδεκα Κάσας ἤτοι τὰ χαρακώματα τότε, τὸν Ζωδιακὸν ἀριθμόν· καὶ τὸ Ψηφοβόλον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ Κοκκία ἅπερ τῷ Κύβῳ ἐίπτονται, ὡς ἀναλαγοῦντα τοῖς Ἀστράσι· τὸν τε Πύργον αὐτὸν τὸν καλέμενον Μόδιον, τὸ ὕψος αὐτὸ τὸ ἐφάνιον ἀινιττομένον· ἐξ ὃ δὲ ἔρχονται εἰς πάντας κατ' ἀνταπόδοσιν, ὡς φασιν Ἕλληνες, καλὰ καὶ καλά. Horum Latina Versio Rutgersii, quam adducit Souterius p. 35, videtur insinuare illum nec hunc Ludum nec Isacii de eo verba recte intellexisse: puto autem hunc locum melius vertendum seq. modo: *Ex motu siquidem 7 Planetarum qui sunt in cœlo,* (*qui, ut dicunt, fatali Fortuna gaudia aut mœstitias hominibus afferunt,*) *definivit Tabulam seu Tabellam lusoriam esse Mundum terrestrem: duodecim autem ejus Capsos seu Valla, esse Zodiacalem numerum: deinde Fritillum & quae sunt in eo Grana* (i. e. Puncta) *quae Tesseris jaciuntur, analoga esse Astris: Turriculam ipsam*

vocatam Modium, ænigmaticè exprimere Altitudinem cœli, ex quo veniunt pro meritis Mala aut Bona, per modum retributionis, ut dicunt Græci.

Κοκκία ſunt Teſſerarum Puncta ad inſtar Granulorum: quæ, κατ' ἀντίθεσιν, in quâvis Teſſerâ ſunt ſemper 7, (viz. 1-6, 2-5, 3-4,) ſecundùm numerorum Aſtrorum ſeu Planetarum. In ſuperioribus, D. Rutgerſius Accentu in antepenultimâ legit Ψηφόζολον *quod jacitur aleis*, malè omninò, cùm βόλος ad hoc ſufficeret: præterea hoc modo, planè ſuperfluum eſſet quod ſequitur, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ κοκκία ἅπερ τῷ κύβῳ ξύμπλοντα.

---

§. VII. *De Nerdiludii Antiquitate & primo Autore ſeu Inventore.*

HUnc Ludum in Angliam ſecum introduxerunt Normanni, qui etiam in ejus praxi reliquerunt nobis ſua Vocabula *As*, *Ambs-As*, *Deux*, *Troys*, *Quatre*, *Cinque*, *Six*, quod pronuntiamus *Size*. Sed de ejus primo Autore & Natalitiis variè ſentitur. Vetus Epigrammatiſta quidam in Epigr. de TABULA, Palamedi tribuit:

Hoc opus Inventor nimium Palamedes amavit,
Et parili excellens Mucius ingenio.

In eandem ſententiam iverunt Sidonius Apollinaris, Lactantius Placiades in Statium, aliique. Nec

tantùm

tantùm recentiores Latini, sed & mediæ ætatis Græci, idem sentiunt: inter hos est Cedrenus, cujus verba sunt, Οὗτός ἐστιν Παλαμήδης, ὁ καὶ τὴν Ταῦλαν ἐφευρὼν πρὸς μετεωρισμὸν τῶν ἄστρων, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ σύνθεσιν σὺν φιλοσοφίᾳ πολλῇ κατασκέψας· ὥριζε γὰρ εἶναι τὴν Ταῦλαν, τὸν γήϊνον Κόσμον, &c. Sic etiam Isacius Porphyrogenneta in Paralipomenis Homeri, ὁ Παλαμήδης - ᾧ δὴ πρώτως τὸ Ταυλίζειν ἅπτει Κυζεύειν ἐξεύρηται, &c. Et sic etiam Joh. Antiochenus, & Suidas in voce ταῦλα. Et multi Viri Docti horum autoritate contenti, rem ulteriùs scrutari non satagerunt; ego autem non item.

Iste Palamedes fuit Nauplii filius, qui, quamvis ab Homero non recenseatur, Bello tamen Trojano interfuisse constat. Dicti autem Autores qui de eo testati sunt, omnes sunt Christi seculo longè citeriores, à Palamedis temporibus mille aut 1500 annis remoti. Illorum itaque de eo Testimonia non valent, nisi quatenùs ab antiquioribus acceperint. De hoc autem altum silentium: nemo antiquiorum sic dixit, nec dixisse dicitur. Si verò tam antiquum fuisset hoc Inventum adeò Philosophice concinnatum, mirum est quòd nemo veterum Græcorum illud vel semel commemoraverit: hoc autem proculdubio fecissent, si tale quid apud eos extitisset. Ideóque non possum cum aliis quibusdam Viris Doctis in hac parte sentire, donec evidentiores Probationes, quàm quas hactenus viderim, produxerint.

Cùm autem supradicta de Palamede Inventore opinio sit receptissima, oportet nos non ita te-

merè ab eâ recedere, nisi factâ priùs inquisitione quid huic errori ansam dederit, & quænam veritatis species tot Autorum fidem opinioni falsæ emancipaverit. Hujus itaque opinionis origo hinc est, quòd Sophocles (ut infrà suo loco dicetur,) Palamedi Inventori tribuat Κύβους *Tesseras*, quæ *Nerdiludii* partem faciunt. Et hoc videntes posteriorum ætatum Scriptores, rem verò non satis accuratè perpendentes, non dubitarunt affirmare illum, *Nerdiludium* totum prout suis posterioribus temporibus constitutum erat, primò excogitâsse. Quòd autem nec *Nerdiludium*, nec quæ eo adhuc antiquior est *Alea*, ad Palamedis tempora reduci possit, vide infrà in Historiâ *Aleæ*.

Platonis Interpretes Græci *Nerdiludium* tribuunt τῷ *Theuth* Ægyptio : ideóque illud vocant Αἰγυπτιακὴν Πεττείαν, minùs rectè, ut opinor. Suetonius dixit Κυβείαν esse antiquiorem Πεττείᾳ. De his verò infrà dicetur in *Aleâ*. Ut autem quidam Autores nimium *Nerdiludio* Antiquitatem tribuerint, sic alii ex alterâ parte errantes, idem justo recentius esse voluerunt. Autor Libri *Mu'gjizât* statuit hunc Lndum aliquanto recentiorem Ludo *Shatrangj*, حكما هندى شطرنج را وضع كردند وبكسرى فرستادند بزرجمهر آذرا بيرون آورد كه چون بايد باخت ودر مقابل آن نرد بنهاد وبهندى فرستاد

Sapientes India posuerunt Shatrangj, & ad Cosroem miserunt. Buzurgjumhur id produxit, quomodo scil. oporteret ludere ; & in oppositum ejus posuit Nerdiludium,

ludium, quod in Indiam misit. Dictus *Cosroes* fuit *Anushirravân,* qui in Europæorum Libris aliquando dicitur *Anuxiron,* qui obiit anno æræ Alexandrinæ 888, Christi 576. Hujus Prorex & Consiliarius fuit *Buzurgjúmhur,* qui à magno amore quo Rex eum prosequebatur, Nomen suum adeptus est. Iste Autor Persicus rectè statuit tempus missionis ab uno regno in aliud. Sed certissimum est *Nerdiludium* longè ante dictam missionem inventum fuisse; ut in seqentibus monstrabitur.

Aliquanto antiquiorem hunc Ludum ponit *Ecteri,* نردشير نرد ددكلري لعب كه ملوك ساسانياندن شابور بن اردشير موضوعاتندندر *Nerdshîr est Ludus dictus Nerd, quod est ex Inventionibus τȣ̃ Shâbur filii Ardeshîr, qui unus Regum Sasanidarum.* Plus adhuc antiquitatis huic Ludo tribuunt Arabes, & inter eos *Ibn Chelikân,* ex quo *AlSephadi* in suis MSS Commentariis ad *Tograi Carmen,* hunc Ludum tribuit Patri antedicti *Shâbur,* وكان اردشير بن بابك اول ملوك الفرس الاخرة قد وضع النرد ولذلك قيل انه نردشير جعله مثلا للدنيا *Azdeshîr filius Bâbek primus Regum Persarum posterioris Classis, is est qui posuit Nerdiludium, quod itaque vocatur Nerdshîr: & ad exemplar Mundi composuit, &c.* Sic Arabes semper legunt *Azdeshîr:* is autem est qui Agathiæ Ἀρταξήρης

 filius

filius Παζίκυ vocatur; qui obiit (ut refert Abu Mohammed Muſtapha) anno æræ Alexandrinæ 527, Chriſti 215. Dictus *Bâbec*, ſæpè vocatur بابكان *Babekân* in plurali formâ, idque بالتعظيم *honoris causâ*, ut dicit *Chondemîri* Epitomator & Libri *Shâhnamæ* Autor.

Hæcce Arabum opinio de *Ardeshîro* Inventore, fortaſſis ſit magis ſpecioſa quàm vera; nam videtur fundata in ſolâ conſonantiâ quam dicti Regis Nomen *Ardeshîr* habet cum vocabulo *Nerdshîr*. Præterea, huic opinioni velificari non poſſum, quia idoneâ autoritate *Nerdiludium* adhuc remotiorem antiquitatem habere conſtat. Ideoque mihi veriſimilius videtur, quod poſtquam Indi ad Perſas miſiſſent *Shahiludium*, tum hos ad illos viciſſim miſiſſe *Nerdiludium*; non quidem tanquam recens Inventum, ſed quod diu antea apud Perſas extiterat: quod tamen, quia Indis hactenùs inauditum, his igitur eo tempore prorſus novum videbatur. Quamdiu autem ante Nuſhirravâni tempus hic Ludus apud Perſas fuerit, vel an hi à Romanis acceperint, vel an Romani ab illis, (cùm frequentiora prælia utrinque interceſſerint,) ex Perſarum Libris non conſtat, quatenùs jam hactenùs repererim. Si autem aliquem *Ardeshirum* ejus Inventorem fuiſſe volùmus, cum majore probabilitate intelligendum ſit de *Ardeshîro Longimano*, qui annis circiter quingentis ante Chriſtum obiit. Hujus enim *Ardeshîr* ſeu *Artaxerxis* Vitam deſcribens Plutarchus, p. 1019, meminit enm κυβεύειν & κυβεύσαι cum

cum fœminâ cui Nomen *Paryſatis* (پـــري زاد *Parizâd*, i. e. *Angelo genita*,) ab Angelicâ pulchritudine ſic dictâ. Sed κυβεύειν *aleâ ludere*, eſt *Nerdiludii* tantùm pars, nec in illius apud Plutarchum luſione eſt ulla Calculorum mentio aut deſcriptio quæ integram *Nerdiludii* conſtitutionem indigitare poſſit.

Utcunque tamen ſit, antiquiſſimum & receptiſſimum hujus Ludi per totum Orientem Nomen Perſicum *Nerd*, (nec aliud Nomen habent,) ſubindicat eum primò à Perſis profectum fuiſſe; & quoque ad Chriſti tempus & ultra illud referendum eſſe & tunc uſitatum fuiſſe, probant antiquitatis teſtimonia. Nam, ut retrogradiendo incipiam, apud Romanos extitit, & illis notiſſimus fuit ſub nomine *Duodecim Scriptorum*, ſtatim poſt Chriſti tempora, quod ſatis teſtantur Seneca, Martialis, & Quintilianus ſupra citati, quos omnes ante *Ardeshîrum Bâbecânum* vixiſſe certum eſt. Paulò ante Chriſtum, Ovidius; & ante iſtum Cicero, de eâdem re fidem faciunt, uti ex ſupra adductis eorum verbis abundè conſtat. Et, qui utroſque præceſſit, Terentius (150 aut fermè ducentis ante Salvatorem annis) injicit mentionem *Teſſerarum Ludi*, in quo *Arte*, i. e. movendo Calculos corrigendum præſcribit id quod jactu non ceciderat: quod neceſſariò de ſolo Nerdiludio, non autem de aliquo alio Ludo intelligendum eſt. Et ſic quoque eſt illud Platonis qui Terentium præceſſit, qui vixit fermè 400 ante Chriſtum annis: ille enim Politicorum Libro

bro 10 ſic diſſerit, ὥσπερ ἐν πλόσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὐτῷ πράγματα, *Ut in caſu* ſeu *jactu Teſſerarum, diſponenda eſt res tua ſecundùm ea quæ ceciderint* ſeu *id quod jeceris.* Quid ſibi vult Euripides in *Aulide*, haud ſatis certum eſt: ibi enim introducit duos Ajaces & Proteſilaum, & mox Palamedem, ἐπὶ δικοις πτωσῶν ἠδομένους μορφαῖσι πολυπλόκοις, quod de *Peſſis* & aliis pluribus Ludis intelligi queat. Sed cùm Plato & reliqui Autores antiqui de hoc tanquam de re ſuis temporibus notiſſimâ loquantur, probabile ſit id adhuc aliquot retro ſeculis (ultra illud tempus) inventum fuiſſe; adeò ut illud ſaltem *Ardeshîri Longimani* ævum attingere & exæquare poſſe non dubitetur. Et, cùm Orientales hoc cuidam *Ardeshîro* tribuerint, magis veriſimile eſt id debere intelligi de *Longimano* potiùs quàm de *Bâbecân*, cùm res planè ultra hujus, & propiùs ad illius tempora luce Hiſtoricâ (ut ſuprà fit) reduci & retroferri queat. Et, ſi Artaxerxis apud Plutarchum κυβεύειν ad hunc Ludum ſpectare cenſeatur, tum certè hic Ludus non tantùm ad ipſum *Longimanum*, ſed & ultra ejus tempora retrò ferendus eſt; cum de eo tanquam de re notiſſimâ & receptiſſimâ loquatur Plutarchus.

Hoc modo habes Antiquitatem hujus Ludi aliquot Seculis ante Humani generis Redemptionem inventi; quæ quidem veneranda vetuſtas præter Artem & illud quo eſt ingenium, pro ſummo ejuſdem Elogio meritò haberi debet.

Quid Legiſlatores de eo cenſuerint, vide infrà in calce *Hiſtoriæ Aleæ*.

De

De Nerdiludio Chinenſium.

PErſarum *Nerdiludium* (ut ſupra deſcriptum) exercetur in Alveo qui conſtat duabus Valvis complicandis, ubi in alterutrius extremitate ſunt 6 Scriptula ſeu Ductus, in toto 24, prout apud Europæos ubique fit. Sed ab hoc planè diverſum eſt Chinenſium *Nerdiludium*, cujus ſequentem deſcriptionem habeto.



Hic Ludus (qui exercetur *Teſſeris*, & *Paxillis erectis* loco *Orbiculorum* noſtrorum,) Sinicè vocatur Çoàn *Kî*, i. e. *Erectus Ludus*, ſeu *Erectorum Ludus*, idque propter Erecta Lignicula ſeu Fruſtula luſoria duas aut 3 uncias longa, quæ ſunt 16 ex utrâque parte, quorum (dum inchoatur

Luſus) prima collocatio ſeu ſitus, eſt prout cernitur in præmiſſâ Tabellâ, quæ ſive ſit lignea ſive Chartacea, eodem quo heic exprimitur modo delineari ſolet.

Quoad ludendi modum, luditur pergendo per Tabellæ circuitum ſeu ambitum ſec. Teſſerarum Jactum: & qui primus cum ſuis omnibus redit ad Lineam unde exierat, vincit. Exempli gratiâ, ille qui poſſidet ſuperiorem (ad interiorem Libri marginem) Tabellæ partem, debet ſec. Teſſerarum ductum ſua Fruſtula lineatim promovere dextrorſum uſque ad alterius partis extremum ſeu Lineam ſeptimam, & inde lineatim procedere aſcendendo ad ſiniſtrum angulum ſuperiorem, qui eſt Terminus unde exierat.

Teſſeræ luſoriæ ſunt duæ, quæ tam in hoc Ludo quàm in *Mandarinorum Promotione* (ubi earum Characteres Sericæ exprimuntur,) & in quovis alio Ludo, vocantur *Teu teu çu*, quarum vocum duæ priores ferè ſynonymæ (quamvis idem ſonent,) exprimuntur per duos à ſe invicem diverſos Characteres, & poſtrema vox *çu* eſt ferè expletiva, niſi fortè eâ emphaticè ſignificetur *ipſe*, ut *Teu teu çu* ſit *Teſſeræ ipſæ*, vel *Reculæ*; nam ſignificat etiam *Reculam* vel Fruſtulum luſorium quidvis.

Ordo movendi dicta erecta Fruſtula (ſive ad lucrandum ſive ad perdendum) eſt ad tales Lineas ad quas ducit Numerus Jactûs: & inter ludendum & procedendum, licet movere quæcunque velis Fruſtula ſec. dictum Numerum, ſive ea quæ anteà moveras ſive quæ nondum moveras. Et, ſi loco Fruſtulorum erectorum, luſeris Orbiculis

planis, (nam hoc etiam licet,) poteris
juxta seinvicem collocare vel super seincumulare, prout tibi commodum videbi-
Duarum Unitatum Jactus unum Frustulum
am deperditum seponit deditque: vel si
cuniâ luditur, perdit unam *Decimam par-*
crando seu retinendo sibi reliquas *Novem*
Qui jacit *Duernionem* aut *Ternionem*, incipit
e per duas aut tres Lineas, & sic deinceps:
d Lineam illam ad quam ducit Jactuum
us, semper procedendum est.

eceris *Dupla*, [Doublets,] tum moves ad
n quæ dimidio talium Duplorum numero
det; idque sigillatim movendo vel unum
Frustulum ad dimidium numerum, vel duo
ad totum amborum numerum: nam hoc
el unum vel duo simul moveri possunt.
tis *Quinternionem* & *Senionem*, qui faciunt
im, & ad undecimam ducunt, poteris mo-
um Frustulum ad quintam Lineam seu
& alterum ad undecimam; vel aliàs duo
simul movere ad Lineam seu Casam deci-
& deinde eorum alterum ad proximam
Undecima: nam quovis modo Jactûs sui
um conficere & persequi licet. Et sic de
ibus: nam si sigillatim, tum pro singu-
erandæ sunt tot Lineæ; si junctim, tum
it dictum. Poteris rem tuam ita movendo comparare ab hâc vel illâ lineâ numerando, ut penultimus tuus Numerus in ipsâ Adversarii Lineâ (quæ sc. ab ipsius Frustulis occupatur,) terminetur: & tum ultimus seu secundus Nu-

Luſus) prima collocatio ſeu ſitus, eſt prou
nitur in præmiſſâ Tabellâ, quæ ſive ſit ligne
Chartacea, eodem quo heic exprimitur mo
lineari ſolet.

Quoad ludendi modum, luditur pergend
Tabellæ circuitum ſeu ambitum ſec. Te
rum Jactum : & qui primus cum ſuis om
redit ad Lineam unde exierat, vincit. E
pli gratiâ, ille qui poſſidet ſuperiorem (ad
riorem Libri marginem) Tabellæ partem,
ſec. Teſſerarum ductum ſua Fruſtula lin
promovere dextrorſum uſque ad alterius
extremum ſeu Lineam ſeptimam, & inde
tim procedere aſcendendo ad ſiniſtrum ang
ſuperiorem, qui eſt Terminus unde exierat.

Teſſeræ luſoriæ ſunt duæ, quæ tam in ho
do quàm in *Mandarinorum Promotione* (ub
rum Characteres Sericæ exprimuntur,) & in
vis alio Ludo, vocantur *Teu teu çu*, quaru
cum duæ priores ferè ſynonymæ (quamvis
ſonent,) exprimuntur per duos à ſe invice
verſos Characteres, & poſtrema vox *çu* eſt ſe
pletiva, niſi fortè eâ emphaticè ſignificetur *ŋ*
Teu teu çu ſit *Teſſeræ ipſæ*, vel *Reculæ*; nam ſign
etiam *Reculam* vel Fruſtulum luſorium quid

Ordo movendi dicta erecta Fruſtula (ſiv
lucrandum ſive ad perdendum) eſt ad tales
neas ad quas ducit Numerus Jactûs : & inte
dendum & procedendum, licet movere quæ
que velis Fruſtula ſec. dictum Numerum, ſive ea
quæ anteà moveras ſive quæ nondum moveras.
Et, ſi loco Fruſtulorum erectorum, luſeris Or-
biculis

bïculis planis, (nam hoc ètiam licet,) poteris eos vel juxta ſeinvicem collocare vel ſuper ſeinvicem cumulare, prout tibi commodum videbitur. *Duarum Unitatum* Jactus unum Fruſtulum tanquam deperditum ſeponit deditque: vel ſi pro pecuniâ luditur, perdit unam *Decimam partem*, lucrando ſeu retinendo ſibi reliquas *Novem partes*. Qui jacit *Duernionem* aut *Ternionem*, incipit movere per duas aut tres Lineas, & ſic deinceps: nam ad Lineam illam ad quam ducit Jactuum Numerus, ſemper procedendum eſt.

Si jeceris *Dupla*, [Doublets,] tum moves ad Lineam quæ dimidio talium Duplorum numero reſpondet; idque ſigillatim movendo vel unum ſemel Fruſtulum ad dimidium numerum, vel duo ſimul ad totum amborum numerum: nam hoc caſu, vel unum vel duo ſimul moveri poſſunt. Si jeceris *Quinternionem* & *Senionem*, qui faciunt Undecim, & ad undecimam ducunt, poteris movere unum Fruſtulum ad quintam Lineam ſeu Caſam, & alterum ad undecimam; vel aliàs duo Fruſtula ſimul movere ad Lineam ſeu Caſam decimam, & deinde eorum alterum ad proximam quæ eſt Undecima: nam quovis modo Jactûs ſui Numerum conficere & perſequi licet. Et ſic de aliis Jactibus: nam ſi ſigillatim, tum pro ſingulis numerandæ ſunt tot Lineæ; ſi junctim, tum aliter, ut dictum. Poteris rem tuam ita movendo comparare ab hâc vel illâ lineâ numerando, ut penultimus tuus Numerus in ipſâ Adverſarii Lineâ (quæ ſc. ab ipſius Fruſtulis occupatur,) terminetur: & tum ultimus ſeu ſecundus Numerus

merus & quæ ab eo pendet Motio, uſque ad Adverſarii limitem ſuper eâdem vel proximâ Lineâ protenditur & terminatur.

De Indorum Ludo Tchupur.

PRoximè quaſi *Nerdiludio* affinis venit Indicus Ludus *Tchûpur*, ſic nominatus veterum Brachmanorum linguâ Indicè dictâ *Sanſcroot*, ſeu (ut vulgò) exiliori ſono elegantiæ cauſâ *Sanſcreet*; non autem *Hanſcreet*, ut minùs rectè eam nuncupat Kircherus.



Luditur erectis Fruſtulis ligneis, qualia in præmiſſo Schemate cernuntur. Dicta Fruſtula luſoria fiunt ex *Dentrificio Ligno* quod ferè inſtar Suberis leviſſimum eſt, & apud Orientales audit مسواکی آغاجی *Miſwâk âgâtchi*, i. e. *Dentifricia arbor*, quia ad inſtar Setarum fibroſum eſt hoc Lignum, ex quo itaque Dentium Verricula quaſi naturaliter parantur: nempe dicti Ligni extremitas aliquantulum contuſa, Verriculi uſum præſtat.

Iſtius Ludi Schema conſtat 4 Alis, ut ita ſimul ludere poſſint 4 Homines, quorum quiſque poſſidet 4 Fruſtula concoloria, quæ (ſecundùm Teſſerarum Jactum,) Colluſorum diſcoloria capere ſatagunt. Et quidem primus Fruſtulorum Situs (quo inchoatur Luſus,) Numeris minoribus ſeu barbaricis 1, 2, 3, 4 in Schemate notatur. Ibi etiam ſunt quibus luditur Teſſeræ duæ cubico-oblongæ, quarum quatuor tantùm oblongiora latera Notulis ſeu Punctis ſignantur, duo autem extrema ſeu breviora latera manent vacua; adeò ut in eis notentur tantùm Numeri 1, 3, 4, 6, deſiderentur verò 2, 5.

Indus quem de hoc Ludo conſului, fuit Scriba ſatis peritus, ab Officio in Navi ſuâ dictus *le* سردنگ *Saràngh*, Anglicè **Boatſwain** ſeu **Bowſon**. Ad eum verò (ſc. ad colloquium ejus) aditum mihi aperuerunt Viri humaniſſimi tam naturâ quàm civilitate Fratres, *DD. Lewis*, qui Honoratiſſimæ Mercatorum Indicorum Societati Secretarii fidiſſimi. Dictus autem Indus non po-

tuit me commodè docere modum ludendi, quem itaque ulteriori Mercatorum noſtrorum diſquiſitioni relinquo; petendo etiam ut vellent in Indiâ inquirere quinam Ludus ſit كوس *Cûs*, qui dicitur ferè ſimilis Ludo Scachorum.

Tabella verò talis eſt quæ præmittitur, quam unà cum Fruſtulis luſoriis & Teſſeris ex Indiâ poſſideo.

Sequitur Ludus *Promotionis Mandarinorum*, qui ratione Fruſtulorum & Teſſerarum, præcedentibus affinis eſt, ideoque in proximâ Sectione exponendus venit.

De Ludo Promotionis Mandarinorum.

HIcce Magnatum Chinenſium Ludus Sinicè audit *Shing quon tu*, i.e. *Promotionis Mandarinorum Tabula*, in quâ ferè totius Regni Chinenſis Officia & Dignitates ludicro modo repræſentantur & nominatim recenſentur. Ita ut fermè totius Politiæ Sinicæ forma hoc uno Schemate ob oculos poſita cernatur.

Mandarinorum autem nomine intelliguntur omnis generis *Officiarii*, qui à *mandando* appellantur *Mandarini* linguâ Luſitanicâ; quæ unica Europæa eſt in oris Chinenſibus obtinens, quam ergò omnes illuc Miſſionarii (ex quacunque fuerint Gente) addiſcere tenentur.

Hujus Ludi *Tabella* in quâ exerceri ſolet, eſt plerumque

Competitores, qui exprimuntur tot erectis Frustulis ligneis aut eburneis, quorum quodque sui Possessoris seu Lusoris personam sustinet repræsentatque, & tam in hoc quàm in aliis Ludis vocantur

| | | |

Primus locus incipiendi

Gradus studiosorum

一	二	三	四	五	六	七	八	九
重 chung	重 chung	重 chung	重 chung	重 chung	重 chung	重 chung	重 chung	重 chung
德學生	德學生	德學生	德童生	德童生	德童生	德儒士	德舉人	德進士
太醫	二	三	四	五	六	七	八	九
79	37	37	37	38	38	38	41	41

一	二	三	四	五	六	七	八	九



ropæa est in oris Chinensibus obtinens, quam ergò omnes illuc Missionarii (ex quacunque fuerint Gente) addiscere tenentur.

Hujus Ludi *Tabella* in quâ exerceri soler, est plerumque

plerumque lignea, vel aliàs magna aliqua Charta istius Ludi Schemate delineata, in cujus medio pingi solet Regis Palatium seu Curia, ad quam omnis generis Viri (præsertim Medici, Philosophi, & Milites,) certatim contendunt, Promotionem anxiè quæritantes & ambientes; ut scil. promoveri possint ad aliquem Mandarinatûs Gradum, qui sunt varii, scil. Superiores, inferiores, medii, & omnis generis, iique permulti. Nam in *Tabella* ad quatuor Palatii Regii latera seu plagas scribuntur pro Lusorum lubitu plura aut pauciora Mandarinatuum Nomina: viz. unâ plagâ sunt Cancellariatûs & Secretioris Consilii Mandarinatus, qui possideri solent à Mandarinis maximis; aliâ plagâ sunt Studiosorum & Militum Mandarinatus; tertiâ & quartâ plagâ sunt Mandarinatus Medicorum, & alii minores. Et Regii Palatii Ostio heic adstant duo Satellites, in quorum manu est ﺣﺮﺑﻪ *AlHarba* seu *Lanceola*, Hispanis *Alabarda* dicta.

Hic Ludus exercetur Tesseris Sinicè dictis *Teu teu çu*, (duabus vocibus Synonymis & expletivâ *çu*) quæ sunt numero *Sex*, quæ jaciuntur in Vasculum medio Tabellæ positum, ubi Colluſores quotquot sint, alternatim suis vicibus jaciunt eisdem Tesseris. Et sec. harum Jactum, promoventur Ludicri Viri Candidati seu Mandarinatûs Competitores, qui exprimuntur tot erectis Frustulis ligneis aut eburneis, quorum quodque sui Possessoris seu Lusoris personam sustinet repræsentatque, & tam in hoc quàm in aliis Ludis

vocantur

vocantur Çu, i. e. *Reculæ* Nam tam in hoc quàm in aliis Ludis ſingula Fruſtula tot Virorum perſonas ſuſtinent: cùm in pleriſque Ludis ſit inter duas partes contentio ſeu Duellum, ubi Duces ſub ſe habent Milites plures aut pauciores qui pro ſuis partibus contendant: in hoc autem quiſque pro ſe ſeorſim Actor eſt, qui Fruſtulum ligneum ſuî in Tabellâ Locum-tenentem ſeu Subſtitutum conſtituit, cùm ipſe in tam parvâ Tabulâ, ſuâ perſonâ movere nequeat. In hoc itaque tot ligna, tot Colluſorum ſeu Candidatorum Virorum loca occupare ſupponuntur. Sed Fruſtulorum planorum loco, res ipſa quaſi ad vivum meliùs repræſentari poſſet tot Ligniculis figuratis ſeu Virunculis ligneis, ad imitationem Homunculorum qui dictas Promotiones ambire ſolent. Fruſta luſoria plerumque ſunt numero *Quatuor* diverſorum à ſeinvicem colorum, pro 4 diſtinctis Colluſoribus, (nam tot, aut aliquando plures ſimul ludere ſolent,) quorum quiſque ſuum diſtincti coloris Fruſtulum poſſidet, ut ab eis ſociorum Colluſorum dignoſcatur. Quin & ſuperior vocula Çu, non tantùm *Fruſtula*, ſed quoque *Teſſeras* ipſas (quas etiam *Reculas* appellare geſtiunt,) ſubinde notat, ut hujus Ludi Numero VII viſitur.

Ne autem tam magna & intricata *Tabula* ſit ad inſtar inexploratæ Sylvæ aut Labyrinthi, unde Luſor tyrocinium agens ſe extricare nequiverit, directionis ergô ego addidi numeros Romanos qui hanc Provinciam percurrerendi ordinem monſtrent, & ſimul Numeros Barbaricos indicantes

ad

ad quemnam alium Romanum Numerum pro ratione Jactuum transeundum sit, sive ad Promotionis sive Submotionis locum. Et ex his percipietur Ordo circuiendi & ambiendi, donec ad Regiæ Curiæ Portam & Supremi Mandarinatûs seu *Co-lai* Officium perveniatur. Nam primò in Curiæ Regiæ extremo Limbo (Angl. the outward Verge of the Court) versantur Candidati propiùs accedere non audentes, nisi Tesserarum (ceu Virorum gratiâ ac favore Regis pollentium) ductu ad meliorem locum deducantur. Jacto enim (secundùm Puncta) aliquo Numero Romano, eidem subscriptus Numerus Barbaricus certâ ludendi methodo statim dirigit ducitque ad proximum semper locum ad quem jaciendo & ludendo Lusor ulteriùs procedere debet. Hoc autem Ludo qui est Ambientium Scena, Promotionem expectantes semper pro virili contendunt ad eas Stationes qui viciniores sunt Regi, quod Jactuum ductu fit regulariter, & res solis Tesseris (tanquam Curialibus viris) gubernatur, nec Arti aut Peritiæ locus est. Adeò ut hic Ludus sorti ac fortunæ subjectus sit & obnoxius, uti sunt ubique omnes Promotiones à Curiâ Regiâ dependentes, quæ non solent dari dignioribus, cùm Reges plerumque aliorum auribus & oculis audire & videre gestiant.

Quoties autem in hoc Ludo aliquis à Dignitate quam obtinuerat submovetur & deterior fit, à Gradu ad quem aspiraverat depositus, id Europæorum more vocamus *Lituram*, cùm sit quasi *Macula* aut *Labes* in ipsius Honore, dum scil. la-

befactatus in pejorem conditionem ſeu ſtatum detruditur. Talis Litura Sinicè dicitur *Çang*, i. e. *Delictum* ſeu *Culpa*, cujus causâ aliquis in quâvis re delinquens labefactatur & deponitur. Talis homo Arabicè dicitur معزول *Ma'zûl*, i. e. *Depoſitus*. Is verò poſteà per meliorem Jactum poterit (quaſi pro *Delicto* compenſando) talem *Lituram* tollere & abſtergere; ſeipſum hoc modo emaculando & Labem abſtergendo, adeóque priſtinum ſtatum ac conditionem recuperare, imò & ſuperare; nam feliciori Jactu lucrabitur tot *Motiones* quot jecerit *Quaterniones*. In Luſorum gratiam, aliquot Jactuum Numeros in Tabellâ exprimendos curavi, & paucas aliquot Regulas heic præſcripſi, quot nempe per temporis auguſtiam à Chinenſi meo inquirere licebat. Ejuſmodi enim omnia accuratè notâſſe & perquiſiviſſe, prolixum fuiſſet.

Notata ſunt Incipiendi Loca, (vel ſaltem eorum præcipua) ubi quiſque Luſor pro ſuâ Facultate ludere incipit. Et quidem inter jaciendum, optimus habetur ille Jactus ubi vel omnes Teſſeræ eandem faciem vel omnes diverſam faciem exhibent: nam ut talis Jactus eſt maximè difficilis, & rarò cadit; ſic idem quando cadit, maximè Lucrativus habetur, uti in *Talorum Ludo* eſt *Jactus Veneris*. Et talia jaciens (mox addito etiam *Bis Quatuor*,) ſtatim ſit *Co-lao* ſeu *Cancellarius* totius Regni, & omnia pro quibus Luditur Depoſita lucratur & aufert. Deindè ſi omnes Teſſeræ exceptâ unâ eandem aut diverſam

faciem

faciem dant, talis Jactus est bonitate proximus. Et sic deinceps de *Quatuor* aut *Tribus Tesseris* similiter cadentibus judicandum; hi enim Jactus bonitate proximi sunt præcedentibus: sed idem non est dicendum de *Duabus*. Sic de lucrativis; mox de damnosis Jactibus dicendum.

In quovis Jactu non officit *Una Unitas*, quippe quæ nec noceat nec juvet. Sed *Duæ Unitates* officiunt multùm, & Jactûs bonitatem minuunt; nam contrahunt *Cang* seu *Delictum*, & *Lituram* inducunt. Et sic *Plures Unitates* quotquot sint. Nam Jactorem inferius remittunt & detrudunt: tali enim Jactu submotus & retractus, à Dignitate quam obtinuerat delapsus censetur, ut procul expectet. Tales autem *Unitates* primâ vice aliquid valent, sc. motionem sortiuntur; posteà non item. Quin & quævis *Duæ similes* Tesseræ Numerive, si sint *Bis* 2, *Bis* 3, *Bis* 5, aut *Bis* 6, aut aliqui horum *Parium*, (exceptis LXVIII, LXIX,) pessimi sunt & omnium infimi, Dignitatem minuentes; contrà quàm faciunt omnes *Duerniones*, aut omnes *Terniones*, &c.

Et notari velim, quòd quamvis dicta *Bina Puncta* in Tabellâ vel prorsus negligantur vel eorum loco adscribantur tantùm puncta simplicia, tamen pro *Duplionibus* seu *Binis* inter ludendum numeranda & reputanda sunt: quod monendum duxi, quia Sculptor non semper expressit *Duplicia*; excepto tantùm in primo loco, qui sit pro reliquis omnibus locis Directio & Index. Adeo ut quamvis Jactui *Cung* adscribantur tantùm 2, 3, 5, 6, tamen *Pares* seu *Bini* ejusmodi Numeri intelligendi

telligendi ſunt, ſcil. 2-2, 3-3, 5-5, 6-6. Nam ubicunque in Tabellâ occurrit vox *Cung*, ibi talia Puncta vel expreſſa vel ſubintelecta ſunt & à Luſore ſupplenda.

Sed poſt *Omnium ſimilium* aut *Omnium diſſimilium* Jactum, illi Jactus qui bonitate proximi ſunt, ex *Quaternionibus* conſtant. Nam poſt *Sex Quaterniones* ut in prædictis, 5 aut 4 aut 3 Quaterniones ſunt ſuo bonitatis ordine eis proximi: quot enim quiſque habet *Quaterniones*, tot Jactus & Motiones hac ratione ſortitur. Imò *Duo Quaterniones* faciunt ſatis bonum Jactum, qui ad Gratiam & Favorem apud Regem ſemper ducit & ad lucrandum juvat. *Duplorum* ſeu *Duplionum* Jactus, ſi ſit *Bis Unum* aut *Bis Quatuor*, dicitur *Chung*, id eſt, *Par*. Si autem ſit *Bis Duo*, *Bis Tres*, *Bis Quinque*, aut *Bis Sex*, tum vocatur *Cung*, id eſt, *Par*: & tale *Par* aut *Talia Paria* aliquando geminatis vocibus aut triplicatis vocantur *Cung Cung*, aut *Cung Cung Cung*. Sic enim illiuſmodi *Par* ab hujuſmodi *Pare* nomine tenus diſtinguitur. Et quia talis numerus *Par* qualis eſt *Cung*, Dignitatem minuit, ideò *Cung* aliàs exponitur *minor-gratiâ* ſeu *mediocris favoris* Vir. Quin & *Cung* eodem Charactere ſcriptum, eſt etiam *Artifex* ſeu *Opifex*, quippe cujus ſtatus ſit *minor* ſeu *minutior* quam Mandarinorum. [Vide Num. LXVIII, LXIX.] Sed præter dictas Regulas, hic Ludus aliquando in Chinâ cum pluribus aliis varietatibus difficultatem creantibus exercetur: aliis autem de eo ulteriùs diſquirere relinquo.

Primus

Primus Incipiendi Locus, eſt ad Tabellæ dextrum angulum inferiorem, ubi nempe Studioſi ſuum Luſum ordiuntur. Et tandem Luſu ad Colophonem vergente, oportet ut Jactu *Bis Quatuor* ſeu *Duobus Quaternionibus* abſolvatur.

Sub I, ſeu Numero Romano primo, eſt *Chung ye*, i. e. *Par Unitatum* ſeu *Bis Unum*, ſcil. *Ambs As*, quod tantùm primâ vice jaciendi aliquid valet motionem ſortiendo, (ut ſuprà dictum,) poſteà non. Iſte tamen Jactor deinde per *Bis Quatuor*, (qui magni favoris Jactus,) primâ vice jaciendo fit *Te hio ſeng*, i. e. *Magna gratia Studioſus-Juvenis*, qui per ſubjectum Numerum Barbaricum 37, dirigitur ut promoveatur ad ſuperiorem locum XXXVII. Idem autem Jactor ſecundâ vice jaciendo, jaciens *Cung*, i. e. talem *Parem* qui ſit *Bis* 2, *Bis* 3, *Bis* 5, aut *Bis* 6, aut aliquos horum numerorum Parium, fit *Cung tai y*, i.e. *Mediocris-gratiæ magnus Medicus*, miſſus ad alteram Tabellæ partem ad Rom. Numerum ſeu Locum LXXVI. Ubi autem in Tabellâ non adſcribitur Jactus *Cung*, tum in ſecundam jaciendi vicem (ſc. poſt *Bis Quatuor*,) veniunt craſſiora Puncta Numeris Romanis ſuperſcripta. Et quidem Regula de *Primâ vice* pro *Bis Quatuor*, & de *Secundâ vice* pro alteris jactibus, ſemper tenenda eſt, quamvis fortè eam diſertis verbis alicubi exprimere neglexerim. Sed cujuſvis Luſoris quævis jaciendi vicis poſſit plures Jactus continere.

Sub II, legitur *Chung ul*, i. e. *Par Duernionum* ſeu *Bis Duo*: & iſte Jactus (ut ſubſcriptis Voculis indicatum,) idem valet cum præcedente.

Sub III, legitur *Chung ſan*, i. e. *Par Ternionum* ſeu *Bis Tres*: & iſte Jactus (ut ex ſubſcriptis Voculis conſtat,) eſt ejuſdem valoris cum præcedentibus; nam ambo per *Bis Quatuor* ducunt ad XXXVII.

Sub IV, eſt *Chung ſu*, i. e, *Par Quaternionum* ſeu *Bis Quatuor*: & iſtius Jactûs Autor (ut indicant ſubſcripta) eſt *Te* ſeu *Magni-favoris* Vir, Angl. a Favorite, qui per *Duorum Quaternionum* Jactum (qui fauſtus pro illo,) fit *Tung ſeng*, i. e. *Candidatus juvenis*, ſcil. pro Baccalaureatu; namque mittitur ad XXXVIII. Sed notandum (quod ſemel monuiſſe ſatis eſt,) quòd aliquando primo Jactu, loco *Duorum Quaternionum* unus *Quaternio* ſufficiat, ſi ita paciſcuntur Luſores. Secundo autem Jactu præſtat habere *Bis Quatuor* ſeu *Par Quaternionum*; nam aliàs iaciendum eſt fruſtrà, donec habeantur. Nam quamvis *Unius Quaternionis* Jactus ſit aliis quibuſdam Jactibus melior, præcipuum tamen eſt habere *Bis* aut *Pluries Quatuor*, melioris gratiæ & favoris ergò, & majoris Privilegii cauſâ: nam quotquot habentur *Quaterniones*, tot Motionibus promovetur Luſor. Quoties autem per *Quaterniones* aut aliter promovetur quis, ſi ſimul eodem Jactu per admiſtos *Uniones* habetur *Çang*, hi aliquid ei demunt, adeptam Dignitatem minuendo; & mox relegatur ad militiam, quod pro Infelicitate ſeu *Liturâ* habetur. Et quidem *Unus Quaternio* hanc *Liturâm* ſeu *Labem* non abſterget: ſed poſteà alio Jactu *Duo Quaterniones* ad amiſſam Dignitatem vel reſtituunt, vel ad meliorem promovent,

vent; nec (nisi infortunio maximo) ullam tunc revulsionem sentiunt aut patiuntur.

Sub V, est *Chung u*, i. e. *Par Quinternionum* seu *Bis Quinque*, eodem modo cum præcedente mittens ad XXXVIII.

Sub VI, est *Chung lo*, i. e. *Par Senionum* seu *Bis Sex*, eodem modo cum præcedentibus mittens ad XXXVIII.

Sub VII, legitur *U çu ye çe*, i. e. *Quinque Tessera unius coloris* seu *figuræ*, viz. aut *Quinque Vnitates*, quæ revellunt; aut tot *Duerniones*, *Terniones*, *Quaterniones*, *Quinterniones*, vel *Seniones*, qui promovent ad Dignitates maximas. Sed si deinde jacit *Bis* 4, fit *Te hung çai*, i. e. *Gratiosior grandis Doctor*, missus ad LXXIII.

Notandum est, quòd *Hung* plerumque Lusitanico more scribitur *Hom*, quòd tamen pronuntiandum est *Houng*: nam talia me docuit *D. Shin Fo-çung* amicus noster Chinensis; & D. Martinius in Atlante Sinico agnoscit voces Chinenses Lusitanico more desinentes in *m*, ore aperto pronuntiandas: ideóque ego in illorum gratiam qui Lusitanicam pronuntiationem non callent, tales semper rescripsi desinentes in *ng*, & Lusitanicum *x* itidem semper rescripsi per *sh*. Aliàs enim Sinicarum vocum Soni nobis essent planè monstrosi, Sinensium pronuntiationi non respondentes. Et quævis vox Sinica est Monosyllaba, quamvis plures in se Vocales habeat. Plura de hisce rebus diximus in *Monitione ad Lectorem*, quæ in calce Prolegomenon *Shabiludio* præmittitur.

Sub

Sub VIII, est *Ça hoa*, i. e. *Sex flores*, meritò sic vocatus Jactus, qui felicissimus, cùm in eo sint omnes Numeri æquales, viz. *Sex Seniones*, vel 6 *Quinteriones*, &c. mox quemque in suâ facultate ad magnam Dignitatem evehentes. Is deinde per *Bis* 4 fit *Te po hio*. i. e. *Gratiosissimus sciens-multum scientiâ* seu *multas scientias*: habetur nempe Vir Doctissimus, qui mittitur ad LXXII. Talis citò fit Mandarinus. At aliâ vice jaciendo, jaciens *Bis* 2, *Bis* 3, *Bis* 5, vel *Bis* 6, aut aliquos horum *Parium* seu *æqualium* numerorum, aliquantulùm revulsus fit *Cung kia yuon*, i. e. *Minoris-gratiæ Caput Licentiatorum*, seu eorum *Primus*, mittendus ad LX.

Jam ventum est ad secundum Incipiendi Locum, ubi sunt Gradus Militum.

Sub IX, est *Çiu ye*, i. e. *Simul Uni*, seu *Simul Unitates*, scilicet Tres Unitates. Is deinde jaciendo *Bis* 4, fit *Te* seu *Gratiosus* sive *Magni-favoris* Vir, qui *Vu sieu çai*, i. e. *Militarium Baccalaureus*, missus ad LII. Sed secundâ vice jaciendo, jaciens *Bis* 2, *Bis* 3, *Bis* 5, *Bis* 6, aut aliquos horum, fit *Cung*, i. e. *Minoris-favoris* Vir, qui *She chang*, i. e. τῶν *Decem Præfectus*, scil. Decurio qui 10 Militibus præficitur, (quæ est Dignitas minima,) remissus ad XXIII.

Sub X, est *Çiu ul*, i. e. *Simul Duo*, scil. *Ter Duo* seu *Tres Duerniones*. Is deinde per *Bis* 4 fit *Te* seu *Gratiosus*, qui *Vu kiu gin*, i. e. *Militarium acceptus homo*, evectus ad LI. Is scil. talis est qui offertur & recommendatur Imperatori ut fiat Mandarinus seu Officiarius, q. d. Licentiatus aut

aut Aptus ut promoveatur ad Honorem Militarem.

Sub XI, eſt *Çiu ſan*, i. e. *Simul Tria*, ſc. *Ter Tria* ſeu *Tres Terniones*, inter Bonos Jactus. Iſte deinde per *Geminum Quaternionem* fit *Te* ſeu *Gratioſior*, qui *Vu çin ſu* id eſt, *Militarium ingrediens Mandarinatum*: nempe ingrediens Mandarinatum in Militiâ, promotus ad L. Is eſt talis qui Bellum & Literas noſcit, & (ut ſolent Studioſi) Compoſitiones ſeu Exercitia Philoſophica probationis cauſâ componit: nam in Militiâ ſine Literis nulla datur Promotio; cùm poſt profectum in Philoſophiâ obtineantur Honores Militares, & non aliter. Talis enim qui Philoſophus eſt, reputatur gnarus Belli, & Poliorcetices ac Circumvallationis Artes callere præſumitur.

Sub XII, eſt *Çiu ſu*, id eſt, *Simul Quatuor*, ſcil. *Ter Quatuor* ſeu *Tres Quaterniones*, inter meliores Jactus. Iſte rurſus per *Duos Quaterniones* fit *Te* ſeu *Gratioſior*, qui faciendus eſt *Vu tan hoa*, id eſt *Militarium accipiens flores* duos: eſt ſcilicet, Præfectus ſeu Doctor Militaris, miſſus ad XLIX.

Sub XIII, eſt *Çiu u*, id eſt, *Simul Quinque*, ſc. *Ter Quinque* ſeu *Tres Quinterniones*. Iſte rurſus per *Duos Quaterniones* fit *Te* ſeu *Gratioſior*, qui faciendus eſt *Vu pang yen*, i. e. *Militarium iſtorum oculus*, ſc. iſtorum Doctorum Militarium. Is eſt Secundum Caput ſeu Præfectus militum cum uno flore, miſſus ad XLVIII.

Sub XIV, eſt *Çiu lo*, id eſt *Simul Sex*, ſc. *Ter Sex* aut *Tres Seniones*; is qui per *Bis Quatuor*

primâ vice jaciendi fit *Te* ſeu *Gratioſus* apud Regem, eſtque *Vu chang yuon*, id eſt, *Militarium primum Caput* ſeu *Præfectus*, hoc Jactu miſſus ad XLVII.

Quod de *Bis Quatuor* heic & alibi dicitur, de *Primâ vice* ubique ſubintelligendum eſt, quamvis non notaverim.

Sub XV, eſt *Chen* (ſeu al. *Chin*) *ſheu*, id eſt, *Præfectus* ſeu *Gubernator Cuſtodiæ*, qui hoc Jactu evadit Capitaneus in aliquâ præfecturâ. Iſte per *Bis Quatuor* primâ vice, fit *Te* ſeu *Gratioſus*, qui *Heu yng*, id eſt, *Poſterioris Militiæ* Capitaneus, ſcil. Captain of the Rere: nam habentur etiam Capitanei *Anterioris Militiæ*, ſc. of the Van ſeu *Avant Guard*, & dextræ atque ſiniſtræ Alæ, ſc. of the right and left wing: quæ Loca ſic nominantur ratione Stationis in exercitu reſpectu Generaliſſimi Ducis. Rex enim ad Militiam non prodit, nec ſui periculum facit in Militiâ. Dictus *Poſterioris Militiæ Capitaneus* mittitur ad LV. Sed ſecundâ vice jaciendo, jaciens *Bis* 2, *Bis* 3, *Bis* 5, *Bis* 6, aut aliquos horum, remittitur ad LIII, & fit *Cung* ſeu *Minoris-favoris* Vir, habens Officium dictum *Pa ki*, id eſt, *Octo Vexilla*, ſcil. 8 vexillis in exercitu præeſt, illis prout ei lubet Mandatum impertiens.

Jam ventum eſt ad Incipiendi Locum tertium. Sculptor autem poſuit ſub Num. XV, quia ibi commodum erat ſpatium, quod in altero Loco negatum.

Num. XVI, ſuperſcriptus habet *Quatuor Unitates*, & ſub eo ſcriptum eſt *Huon ye*, id eſt, *Quater Unum*. At *Huon* propriè eſt *Simul*, ſcil. tale

Simul

Simul quod numero *Quatuor* comprehendat, ut anteà *Çiu* erat *Simul* Tria. Eſt itaque *Huon ye* propriè *Simul Unum*, ſcil. *Simul Unitates quatuor*; quod tamen ut meliùs & promptiùs intelligatur, reddo *Quater Unum*. Hoc loco conſtitutus, jaciens *Bis Quatuor* primâ vice, fit *Te* ſeu *Gratioſus*, qui *She chang*, id eſt, τῶν *Decem Præfectus* ſeu *Decurio*, miſſus ad XXIII. At ſecundâ voce jaciendo, jaciens *Bis* 2, *Bis* 3, *Bis* 5, *Bis* 6, aut aliquos horum, fit tantùm *Cung ping*, i. e. *Parvi favoris Miles*, miſſus ad XXII, ubi eſt tantùm *Ping* ſeu *Miles* ſimplex vix ſperans Officium.

Num. XVII, ſuperſcriptos habet 4 *Duerniones*, & ſub eo ſcriptum eſt *Huon ul*, id eſt, *Quater Duo*, cum reliquis ut in præcedente.

Sub XVIII, eſt *Huon ſan*, id eſt, *Quater Tria*, cum reliquis ut in præcedentibus,

Sub XIX, eſt *Huon ſu*, id eſt, *Quater Quatuor*, cum reliquis ut in præcedentibus.

Sub XX, eſt *Huon u*, id eſt, *Quater Quinque*, cum reliquis ut in præcedentibus.

Sub XXI, eſt *Huon lo*, id eſt, *Quater Sex*, cum reliquis ut in præcedentibus.

Sub XXII, eſt *Ping*, id eſt, *Miles* ſimplex ſeu gregarius. *Ping* differt à *Vu*: nam illud eſt *Miles*, ſed hoc eſt *Militaris* ſeu ad Militiam pertinens. Ille autem per *Bis* 4, fit *Te* ſeu *Gratioſior*, qui faciendus eſt *She chang*, id eſt, τῶν *Decem Præfectus*, ſcil. *Decurio*, miſſus ad XXIII.

Sub XXIII, præcedens Miles actu fit *She chang*, id eſt, τῶν *Decem Præfectus*, ſeu *Decurio*, quæ quidem Præfectura eſt omnium minima, quam quis

habet prima. Iſte jaciendo *Bis* 4, faciendus eſt *Te* ſeu *Gratioſior*, qui *Pe hu*, id eſt, *Centum domibus* Præfectus, miſſus ad XXIV.

Sub XXIV, proximè præcedens qui jam actu ſit *Pe hu*, id eſt, *Centum domibus* Præfectus ſeu *Centurio*, jaciendo *Bis* 4, faciendus eſt *Te* ſeu *Gratioſus*, qui ſupra *Çien çung*, id eſt, *Mille univerſim*, ſcil. qui millè Militibus præficiendus eſt, miſſus ad XXV.

Sub XXV, qui præceſſit jam actu præfectus *Çien çung*, id eſt, *mīs Mille univerſim*, jaciendo *Bis* 4 faciendus eſt *Te* ſeu *Gratioſior*, qui *Pa çung*, id eſt, *Tenens univerſim*, miſſus ad XXVI. Iſte Officiarius eſt major quàm præcedens. Notandum quòd vox *Pa* aliàs ſignificat *Manubrium*, quippe quod manu *tenetur*.

Sub XXVI, iſte præcedens jam actu factus *Pa çung*, id eſt, *Tenens univerſim*, jaciendo *Bis* 4 aſpirat ut fiat *Te* ſeu *Gratioſior*, & *Vai wei* ſeu *Exterior apparatio*, ſcil. Officiarius qui facit Apparatum contra hoſtes prope exteriores regni limites ut Marchio. Talis Mandarinus præficitur minori Civitati, miſſus ad XXVII.

Sub XXVII, ille præcedens jam actu Præfectus *mī Vai wei*, id eſt, *Exteriori apparationi*, jaciendo *Bis* 4 aſpirat ut fiat *Te* ſeu *Gratioſior*, & *Çien yng*, id eſt, *Anterioris Militiæ* Præfectus, miſſus ad LVI. Is ſecundâ vice jaciendo, jaciens *Cung* ſeu *Pares*, ſcil. infauſtum Jactum *Bis* 2, *Bis* 3, *Bis* 5, *Bis* 6, aut aliquos horum, fit *Chin* [ſeu *Chen*] *ſheu*, id eſt, *Præfectus cuſtodiæ*, remittendus ad Numerum XXV.

Notan-

Notandum est quòd voce *yng* significantur *multi-milites plurimi* simul habitantes seu commorantes, quæ significatio benè exprimitur collectivâ voce *Militia.*

Sub XXVIII, est *Cho ching*, id est, *Exiens* ad *Bellum.* Iste non est Mandarinus, sed Miles gregarius, qui propter Crimen seu delictum aliquod ab Officio depositus fuit & missus ad bellum. Postea tamen per *Bis* 4 potest fieri Mandarinus seu Officiarius *Te fo shin*, id est *Gratiosè rediens* in *locum-proprium* quem antea occupaverat, & hoc modo restitutus fit *Hing te*, id est, *Obtinens gratiam* seu *favorem.*

Sub XXIX, est *Fa fung*, id est, *Justitia stipendii*; quando nempe propter Delictum seu admissum Crimen totaliter abscinditur Stipendium pro tempore, quasi pro aliquo tempore depositus sit ab Officio. Sed voces juxta adscriptæ (ut in præcedente loco,) indicant hunc in favorem redire posse, & patienter expectando in pristinum suum locum restituendum.

Notandum est, quòd quamvis hæc Tabellæ pars non sit adeò densè stipata Mandarinorum Nominibus & Officiis ac prima pars; heic tamen ut & in aliis omnibus vacantibus aut minùs repletis Tabellæ locis, plura Officiorum & Officiariorum Nomina pro Lusorum lubitu addi possunt & solent.

Sub XXX, est *Tien su*, id est, à *Libris* & *Epistolis*: scil. Literatus Libris versatus, qui tamen nondum est Mandarinus, vel saltem parvus. Is autem per *Bis* 4 potest fieri *Te chi hien*, id est, *Gratiosus*

tioſus ſciens urbeculam ſeu Civitatem parvam, ſcil. Gubernator Civitatis minoris, promovendus ad XXXII: niſi per *Bis Unum* incurrat *Çang* ſeu *Delictum*, quo malo Jactu remittatur ad XXIX Stipendio mulctandus.

Sub XXXI, idem actu fit *Chi hien*, id eſt, *Sciens Civitatem-minorem*, ſcil. ejuſdem Gubernator, qui ſcit gubernare talem Civitatem ejuſque negotia rectè adminiſtrare. Is per *Bis* 4 faciendus eſt *Te chi cheu*, id eſt *Gratioſus ſciens Civitatem-majorem*: niſi per *Bis Unum* acciderit *Çang*, quod requirat *Fa fung* ſeu *Juſtitiam Stipendii*, ut in præcedente, quo relegandus eſt ad XXIX.

Sub XXXII, idem actu fit *Chi cheu*, id eſt, *Sciens Civitatem-majorem*, ſcil. ejuſdem Gubernator: & per *Bis* 4 faciendus eſt *Te* ſeu *magnâ-gratiâ pollens*, & *Chi fu*, id eſt *Sciens Urbem* ſeu Civitatem maximam: niſi per *Bis Unum* acciderit *Çang*, propter quod jacturam ac damnum paſſus, relegetur ad XXIX *Fa fung*, id eſt, *Stipendio privandus*.

Sub XXXIII, alter jam actu factus eſt *Chi fu*, id eſt, *Sciens Urbem* ſeu Civitatem maximam, ſcil. ejuſdem Gubernator: & per *Bis* 4 faciendus eſt *Te leang tao*, id eſt, *Gratioſior Oryzam gubernans*, ſeu *Frumentum gubernans*; ſcil. Præfectus Annonæ, qui curat eam colligi & parari in uſum Imperatoris, qui in ſingulis Urbibus ejuſmodi Præfectum Annonarium conſtituit. At ſi per *Bis Unum* acciderit *Çang* ſeu *Delictum*, remittetur ad XXIX ut Stipendio mulctetur.

Notandum eſt, quòd *Leang* ſit propriè *Oryza*.

Aliàs

Aliàs Sinicum nomen *Me* ut Lat. *Frumentum*, continet pleraque Grana in genere, exceptis *Oryzâ* & *Fabis*; additâ tamen ſpecificâ differentiâ, ut ex. gr. *Ma liao me* ſeu *Equorum cibus Frumentum* ſive *frumentaceus*, eſt *Avena*: & *Ta me*, id eſt, *Magnum frumentum*, eſt *Hordeum*, apud eos Ariſtis longis præditum, ut apud nos: & *Siao me*, i. e. *Parvum frumentum*, eſt *Triticum*, nempe Triticum rubrum ſeu rubeſcens, ſine Ariſtis, ut apud nos: Angl. Red wheat. Omnia autem ad hanc Linguam ſpectantia, meliùs innoteſcerent, ſi poſſemus habere Chinenſium *Dictionaria*; quorum antiquum (vetuſtiora Vocabula continens,) vocatur *Hai-pien*, id eſt, *Mare liberum*, ſc. Vocabulorum Mare amplum & ſpacioſum. Dictionarium modernum (ubi etiam Voces recentiores,) vocatur *Ta çu hoei*, id eſt, *Magna Literarum* [ſeu *Characterum*] *collectio*. Horum

rum alterum interpretandum & (si sumptus facturis videbitur) evulgandum præ manibus habet Clarissimus & Doctissimus Senex D. *Mentzelius* in Germania Professor publicus, si Deus ei vitam prorogaverit donec susceptum & inchoatum opus in rei Literariæ bonum absolvat.

Sub XXXIV, idem actu fit *Leang tao*, id est, *Oryzam gubernans*; qui per *Bis* 4 potest fieri *Te ngan ça*, id est, *Gratiosus benè inspiciens*, scil. Mandarinorum minorum in aliquâ *Çen* seu *Provinciâ* Inspector, qui statim renuntiat Imperatori, si quid malè administrant. Iste immediatè promovendus est ad Dignitatem proximam, nisi acciderit *Çang* seu *Delictum*, quo retrahatur ad XXIX *Fa fung*, ut pro tempore Stipendio privetur.

Sub XXXV, præcedens jam actu fit *Ngan ça*, id est, *Bene inspiciens*: & per *Bis* 4 mox fiet *Te* seu *Gratiosior*, qui *Teu pu ching*, id est, *Dextrâ destribuens Gubernationi*, scil. solvens Stipendia Gubernationi seu Officiariis, promovendus ad LXVII; nisi fortè per *Bis Unum* incurratur *Çang* seu *Delictum*, quo ipse fit *Fa fung* seu *Stipendio mulctandus* & relegandus ad XXIX.

Sub XXXVI, est *Tien ven seng*, id est, *Cœli Compositionum juvenis*, scil. Astronomus seu Studiosus Astronomiæ, qui per *Bis* 4 fit *Te* seu *Gratiosior*, qui *Kin tien kien*, id est, *Colens cœli Observatorium*, scil. frequentans Locum ubi Astronomi conveniunt ad Observationes cœlestes faciendas, mox promovendus ad LXVI. Iste est Mandarinus qui Astronomorum Præfectus & Coryphæus.

Sub XXXVII, est *Hio seng*, id est, *Studiosus juvenis*,

venis, qui per *Bis* 4 fit *Te* ſeu *Gratioſus*, qui faciendus *Tung ſeng*, id eſt, *Otioſus juvenis*; ſcil. vacans & non occupatus ſtudiis, utpote qui jam optimè ſtuduit, & ſæpe fuit examinatus, & jam vacat expectationi Baccalaureatûs; & hâc ratione promovendus ad XXXVIII: niſi fortè per *Bis* 2, *Bis* 3, *Bis* 5, *Bis* 6, aut aliquos horum, fiat *Cung* ſeu *Mediocris favoris* vir, qui *Tien ven ſeng*, id eſt, *Cœli Compoſitionum juvenis*, ſeu Aſtronomiæ Studioſus, remittendus ad XXXVI.

Sub XXXVIII, is jam actu factus *Tung ſeng*, id eſt, *Vacans juvenis*, qui per *Bis* 4 faciendus eſt *Te* ſeu *Gratioſior*, & habendus *Shi ſu*, id eſt, *Literatus Doctus*, qui ferè Baccalaureus, mox promovendus ad XXXIX.

Sub XXXIX, præcedens jam actu fit *Shi ſu*, id eſt, *Literatus Doctus*, qui per *Bis* 4 faciendus eſt *Te* ſeu *Gratioſior*, & habendus *Sieu çai*, i. e. *Præſtantior doctrinâ*, promovendus ad XL.

Sub XL, is actu evadit *Sieu çai*, id eſt, *Præſtantior doctrinâ*, ſcil. Baccalaureus actualiter, & per *Bis* 4 faciendus *Te kiu gin*, id eſt, *Gratioſior acceptus homo*, evehendus ad XLI.

Sub XLI, is actu factus eſt *Kiu gin*, id eſt, *Acceptus homo*, per *Bis* 4 faciendus *Te çin ſu*, id eſt, *Gratioſus ingrediens Mandarinatum*, promovendus ad XLII: niſi per *Bis* 2, *Bis* 3, *Bis* 5, *Bis* 6, aut aliquos horum, fiat *Cung* ſeu *Minoris gratiæ* vir, qui *Tien ſu*, id eſt, à *Libris* & *Epiſtolis*, remittendus ad XXX.

Sub XLII, is jam actu eſt *Çin ſu*, id eſt, *Ingrediens Mandarinatum*, ubi per *Bis* 4 faciendus eſt

Chan lo, id eſt, *Portans Libros*, ſc. Regis ſeu Imperatoris, promovendus ad XLIII. Iſte eſt quartum Caput Doctorum (ſc. minimus ~~ō~~, quatuor) totius Chinæ: namque ſemel biennio creantur Doctores, & ex omnibus Quatuor præcipui à Rege feliguntur. Sed poteſt eſſe ut per *Bis* 4, *Bis* 3, *Bis* 5, *Bis* 6, aut aliquos horum, fiat tantùm *Cung* ſeu *minoris gratia* vir, qui *Chi hien*, id eſt, *Sciens Civitatem-minorem*, remittendus ad XXXI.

Sub XLIII, is jam actu factus eſt *Chan lo*, id eſt, *Portitor Librorum*, ſc. qui portat Libros prope Imperatorem in ipſius uſum; ſed non illum adit tam prope ac tres reliqui Doctores. Iſte autem per *Bis* 4 poteſt fieri *Te* ſeu *Gratioſior*, qui ſit *Tan hoa*, id eſt, *Accipiens flores*, ſcil. tertium Caput Doctorum, mox promovendus ad XLIV.

Sub XLIV, is jam actu fit *Tan hoa*, id eſt, *Accipiens flores*, qui per *Bis* 4 faciendus eſt *Te* ſeu *Gratioſior*, qui *Pang yen*, i. e. *Illorum oculus*, ſcil. illorum Doctorum. Is eſt ſecundum Caput ſeu ſecundus Præfectus Doctorum, qui evehendus ad XLV.

Sub XLV, is actu fit *Pang yen*, id eſt, *Illorum oculus*; & per *Bis* 4 fit *Te* ſeu *Gratioſior*, qui faciendus *Chang yuon*, id eſt, *Supremus Præfectus* Doctorum, mittendus ad XLVI.

Sub XLVI, is actu fit *Chang yuon*, id eſt, *Supremus* [ſeu *ſublimis*] *Præfectus* Doctorum, qui per *Bis* 4 faciendus eſt *Te* ſeu *Gratioſior*, qui *Han lin*, id eſt, *Librorum ſylva*, evehendus ad LXXXIX. Is eſt Mandarinus maximus, ſemper in Aulâ Regiâ,

Regiâ, qui eſt Secretarius Imperatoris.

Sub XLVII, eſt *Vu chang yuon*, id eſt, *Militarium ſupremus Præfectus*, qui primâ vice jaciendo, jaciens *Bis Quatuor*, faciendus eſt *Te ti to*, id eſt, *Gratioſus tenens univerſim*, ſeu Dux generalis, immediatè mittendus ad LIX. Si autem ſecundâ vice jeciendo, jecerit *Bis 2*, *Bis 3*, *Bis 5*, *Bis 6*, aut aliquos horum *Parium*, fit tantùm *Cung çien yng*, id eſt, *Anterioris militiæ Præfectus*, mittendus ad LIV.

Sub XLVIII, eſt *Vu pang yen*, id eſt, *Militarium illorum oculus*, qui primâ vice jaciendo, jaciens *Bis Quatuor*, faciendus eſt *Te fu çiang*, id eſt, *Gratioſus ſecundarius Dux* ſeu *Generalis*, mox evehendus ad LXXIV. Sed poteſt eſſe ut ſecundâ vice jaciendo, jaciens *Bis 2*, *Bis 3*, *Bis 5*, *Bis 6*, aut aliquos horum *Parium*, revulſus ſit, & fiat tantùm *Cung heu yng*, id eſt, *Minor-gratiâ poſterioris militiæ* Præfectus, mittendus ad LXV.

Sub XLIX, eſt *Vu tan hoa*, id eſt, *Militarium accipiens flores*, per *Bis Quatuor* faciendus *Te ti piao*, id eſt, *Gratioſus tenens Vexillum*, qui eſt etiam Mandarinus militum mittendus ad LXXI. Sed ſecundâ vice jaciendo, jaciens *Bis 2*, *Bis 3*, *Bis 5*, *Bis 6*, aut aliquos horum *Parium*, fit tantùm *Cung çien yng*, id eſt, *Minor-gratiâ anterioris militiæ* Præfectus, mittendus ad LIV.

Sub L, eſt *Vu çin ſu*, id eſt, *Militarium ingrediens Mandarinatum*; qui quamvis jaciendo *Bis Quatuor*, evadat *Te* ſeu *Gratioſior*, continuatur *Vu chang yuon*, id eſt, *Militarium ſupremus Præfectus*, mox remittendus ad XLVII.

Sub LI, eſt *Vu kiu gin*, id eſt, *Militarium acceptus homo*, qui per *Bis Quatuor*, continuatur in ſtatu quo priùs, ſc. remittendus ad L.

Sub LII, eſt *Vu ſieu çai*, id eſt, *Militarium præſtantior doctrinâ*, qui per *Bis Quatuor* continuatur in ſtatu quo priùs, ſc. remittendus ad LI.

Sub LIII, eſt *Pa ki*, id eſt, *Octo Vexillis* Præfectus, qui per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te çien yng*, id eſt, *Gratioſus anterioris militiæ* Præfectus, promovendus ad LIV.

Sub LIV, jam actu factus *Çien yng*, id eſt, *Anterioris militiæ* Præfectus, per *Bis Quatuor* fit *Te heu yng*, id eſt, *Gratioſus poſterioris militiæ* Præfectus, (Captain of the rere,) mittendus ad LV. Sed is ſecundâ vice jaciendo, jaciens *Bis Unum*, incurrit *Çang* ſeu *Delictum*, quo deprimitur ut fiat *Cho ching*, id eſt, *Exiens* ad *bellum*, ſeu Miles gregarius remittendus ad XXVIII.

Sub LV, eſt actu *Heu yng*, id eſt, *Poſterioris militiæ* Capitaneus, per *Bis Quatuor* faciendus *Te ço yng*, id eſt, *Gratioſus ſiniſtræ militiæ* Capitaneus, promovendus ad LVI. Is autem ſecundâ vice jaciendo, jaciens *Bis Unum*, incurrit *Çang* ſeu *Delictum*, cujus cauſâ deponitur ut fiat *Cho ching*, id eſt, *Exiens* ad *Bellum*, relegandus ad XXVIII.

Sub LVI, is jam actu factus *Ço yng*, id eſt, *Siniſtræ militiæ* Capitaneus, per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te yeu yng*, id eſt, *Gratioſus dextræ militiæ* Capitaneus, promovendus ad LVII. At per *Bis Unum* incurrendo *Çang* ſeu *Delictum*, fit tantùm *Cho ching*, id eſt, *Exiens* ad *bellum*, revellendus ad XXVIII.

Sub

Sub LVII is eſt actu *Teu yng*, id eſt, *Dextræ militiæ* Capitaneus, per *Bis Quatuor* faciendus *Te chung yng*, id eſt, *Gratioſus mediæ militiæ* Capitaneus, promovendus ad LVIII. At ſecundâ vice jaciendo, jaciens *Bis Unum*, deponitur ut fiat *Cho ching*, id eſt, *Exiens* ad *Bellum*, retrahendus ad XXVIII.

Sub LVIII, jam actu factus *Chung yng*, id eſt, *Mediæ militiæ* Præfectus, inde per *Bis Quatuor* fit *Te ti to*, id eſt, *Gratioſus tenens univerſim* ſeu *univerſos*, promovendus ad LIX. Iſte eſt Mandarinus militiæ, quorum unus eſt in ſingulis Provinciis Milites ibi gubernans. Is verò ſecundâ vice jaciendo, jaciens *Bis Unum*, dejicitur & ſummovetur ut fiat *Cho ching*, id eſt, *Exiens* ad *bellum*, ſeu Miles gregarius relegandus ad XXVIII.

Sub LIX, is jam actu factus *Ti to*, id eſt, *Tenens univerſos*, per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te ti piao*, id eſt, *Gratioſus tenens Vexillum*, evehendus ad LXXI. Si autem ſecundâ vice jaciendo, infauſtè jecerit *Bis Unum*, incurrit *Cang* ſeu *Delictum*, unde fit *Cho ching*, id eſt, *Exiens* ad *bellum*, remittendus ad XXVIII.

Sub LX, eſt *Kia yuon*, id eſt, *Præfectus Licentiatorum*, qui per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te hoei quei*, id eſt, *Gratioſus Doctorum Præfectus ſecundus*, promovendus ad LXII.

Sub LXI, eſt *Hoei yuon*, id eſt, *Doctorum Præfectus primus*, qui quamvis per *Bis Quatuor* evadens *Te* ſeu *Gratioſus*, tamen fit *Vu chang yuon*, id eſt, *Militarium ſupremus Præfectus*, revocatus ad XLVII.

Sub LXII, eſt *Hoei quei*, id eſt, *Doctorum Præfectus-ſecundus*, qui per *Bis Quatuor* fit *Te hoei yuon*, id eſt, *Gratioſus Doctorum Præfectus-primus*, revocandus ad LXI.

Sub LXIII, eſt *Que çu kien*, id eſt, *Regni filiorum Palatii Præfectus*, de quo vide Num. LXVI. Eſt ſc. Præfectus Puerorum, qui plurimi ſunt, & locum ſuum emere debent. Aluntur autem ſumptibus Imperatoris ut ſtudeant bonas literas ſub iſto Gymnaſiarchâ, ſub quo etiam alii ſunt Ludimagiſtri. The cheif Maſter of the Kings School. Iſte per *Bis Quatuor* fit *Te quang lo ſu*, id eſt, *Gratioſus clarorum ciborum Præfectus*, evehendus ad LXV. Eſt ſc. nomen Mandarini qui Cibos & Convivia parat Regi. *Quang* eſt *clarum, luminoſum*: & *Kien* eſt *Palatium*, heic autem eſt *Palatii-Præfectus*.

Sub LXIV, eſt *Tai chang ſu*, id eſt, *Magnum longum Palatium*: nam *ſu* propriè eſt *Palatium*, & communi uſu eſt *Præfectus*, heic verò *Præfectus-Palatii* ubi Parentalia pro defunctis Parentibus & Majoribus celebrantur ſacrificando bis aut quater ſingulis annis. Parantur nempe multa ciborum fercula ponenda coram Statuis defunctorum. Aliquando verò loco Statuæ, eſt erectum Lignum cui inſcribitur talis defuncti Nomen. Iſti Cibi plerumque à Mandarinis conſumuntur, aliquando pauperibus erogantur. Dictus Officiarius faciendo *Bis Quatuor*, fit *Te tung ching ſu*, id eſt, *Gratioſus transferens Gubernationem Præfectus*, evehendus ad LXIX. Iſte eſt primus Regis Secretarius; & quicquid Regis Mandato

dato ſcribitur, per illius manus tranſire debet.

Sub LXV, eſt jam actu *Quang loſu*, id eſt, *Clarorum ciborum Palatium*, ſeu *Præfectus* communi uſu vocis. Iſte per *Bis Quatuor* fit *Te tai chang ſu*, id eſt, *Gratioſus magno longo Palatio*, ſcil. *Præfectus*, mittendus ad LXIV. Nominis ratio eſt, quia pro Defunctis Ceremoniæ ſunt *magni* momenti, & res *longæ* ſeu prolixæ celebrando. Eſt autem nomen Officii, quo vocatur ille Officiarius qui hujus Palatii Præfectus.

Sub LXVI, eſt *Kin tien kien*, id eſt, *Colens cœli Obſervatorium*. Eſt quidem *Kien* propriè *Palatium* ſeu *Domus*: heic autem hujus Domûs ſeu Palatii *Præfectum* ſignificat. Iſte per *Bis Quatuor* fit *Te que çu kien*, id eſt, *Gratioſus Regni filiorum Præfectus-Palatii*, remittendus ad LX.

Sub LXVII, eſt *Yeu pu ching*, id eſt, *Dexter* (ſc. ſuperior) *diſtribuens Gubernationi*; nempe ſolvens Stipendia; qui quamvis jecerit *Bis Quatuor*, manet *Te* ſeu *Gratioſus*, qui *Co pu ching*, i.e *Sinister* (ſc. inferior) *diſtribuens Gubernationi*: eſt idem Officium cum dextro, ſed aliquanto inferius, quamvis mittendus ſit ad LXX.

Sub LXVIII, eſt *Kiun men*, id eſt, *Militum porta*. Iſte Officiarius præeſt rebus militaribus: nempe ex Philoſopho fit Mandarinus maximus, qui poteſt transferre Milites à loco in locum, & ſumere ſibi aliquot Cohortes in quamvis expeditionem. Et ſæpe ſcribit Epiſtolas pro Imperatore. Iſte primâ vice jaciendo, jaciens *Bis Quatuor*, fit *Te ping pu*, id eſt, *Gratioſus militum Ordo*, ſeu

ſeu *Præfectus*, mittendus ad LXXXVI. Eſt nempe Præfectus militum Generaliſſimus per totam Chinam. *Ping* & *kiun* ſunt Synonyma. Si autem ſecundâ vice jaciendo, jecerit *Bis Unum*, incurrit *Çang* ſeu *Delictum*, cujus cauſâ mulctatur *Fa fung*, id eſt, *Juſtitiâ ſtipendii*. remiſſus ad XXIX. Idem verò per *Bis* 2, *Bis* 3, *Bis* 5, *Bis* 6, aut aliquos horum *Parium*, fit *Cung cung pu*, id eſt, *Mediocris-favoris Artificum Ordo* ſeu *Præfectus*: eſt nempe Præfectus rei Veſtiariæ & Architecturæ Imperatoris, mittendus ad LXXXVIII.

Sub LXIX, eſt *Tung ching ſu*, id eſt, *Transferens gubernationem Præfectus*, ſeu *Transferendi gubernationem Præfectus*. Is per *Bis Quatuor* fit *Te li pu*, i. e. *Gratioſus Ceremoniarum Præfectus*; cujus eſt docere Ceremonias aliis Præfectis ad illum eâ de cauſâ venientibus eumque conſulentibus, & dirigere res gerendas in Palatio: eſt ſc. Magiſter Ceremoniarum, promovendus ad LXXXIV. Sed idem per *Bis* 2, *Bis* 3, *Bis* 5, *Bis* 6, aut aliquos horum *Parium*, fit *Cung cung pu*, i. e. *Mediocris-gratiæ Artificum Ordo* ſeu *Præfectus*, mittendus ad LXXXVIII.

Sub LXX, eſt *Ço pu ching*, i. e. *Siniſter diſtribuens Gubernationi*, qui per *Bis Quatuor* fit *Te kiun men*, i. e. *Magnâ gratiâ Militum porta*: nempe *Militum porta* eſt Nomen Officii ejus. Is mittitur ad LXVIII.

Sub LXXI, eſt *Ti piao*, i. e. *Tenens Vexillum*, qui per *Bis Quatuor* fit *Te fu çiang*, i. e. *Gratioſus ſecundarius Dux*, ſc. Lieutenant Generall, qui hac ratione evehitur ad LXXIV.

Sub

Sub LXXII, eſt *Po hio*, i. e. *Multæ Doctrinæ* ſeu *Studii* vir. Iſte omnia quæ ad Promotionem requiſita ſunt, benè callet; ſed non vult accipere Officium. Idem per *Bis Quatuor* fit *Te chung ſhu*, i. e. *Gratioſus ſecundus* ab *Epiſtolis*, ſcil. ſecundus Secretarius, evehendus ad XC.

Sub LXXIII, eſt *Hung çai*, id eſt, *Magnus doctrinâ*, qui per *Bis Quatuor* fit *Te ſhang ſhu*, i. e. *Gratioſus ſupremus* ab *Epiſtolis*, ſcil. primus ſeu Principalis Secretarius, evehendus ad XCII.

Sub LXXIV, eſt *Fu çiang*, i. e *Secundus Dux* ſeu Lieutenant General, qui per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te çiang kiun*, i. e. *Gratioſus Dux* [ſeu *Generaliſſimus*] *militum*, evehendus ad LXXV.

Sub LXXV, jam actu factus *Çiang kiun*, id eſt, *Dux militum*, ſc. *Generaliſſimus*, qui per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te tai çu*, id eſt, *Gratioſus maximus Filius*, evehendus ad XCII Propriè & ſtrictè loquendo. ſic vocatur Regis Filius natu maximus: ſed hoc loco, eſt quidam Ordo Mandarinorum ſupremorum; & tamen Cancellarii & pauci aliquot alii ſunt ſupra illum.

Sub LXXVI, eſt *Tai y*, id eſt, *Magnus Medicus*, ſcil. Medicus Regius, qui per *Bis Quatuor* faciendus *Te ye hoei*, id eſt, *Gratioſa unica perſona* ſeu *prima perſona*. Iſte evehendus eſt ad LXXVII.

Sub LXXVII, actu fit *Te hoei*, id eſt, *Unica perſona* ſeu *prima perſona*, per *Bis Quatuor* facienda *Te ul hoei*, id eſt, *Gratioſa ſecunda perſona*, evehenda ad LXXVIII. Is eſt Protomedicus ſeu Regis Medicus primarius.

Sub LXXVIII, actu fit *Ul hoei*, id eſt, *Secunda*

perſona, per *Bis Quatuor* facienda *Te ſan hoei*, id eſt *Gratioſa tertia perſona*, evehenda ad LXXIX.

Sub LXXIX, actu fit *San hoei*, id eſt, *Tertia perſona*, per *Bis Quatuor* facienda *Te ſu hoei*, id eſt, *Gratioſa quarta perſona*, promovenda ad LXXX.

Sub LXXX, actu fit *Su hoei*, id eſt, *Quarta perſona*, per *Bis Quatuor* promovenda ut fiat *Te u hoei*, id eſt *Gratioſa quinta perſona*, promovenda ad LXXXI.

Sub LXXXI, actu fit *U hoei*, id eſt, *Quinta perſona*, ſeu Medicus ordine quintus. Is per *Bis Quatuor*, fit *Te chi hien*, id eſt, *Gratioſus Gubernator civitatis*, inferius miſſus ad XXXI. Is nempe à Medicandi Arte evectus, ad Gubernandi Artem admittitur, in regni politiam adſcitus; nempe ex majore gradu Medicinæ ad minorem gradum Politiæ (cum iſte ſit præſtantior illo) miſſus. *Chi hien*, eſt *ſciens civitatem minorem*, ut XXXI.

Sub LXXXII, eſt *Çung to*, id eſt, *Univerſorum Gubernator*, ſcil. totius Provinciæ. Iſte per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te tien quon*, id eſt, *Gratioſus cœli Mandarinus* qui eſt paulò infra Cancellarium, promovendus ad XCI.

Sub LXXXIII, eſt *Li pu*, id eſt, *Mandarinorum Præfectus*, omnes per totum Regnum Mandarinos gubernans, qui per *Bis Quatuor* continuatur *Te çung to*, id eſt, *Gratioſus univerſorum Gubernator*: eſt ſc. Caput Mandarinorum per totam Chinam, in ſtatu quo erat LXXXII.

Sub LXXXIV, eſt *Li pu*, id eſt, *Ceremoniarum Præfectus*, qui per *Bis Quatuor* continuatur *Te li*

pu,

pu, id est, *Gratiosus Mandarinorum Præfectus*, in statu quo erat LXXXIII.

Sub LXXXV, est *Hu pu*, id est, *Domorum Præfectus*, qui per *Bis Quatuor* continuatur *Te li pu*, i.e. *Gratiosus Ceremoniarum Præfectus*, in statu quo erat LXXXIV. Istius Officium est colligere Tributum à singulis Domibus per totam Chinam: &, si Imperator cupit scire numerum populi sui per totum Regnum, istius est eos numerare vel curare ut numerentur.

Sub LXXXVI, est *Ping pu*, id est, *Militum Præfectus*, qui per *Bis Quatuor* continuatur *Te* seu *Gratiosus*, & fit *Hu pu*, id est, *Domorum Præfectus*, in statu quo erat LXXXV. Iste est Caput militum totius Chinæ.

Sub LXXXVII, est *Yng pu*, id est, *Justitiæ Præfectus*, qui à Civitatum Gubernatoribus rogandus est ut liceat Justitiam facere in Latrones & alios. Iste per *Bis Quatuor* continuatur *Te* seu *Gratiosus*, & fit *Ping pu*, id est, *Militum Præfectus*, in statu quo erat LXXXVI.

LXXXVIII, est *Cung pu*, id est, *Artificum* [seu *Opificum*] *Præfectus*, qui curat ut ex adventantium Mercatorum Mercibus (sive sit Sericum sive Oryza aut quidvis aliud,) seligatur pro Imperatore quantum ei sufficiat & in ejus usum cedat. Iste per *Bis Quatuor* continuatur *Te yng pu*, id est, *Gratiosus Justitiæ Præfectus*, mittendus ad LXXXVII.

Sub LXXXIX, est *Han lin*, id est, *Epistolarum* [seu *Librorum*] *sylva*. Iste est Imperatoris Secretarius ab Epistolis & à Libellis, qui per *Bis*

Quatuor fit *Te tien quon*, id eſt, *Gratioſus cœli Mandarinus*, evehendus ad Gradum XCI.

Sub XC, eſt *Chung ſhu*, id eſt, *Secundus* ab *Epiſtolis*, qui per *Bis Quatuor*, faciendus eſt *Te shang shu*, id eſt, *Gratioſus ſupremus* ab *Epiſtolis* ſeu *Libellis*, evehendus ad XCII.

Sub XCI, eſt *Tien quon*, id eſt, *Cœli Mandarinus*, qui per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te tai çu*, id eſt, *Gratioſus maximus Filius*, q. d. Imperatoris Filius natu maximus, evehendus ad XCIII.

Sub XCII, eſt *Shang ſhu*, id eſt, *Supremus Libellarius*, ſeu à Libellis ac Epiſtolis, qui per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te tai pao*, id eſt, *Gratioſus magnus Adjutor*, promovendus ad XCVI.

Sub XCIII, eſt *Tai çu*, id eſt, *Maximus Filius*, qui per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te tai fu*, id eſt, *Gratioſus maximus Magiſter*, promovendus ad XCIV.

Sub XCIV, eſt jam actu *Tai fu*, id eſt *Maximus Magiſter*, qui per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te tai ſu*, id eſt. *Gratioſus magnus Sub-magiſter*, promovendus ad XCVII. *Su* eſt paulò minor quàm *Fu*. Iſtiuſmodi ſunt qui docent & in Literis inſtituunt Imperatorem, ſi vult ſtudere.

Sub XCV, eſt *Çai ſiang*, id eſt, *Gubernationi aſſiſtens*, qui per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te co lao*, id eſt, *Gratioſus Palatio venerandus* Senex, promovendus ad XCVIII.

Sub XCVI, eſt *Tai pao*, id eſt, *Magnus adjutor*, quî per *Bis Quatuor* continuatur *Te çai ſiang*, id eſt, *Gratioſus Gubernationi aſſiſtens*, ut XCV.

Sub XCVII, eſt *Tai ſu*, id eſt, *Magnus Sub-magiſter*,

ſter, qui per *Bis Quatuor* faciendus eſt *Te* ſeu *Gratioſus*, dictus *Tung quei*, id eſt, *Gloriâ redito*; ſcil. qui poteſt vel manere in Palatio, vel cum gloriâ domum redire.

Sub XCVIII, eſt *Co lao*, id eſt, *Palatio venerandus*, qui per *Bis Quatuor* manet *Te* ſeu *Gratioſus*, cui dicitur *Tung quei*, id eſt, *Gloriâ redi*, ſcil. cum Gloriâ domum redito, quippe qui in Imperatoris Palatio ſupremos & ultimos Honores obtinuiſti. Huic nempe (cùm jam ſit ad Palatii ingreſſum ſeu Portam conſtitutus,) vel intrare & ibi manere, vel abire & domum redire æquè eſt integrum. Et qui inter ludendum huc primus venit, alteros Colluſores vincit.

HISTORIA ALEÆ.

§. I. *De ejuſdem Nominibus.*

ALea quæ ſolis Teſſeris exercetur, eſt Nerdiludii pars, eique affinis: unde eſt quòd heic ei proximè illam ſubjunximus, quaſi methodo naturali.

Hic Ludus qui apud Ciceronem & alios *Alea* nomen habet, is eſt qui ſolis *Teſſeris* exercebatur; quo differt à *Tabulâ*, in quâ præter *Teſſeras*, etiam *Calculi* erant & *Alveus* duodecim utrinque *Scriptis* notatus. *Alea* autem in quâvis Mensâ

aut humi, aut quovis loco complanato exerceri poteſt & ſolet.

Alea aliquando latiùs ſumitur pro quovis Ludo in quo Sors & Fortuna dominatur; qui nempe apud æquos Luſores (qui fraudes non adhibent,) non quidem peritiâ aut arte, ſed mero caſu hunc vel illum eventum ſortitur. Aliàs enim, ſi peritiæ locus daretur, tum *Alea* nomen non ita planè ei quadrare cenſeretur. Hinc *Alea* nomen competit etiam Chartis & aliis Ludis quæ à ſorte & fortunâ pendent, & cuivis rei incerti & dubii eventûs, propter fortunæ viciſſitudinem quæ *Aleas* comitari ſolet; & *Aleam ſubire*, eſt periclitari res noſtras, eaſque fortunæ & ſorti committere. Huc ſpectat Athenæi illud ἀνεῤῥίφθω κύβος, *jacta eſto Alea*, & Luciani ἀνεῤῥίφθω κύβος.

Eâdem latitudine ſumitur hujus Ludi nomen Arabicum قمار *Kimâr*, quod etiam Perſis & Turcis uſitatiſſimum eſt vocabulum, quo ipſis quandoque denotatur quivis *Aleatorius Ludus*, qui ſc. Aleæ ſeu fortunæ ſubjectus eſt, præſertim quo captatur Lucrum, ut *Chartarum Ludus*, & *Sortitio* quæ Sagittis parvis aut alio modo fit. Impropriè itaque aliquando applicatur *Triodio*, in quo non dominatur Fortuna, ſed Ars ſola.

Nomen *Kimâr* deducitur à Verbo Arabico قمر *kámara*, quod apud Turgj. Arabicum exponitur, بقمار بردن مال را اي قهره المال *Aleâ reportare opes alicujus*, id eſt, *Aleâ-emunxit eum opibus ſuis*. In quintâ Conjugatione تقمر *Takámmara* eſt

est *vincere alium ludendo*, adeóque *pecuniâ emungere eum.* In sextâ sociabili Conjugatione تقامر *Takâmara* est συγκυβεύειν, *aleâ concertare*, quod *Ecteri* exponit اوجشمك يقال تقامروا اذا تلاعبوا بالجعل *Pro pignore-concertare aut pignus-invicem-deponere: nempe dicitur Aleâ-concertant, quando colludunt pro Lucro* aut *Deposito.* A Verbo apud eundem est Nomen Verbale (quod est Infinitivi species) مقامرة هر ايوني اوجله اويـنـمـق *Makâmara*, i.e. *quemvis Ludum pro Pignore* aut *Deposito ludere.*

Hic Ludus Persicè dicitur دد بازي *Dèd-bâzi* seu *Dàd bâzi*, sive داد بازي *Dâd-bâzi*; & quoque منك *Mengh*: & منكياكر *Menghiyâghèr* est *Aleator*, aliàs dictus قمار باز *Kimâr-bâz*, & يافر *Yâphèr*; Arabicè قامر *Kâmir.* Hoc vocabulum *Kimâr-baz* (ut festivitatis causâ id obiter notare possim,) adhibet Jesuita quidam Missionarius in Psalmorum Versione Persicâ quam ipse in Oriente concinnaverat; sc. in *Psal.* I, (ubi in Heb. legitur, *Et in sede* לצים *Derisorum*,) is contra tam Codicis Hebræi quàm Vulgatæ Latinæ fidem, suo inepto modo id Persicè vertit, وبر نشستن قمار بازان نه نشست *Et in sessione Aleatorum non sedit*; quasi Psalmista Aleæ Ludum novisset & prohibuisset, (quod pro ejusdem Antiquitate

tiquitate multùm faceret) ut nempè falsæ Interpretationis piâ fraude Persas ab *Aleæ* & *Chartarum* Ludo absterrere posset.

Hic Ludus à Κύβος *Tessera*, Græcis dicta est Κυβεία, unde & Judæis modernis קוביא *Kubia*, & *Aleator* est קוביסטום *Kubiostòs* pro Κυβεύτης. In Linguâ Græcâ vulgari quæ *Romaica* appellatur, hic Ludus sonat Ζαρροπαιγνίδι, seu παιγνίδι τῶν Ζαρίων, à Ζάρια *Tesseræ*, *Aleæ*, etiam dictæ Ζάρι seu Ἀζάρι, unde Turcis زار *Zár*.

Sunt qui volunt Κύβους sic dici ἀπὸ τῆς κυβείας, quia κατακυβιστῶντες ἐν τῷ βάλλεσθαι. Sed vox κύβος abjectâ terminatione ος, (ut maneat κυβ.) videtur originaliter esse ab Arabico كعب *Ca'b* seu كعبة *Ca'be*, quæ fortè enunciata fuerint *Ky'b* & *Ky'be*, ubi Græci adscititii vocabuli usum (ut & ab aliis Gentibus fieri solet) mutantes, à primariâ apud Arabes *Tali* significatione, ad *Tesseram* transtulerunt, quia utriusque formæ sibi invicem quodammodo quadrare videbantur. Et tam levis qualis est unius Vocalis in peregrinarum vocum pronuntiatione mutatio, adeò familiaris est, ut dictæ Originationi obstare non debeat. Nam ut Natura est Arte prior, sic *Ka'b* seu *Talus* produxit διοιόμορφον *Ky'b* seu *Tesseram*, quæ est aliquid Artificiale ad prioris imitationem & quoque complementum effictum: nam in *Tali* minùs accuratâ figurâ, deficiebant lusorii Numeri 2 & 5, qui in *Cubi* seu *Tesseræ* accuratissimâ & completissimâ figurâ commodissimè exhibentur.

Sed

Sed mira certè est Linguarum vicissitudo & mutatio: nam ab Arab. *Ka'b* est Græcum Κύβος: & ab hoc rursus modernioribus seculis in Linguam Arabicam rediit كعب *Cûbe*, de quo suprà in *Nerdiludio*, ubi etiam exponitur quibus aliis Nominibus *Tessera* vocata fuerit: nolo hoc repetere.

Ex supradictis itaque constat, quòd *Ca'b* seu *Ca'be* primariò *Talum* seu *Os* imperfectè quadratum significans, secundariò trahatur ad quidvis perfectè quadratum, ut est *Cubus geometricus*, *Tessera lusoria*, & *Templum Meccanum* quod quadratum est.

Κυβεία aliquando sumitur pro quibusvis Sortis Ludis, de quorum singulo dicatur, τῦτ' ἐστ εἶδος τῆς κυβείας, id est, aliquis ex Ludis qui à sorte pendent. Unde Βόλοι κυβευτικοὶ seu τῶν κύβων (quos ex Eustathio, Hesychio, Suidâ, & Polluce enumerant Meursius & alii,) possunt etiam dici de Ἀστραγαλισμῷ ut Iactus Talares aut aliorum Ludorum. Sic Pollux, ἡ δὲ πλειστοβολίνδα, ἡ μόνον ἡ διὰ τῶν Κύβων, ἄλλα καὶ διὰ τῶν Ἀστραγάλων, ἐπὶ τὸν πλείστον ἀριθμὸν βαλεῖν. Et idem rursus vice versâ Lib. 7, cap. 33, § 10, Κυβείας δὲ εἶδη καὶ ἡ πλειστοβολίνδα παιδία, καὶ τὸ ἁρπάζειν, καὶ διαγραμμίζειν, καὶ χαλκίζειν, καὶ Χαλκοῦς μῦς, καὶ Ἰμαντελιγμὸς, καὶ Ναυμαχία. Miror autem cur *Diagrammismus* sortis Lusibus annumeretur, cùm merâ peritiâ constet, nec sorti aut fortunæ subjectus sit. Erat quidem *Pleistobolinda* duplex; nempe vel ille Ludus in quo major Numerus vincit, Gallis *Rafle*; vel aliàs qui dicitur *Chanse*, ubi

quisque sibi Numerum quem citiùs redifurum putat, eligit & vocat, (Græci προαιρέσιμον dixerunt,) alium verò Numerum subire cogitur. Hinc elucelcit Ovidianum illud,

Et modò tres jactet Numeros, modò cogitet aptè
Quam ſubeat partem callida, quamque vocet.

In Ludo enim *Proæreſimo*, quisque tres Numeros sibi eligebat, quos citiùs redituros sperabat & casuros optabat. Et cùm πῆμα sit Tesseræ *Punctum*, præcedentibus annumerari poterit πημαπίζειν, quod est *in punctum ludere* ut loquitur Suetonius in Nerone; est scil. de majore Punctorum Numero certare pro pecuniâ, quod est dicta *Pleiſtobolinda*.

Hesychius alicubi videtur *Cubíam* cum *Pettía* confundere, Πεττεία ἡ διὰ κύβων παιδιά, quâ in re sibi non satis constat, cùm alibi rectiùs doceat, διαφέρει δὲ πεττεία κυβείας· ἐν ᾗ μὲν γὰρ, τὰς κύβους ἀναξηραίνουσιν· ἐν δὲ τῇ, αὐτὸ μόνον τὰς ψήφους μετακινοῦσι. Malè ergò à quibusdam aliis confunduntur κυβεία, & πεττεία & ἀστραγαλισμός. Quamvis verò aliqui ex citerioribus hæc tria confuderint, antiquiores tamen ea rectiùs distinxerunt; ut, inter alia multa, monstrat Sophoclis Versiculus, Καὶ πεσσὰ πεντάγραμμα καὶ κύβων ἕδραι, ubi πεσσῶν & κύβων distinctio satis manifesta est: præsertim cùm hi habeant ἕδρας, *Peſſi* autem non item. Et alibi etiam πεσσοὶ & κύβοι tanquam distincta recenset Hesychius.

Supradicto modo etiam aliquando incautè loquens

loquens & dormitans Euſtathius, quaſi cœlum cum terrâ vellet miſcere, cum *Talorum* ludo miſerè confundit ea quæ propriè pertinent ad πεττείαν, quam deſcribit νόμῳ κυζικηνῷ, malè pro πεττικηνῷ. Erroris autem occaſio videtur fuiſſe, quòd dum Euſtathius ſcriberet Jactum quendam Talarem vocari Κύων, probabiliter illi ſtatim in mentem veniebat τοὺς ψήφους ἐν τῇ πεττείᾳ à quibuſdam vocari κύνας, quos ergò (egregio παραφάσματι) tanquam ad *Talos* pertinentes admiſcuit. Quamvis verò aliquando negligenter & incautè loquatur, alibi tamen planè diſtinguit Euſtathius ad Odyſſ. ά dicens, *Apud veteres* φασὶ διαφορά ἐστι κύβων καὶ πεττῶν: κύβοι *quippe erant* ἐξάπλευροι κόλοι, *qui* [quaſi vellet derivare] κυβιζῶντες *præcipites ferebantur jaciendo*; *unde Cubicum Schema* [ſeu figura cubica] *denominatum eſt*: ὁ δὲ πεττὸς ἑπτάοδόν τι ἐστίν. Pergit quoque notare *Herodotum manifeſtè diſtinguere inter* κύβους & πεττοὺς, *ubi Lydis* (tanquam Inventoribus) *tribuit* κύβους, ἀστραγάλους, *aliósque Ludos*, πλὴν πεττῶν *exceptis Peſſis*.

Subinde autem κύβος non accipiebatur tantùm pro *Teſſerâ* quæ jacitur, ſed erat quoque ἓν ἐν αὐτῷ μόνας, ubi τὸ ἓν κύβῳ τρῖμα ſingulare, *unum Cubum unámve Teſſeram* notabat. Sic enim loquebantur veteres, δύο κύβω καὶ τέτλαμα *duo puncta & quatuor*, ſeu *quatre deux*: item τρὶς ἓξ ἓ τρεῖς κύβοι *tres ſeniones aut tres uniones*; quorum illud ut valdè bonum competebat Victori, hoc ut valdè malum Victo competebat. Proverbialiter enim dictum *Ter Sex aut tres Uniones* ſive *Aſſes*, erat de eo quod valdè benè aut valdè malè ceſſerat. Pro

hoc Iönes dicebant Τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς ὄιναι seu (ut aliàs apud Poll.) ὄνοι: οἴνη enim seu ὄνος i. q. εἷς, quod Doris ἆς *As*. Hinc in vetustis Inscriptionibus *œnus* seu *oinus*, unde Latinorum *unus*. Qui enim *Unitatem* etiam *Asinum* dici existimant, errant, & ipsi sunt Asini: nam in Tesseris ὄνος est i. q. οἴνη, in Talis Κύων dictus. Dictum Proverbium indicat, quòd olim utebantur Tribus Tesseris, non ut nunc Duabus, ut dicit Eustathius hoc Proverbium explicando, πάλαι γὰρ τρισὶ ἐχρῶντο πρὸς τὰς παιδιὰς κύβοις, καὶ οὐχ ὡς οἱ νῦν δύο seu δυσί. Posteà in usu erant tantùm Duæ, ut indicat illud Senecæ,

Utraque subducto fugiebat Tessera fundo.

Tres vult Cento ἀνέκδοτος ex Virgilianis Versibus contextus & *de Aleâ* inscriptus, qui legit,

Ossa minutatim fundo volvuntur in imo,

scilicet in imo Pyrgi. Et mox,

Terna tibi hæc primùm fundo volvuntur in imo.

Supradictus locus de tribus Tesseris, desumptus est ex Euripide: nam Zenobius Cent. 2, Prov. 85, sic legit, Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύω κύβω καὶ τέτταρα· ad quæ Scholiastes, τοῦτ' Εὐριπίδου ἐστί. Καὶ Ἀριστόξενος δέ φησιν, ὅτι Εὐριπίδης διορθῶν τὸν τήλεφον, ἐξεῖλε τὴν Πεττείαν. Malè autem Scholiastes legit πεττείαν pro κυβείαν: nam πεττεία non habet βόλους de quibus dicatur βέβληκε: & prætereà hoc idem narrans ad Aristophanem Scholiastes, planè dicit *Dramatis*

tis Personas introductas fuisse κυβεύοντας *aleâ ludentes.*

Tesseræ Polluci dicuntur διάσειστοι κύβοι, Suidæ simpliciter Διάσειστα, q. d. *agitabiles*, quia commovebantur & agitabantur in Fritillo priusquàm mitterentur, ad evitandum fraudem. Jactus in genere erant Βόλοι, seu Βολίδες, sive Βολοκτυπίη, Turcicè زار آتمدسی *Zâr âtmasi*, i. e. *Zara* seu *Alea Jactus.*

Instrumenta quæ olim ad hunc *Alea Ludum* pertinebant, erant *Pyxis* seu *Fritillus*, & *Pyrgus* seu *Turricula*, quæ supra in Nerdiludio explicantur. Qui hunc Ludum nimis frequenter exercet, est *Aleo* seu *Aleator*, sive quod paulò honestius audit, *Tesserarius*, qui Eustathio Τρηματιῆτης dictus ἀπὸ τοῦ τρηματίζειν: aliàs Κυβεύτης: & quoque Σκιραφεύτης, quo eodem nomine vocatus est qui pro aliis Tesseras jaciebat, qui Arabibus dicitur حرضة *Húrdha*; is propriè est, qui Tesseras jacit pro aliis, sed præ metu damni ipse consors Ludi esse non audet. Talis alio nomine dicitur برم *Berém.* Hinc Adagium, برما قرودا *Béreman karûnan*, i. e. *exors* ludi & *consors* lucri, cùm quis Ludi consors non sit, & tamen quâvis vice binos Dactylos carpit; in eum qui periculum subire recusat, & tamen fructuum particeps esse cupit. Idem dicitur مجيد *Múgjmid*, & مجيد الاقداح *Múgjmido'l Akdâh*, quando Sagittis aleatoriis fit

 fortitio.

ſortitio. Is dicitur رديف *Radîph*, i. e. *Secutor* ſeu *Succeſſor*, qui in Aleatorio Ludo poſt aliorum victoriam, petit ut ſortem ſuam illorum ſorti inſerere aut jungere liceat. Depoſitum pro quo luditur, Arabicè vocatur ندب *Nadàb* ſeu خطر *Chàtr*, i e. *periculum* ſeu *quicquid periclitatur* ludendo: aliàs *Sponſio* ſeu *Pignus* Perſicè audit گرو قمار *Ghrávi kimâr* ſeu چال قمار *Tchâli kimâr*. Et Arab. اريز *Arîr* eſt vox exultantis dum aliquis vincit in Aleæ Ludo. Et مدابر *Modâbir* eſt *Poſtpoſitus*, *cui* ſc. *infelix Teſſera cecidit*, & *ipſa talis Teſſera*; cui opponitur مقادم *Mokâdim*, i. e. *Prælatus* in rebus ſuis.

Pro ſingulis *Cubis* (ſc. *Unitatibus*, *Punctis*, ſeu *Aſſibus*) Nummum deponebant: adeò ut pro tribus Teſſeris Trinummus deponeretur. Sic Euſtath. καθ' ἑκάστην κύβον, ἤγουν καθ' ἑκάστην μονάδα, ἔπαιζον ἀργύριον ὁρίσαντες. Et Pollux, ὁ δὲ ὑπερβαλλόμενος τῷ πλήθει τῶν μονάδων, ἔμελλον ἀναιρεῖσθαι τὸ ἐπιδιακείμενον ἀργύριον.

---

§. II. *De Aleæ Inventore & Antiquitate.*

ALeam apud vetuſtiſſimos Romanos extitiſſe certum eſt ex Plauto Act. 1, Scen. 3,

Ob

Oh Neptune lepide, salve!
Nec te Aleator ullus est sapientior: profectò
Nimis lepidè jeciſti Bolum: perjurum perdidiſti.

Antiquiùs autem extitit apud Græcos, qui eam ſub κύβοις nomine exhibent. Iſidorus in Originibus, hujus Ludi Inventionem tribuit homini cui Nomen *Alea*; Joh. Sarisburienſis *Attalo Aſiatico*: alii (ut puto) adſcribunt *Chiloni* qui fuit ex Sapientibus Græciæ; alii *Lydis*, à cujus Gentis appellatione, generale *Ludi* vocabulum arceſſunt. Hac ſententiâ eſt Herodotus apud Euſtathium, Λύδοι τὸν Κύβον εὗρον, καὶ τὰς Ἀστραγάλους, καὶ τὴν Σφαῖραν, καὶ τ' ἄλλα παίγνια, πλὴν πεσσῶν exceptis *Peſſis*. Plerique autem Palamedi attribuunt: ſic Pauſanias (qui citra Chriſtum vixit,) in Corinthiacis, Πέραν δὲ τῆ Νεμέιν Διὸς, τύχης ἐστὶν ἐν παλαιοτάτῳ Ναός· ὁ δὲ Παλαμήδης Κύβους εὑρὼν ἀνέθηκεν εἰς τοῦτον τὸν Ναόν. Idem in Phocicis, Καὶ Παλαμήδης τε καὶ Θεσσίτης κύβοις χαίρουσι παιδιᾷ τοῦ Παλαμήδους εὑρήματα. Sophocles (qui multis ſeculis Pauſaniam præceſſit,) tam πεσσὸς quàm κύβος eidem aſcribit: ſic enim ipſe in *Palamede*, prout apud Euſtathium citatus reperitur, diſertè aſſerit,

Οὐ λιμὸν ἕτῳ τὸν δ' ἀπῶσι, σὺν Θεῷ
Εἰπεῖν, χρόνῳ τε διατρίβας σοφοτάτας
Ἐφευρὼν φλοίσβῳ μετὰ κοπὶν κεκτημένοις,
Πεσσὸς κύβος τε τερπνὸν ἀργίας ἄκος;

Nonne iſte famem hanc abegit? ut cum Deo
Loquar; & rationes terendi temporis prudentiſſimas
Invénit

Invénit pro sedentibus ad murmuris præruptum,
Pessos & Cubos delectabile socordiæ remedium?

Per *murmuris præruptum*, intelligit *aquæ ripam*. Sunt qui legunt μετὰ κόπον *post laborem* maris & fluctuum. Sed *Pessos* tantùm ei tribuit Philostratus in Heroicis, ὄντων δὲ τῶν Ἀχαιῶν ἐν Αὐλίδι, πεττοὺς εὗρεν, οὐ ῥᾴθυμον παιδιὰν, ἀλλ' ἀγχίνουν τε καὶ εἴσω σπουδῆς. Hunc Autorem, quamvis sit Christo recentior, rectiorem sententiam tenuisse arbitror: nam reverà dubitari potest an Palamedes τοὺς κύβους *Tesseras* seu *Aleas* invenerit; cùm Homerus, qui aliquot seculis post Palamedem vixit, πεσσοὺς & ἀστραγάλους commemorans, ne semel quidem κύβων mentionem faciat, nec voces κυβεία, aut κυβεύειν, aut κυβεῦσαι, ullámve aliam formam quæ ab eo Themate deduceretur adhibeat; quasi τῶν κύβων tam origo & radix quam propagines illis temporibus nondum innotuerant: nec apud Orpheum harum vocum ullum vestigium apparet. Cúmque fuerit aliquod tempus quo κύβοι non extiterunt, puto illud ad Homeri ætatem referendum: quod si ita sit, tum omnino impossibile est ut Palamedes (qui ante Homerum vixit,) fuerit Inventor κύβων *Alearum*, (& multò minùs *Nerdiludii*, quippe quæ ejus temporibus planè ignotæ, & non nisi aliquot post eum seculis excogitatæ fuêre. Non enim moror autoritatem Sophoclis qui κύβους Palamedi tribuit, cùm Homerus ipso longè antiquior de eis prorsus sileat. Nam Sophocles qui multis seculis post eum vixit, ex incertâ traditione facillimè potuerit falli; quod non gratis suspicor,

ſuſpicor, ut infrà monſtrabitur. Plato (qui circa 400 ante Chriſtum annis floruit) in *Phædro* dicit *Dæmonem Theuth Ægyptium eſſe Inventorem Geometriæ, & Aſtronomiæ,* & πεττείας & κυβείας. Ad hæc (inquit Euſtathius) Platonis Interpretes Græci dicunt *eum non intelligere Græcorum* πεττείαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ λεγομένου Πεττευτηρίου, *ubi quidem lineis notatur Laterculus, ut in altero Ludo Petteutico; ſed in eo motiones Solis & Lunæ, & Elleiptica deſignabant Ægyptii.* Hanc itaque vocant Αἰγυπτικὴν Πεττείαν: quâ intelligunt talem Ludum quem hodie *Tabulam* vocamus.

Ut itaque poſt hæc, noſtram ſententiam dicamus; Ariſtophanes in *Ranis*, Act. 5, ſc. 3, introducit *Bacchum* proferentem hunc Verſiculum, quem alter apud Zenob. Scholiaſtes tribuit *Euripidi* Locutori, Βέβληκ' Ἀχιλλοὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα, id eſt, ut exponit Euſtathius, δύο μονάδας καὶ τέτταρα, quia tribus Teſſeris tunc ludebant. Hinc conſtat, quod Κύβοι *Aleæ* Ariſtophanis tempore innotuerunt: Homeri autem tempore (ut ſupradictum) non innotuerunt. Ideóque ſtatuendum eſt aliquem Inventorem intra hujus & illius tempora intermedium, Κυβείαν *Aleam* excogitâſſe. Quis autem is fuerit, hodie noſci non poteſt.

Varro putat *Cubi* in Geometriâ uſum priorem fuiſſe quàm in Ludo, quod vix conſtabit: nam Plato, qui Cubum luſorium neſcio quantæ Antiquitati tribuit, Cubum Geometricum homini ſibi contemporaneo Archytæ Tarentino refert. Hoc concordat cum ſententiâ Euſtathii,

qui *Cubicum Schema* ab ἐξαπλεύρῳ βόλῳ emanâsse judicat.

Suetonii (uti innominatè citatur ab Eustathio ad Odyss: ά,) citatur sententia, ὁ δὲ τὰ περὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδιᾶς γράψας, διαφορὰν καὶ αὐτὸν εἰδὼς κύβων καὶ πεσσῶν, καὶ παλαιοτάτην εἰπὼν τὴν κυβευτικὴν παιδιάν. Ille ut vides, ponit κυβείαν antiquiorem πεττείᾳ: ejus tamen sententiæ subscribere non possum, quia hujus vestigia antiquiora quàm illius reperio, ut mox dicetur: nec sibi ipsi constat, ut in seq. videbitur.

Quoniam verò tot Autores Palamedem ut κυβείας Inventorem celebrârunt, verisimillimum est eum aliquid invenisse; si non hoc, fortè aliud quidpiam: quid ergò sit, statim dicam. Homerus meminit τῶν πεσσῶν, qui ergò illius tempore innotuerunt. Cúmque de his tanquam de rebus tunc notissimis loquatur, probabile est eos ante illius tempus extitisse, adeò ut fortè ad Belli Trojani Palamedisque tempora referri possint. Cúmque κυβεία, quæ posterioris est Inventionis, à plerisque (non omnibus) Scriptoribus Græcis cum πεττείᾳ confundatur, (adeò ut horum Nominum alterum pro altero indifferenter ab iis usurpatum sit,) hinc factum est ut Palamedes tam hujus quàm illius Inventor statuatur; cùm ipse reverà solius πεττείας Autor seu Inventor fuerit.

Est itaque (ut suprà dictum,) possibile & probabile illum excogitâsse πεττείαν. Et quidem πεττοὺς ei tribuit Philostratus, & ante eum Sophocles. Et Eustathius habet, πεττοὶ οὓς ὁ Παλαμήδης εὗρε: & quoque ex Suetonio refert, quòd apud Ilienses olim

olim oſtendi ſolebat Lapis ſuper quo Græci tunc temporis ἐπέσσιον, qui quidem Lapis dictus fuit Παλαμήδης πεσσός: nam πεσσῶν nomine olim non tantùm *Calculi*, ſed & *Laterculus* & totus Ludus comprehendi ſolebat. Ab Euphorione etiam commemorantur πεσσοὶ Ναυπλιάδαο. Dictus *Laterculus* à modernioribus dictus eſt Παλαμήδειον Ἀζάριον.

Cúmque jam ex dictis appareat, quòd ſit non tantùm ratione temporis poſſibile, ſed etiam (Autoribus fidem facientibus) probabile, Palamedem primò inveniſſe πεττείαν, de hac re concluſum eſto, illo pro vero hujus Autore relicto: ſed pro κυβείας Autore non item.

---

§. III. *An & quatenus Alea ſit licita.*

PRiùs verò quàm de *Aleâ* agam, aliquid (ſec. promiſſa noſtra) de *Nerdiludio* ſeu Tabulæ Ludo præmittendum eſt.

Juſtinianus in Jure civili, Laïcis aliquando permittit *Tabulam*, ſi modicè fiat. Sed Clericis planè interdicit *ad Tabulam ludere*, (quippe in quâ ſit Alea,) *aut enim aliis Ludentibus participes eſſe, aut Inſpectores fieri, aut ad quodlibet Spectaculum ſpectandi gratiâ venire.* Et, *ſi aliquis in hoc delinqueret, per triennium erat ab Officio ſuſpen-*

dendus. Aliàs verò apud Romanorum Magnates & doctos Jureconsultos sine scrupulo exerceri solebat.

Quatenus ex Mohammedanorum sententiâ præmissum *Nerdiludium* sit licitum, suprà dicitur in *Prolegomenis ad Shahiludium.* Sunt qui permittunt, ut dicit *Sokeiker Damascenus,* quia aliquid Artis inest: alii strictiores omninò damnant, quia aliquid fortunæ & sortis inest: nam mixtum est ex Arte & Fortunâ, & propter hanc mixtionem à quibusdam damnatum est. Sed nimius ejus usus, prorsus damnatus est à Persis; nam apud eos Locus ubi multùm & perpetuò exercetur, Epitheto valdè inhonesto per contemptum donatur *Murdâr-châná,* i. e. *Domus cadaverum-fœtentium,* a Carrion house. Sic enim definitur in Libro *Pherh. Gj.* مردار خانه خانهٔ دیرن باشد که دران خانه مهره در ششدر افتد *Murdâr-châná,* (i. e. *morticinii domus,*) *est Domus Nerdiludii, in quâ domo Tesseræ in Alveolum cadunt.*

De simplici *Aleâ* intelligendum videtur *Saúzeni* Poëtæ effatum,

دنیا قمار خانهٔ دیوست واندرو
ما منکیاکران واجل نقش بین منک

Mundus est aleatoria domus Diaboli: & in eâ Nos sumus Aleatores, & Fatum est Punctorum Inspector Tesserarum.

Quæ

Quæ Turcicè audit اوين اوى *Oyùn evi*, i. e. *Luſoria domus*, Perſicè dicitur كعبده *Cá'bada*, contractè pro كعبه كده *Ca'ba Cadà*, i. e. *Aleatoria domus*. Aliàs vocatur قمار خانه *Kimâr chânà*, eodem ſenſu: & quidem ſub nomine *Kimâr* comprehenduntur *Alea* & *Charta* & quivis alius ſortis Ludus. Talis Domus aliàs aliquando Perſicè vocatur آبـاد *Abâd*, i. e. *Manſio* ſeu *Habitatio* conſtans & perpetua, quia Luſores diu in eâ manere & quaſi habitare ſolent, & Teſſeræ nunquam abſunt. Et propter eandem rationem apud eos, *Luſorum & Confabulatorum Conſeſſus & conſortium* ſubinde appellatur هنگام *Hanghâm* ſeu هنگامـه *Hanghâma*, i. e. *Tempus*, ſc. ubi tempus prolongatur & inutiliter teritur. Nec meliora de *Aleâ* ſentiunt Arabes, apud quos inter alia ejus nomina, unum eſt اثم *Ithm*, i. e. *Iniquitas, injuſtitia* in Abſtracto.

Inter inhoneſta loca apud Pollucem recenſentur Κυζικηνὸν & Σκιαφεῖα. Talia etiam vituperat Euſtathius, addens quòd non dubitarent in Templorum pavimentis Aleâ ludere: ſic ad Odyſſ. α', ἐν ἱεροῖς ἀθροιζόμενοι, ἐκύζικον· ἢ μᾶλλον ἐν τῷ τῆς Σκιάδος Ἀθηνᾶς ὅτι τῷ σκίρῳ. ἀφ' ἧς καὶ τὰ ἄλλα Κυζικηνὰ, Σκιάφια ὠνομάζετο. Alii aliter, ut notat Stephanus.

Quàm malè habita fuerit *Alea* tempore D.

Pauli, colligitur ex *Epheſ.* IV. 14, ubi legitur ἐν κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, quod ſatis exponitur ſequente exegetico ἐν πανουργίᾳ *aſtutiâ & fraude:* nam videtur Synonymum τῇ πανουργίᾳ *aſtutæ fraudulentiæ*, ſumptâ Metaphorâ à fraudibus in hoc ludo uſurpari ſolitis. Et hinc omnibus bonis viris etiam Ethnicis ſemper exoſa habita eſt. Ariſtot. lib. 4 Nicomach. ὁ μὲν κυβευτὴς, καὶ ὁ λωποδύτης, καὶ ὁ λῃστὴς τῶν ἀνελευθέρων εἰσίν· αἰσχροκέρδειαι γὰρ ἀπὸ τῶν φίλων κερδαίνουσιν, οἷς χρὴ διδόναι, *Aleator, Prædo* [ſeu *qui alios veſtibus ſpoliat,*] *& Fur, in numero illiberalium ſunt habendi: nam turpe lucrum ſectantes, lucrum captant ab amicis, quibus dare oportuit.*

Catonis erat Præceptum, *Trocho lude, Aleas fuge.* Chilo abhorrebat inire fœdus cum Aleatoribus. Et Legatus quidam recuſabat Spartanorum nomine ſancire fœdus cum Corinthiis, quia horum Principes Aleâ ludentes invenerat: noluit enim ut ſui populares cum Aleatoribus ſocietatem inirent. In Concilio Eliberitino Can. 79, decernitur, *Qui ludit Aleâ, cœtu priorum moveatur.* Et ſub eâdem cenſurâ cadunt Luſores Chartis aut quibuſvis aliis Ludis ſorti & fortunæ ſubjectis. Horum Ludorum colluviem ſimul damnat Joh. Sarisburienſis in *Polycratico* ſeu *de Nugis Curialium*, his verbis, *Hinc Teſſera, Calculus, Tabula, Urio vel Dardana pugna, Tricolus, Senio, Monarchus, Orbiculi, Taliorebus, Vulpes, quorum Artem dediſcere melius eſt quàm docere. Quis enim non erubeſcat, &c.* Statuta Poloniæ & omnium Regnorum damnant *Aleam*, quæ ergò flagitioſis & fraudulentis ſolis relinquitur. Statuta Bononienſia

nienſia puniunt Ludentes per modum *Biſcazariæ Taxillorum.* Et omnes Ludi pernicioſi vetiti ſunt *L. Cruenta. 1. Cod. C. de Gladiat. L. ſi filia familias, F. quarum Actio non datur.* Et nihilominus, Cardanus Mediolanenſis Italus in Libro *de Aleâ*, putat Aleam permittendam eſſe Captivis & Ægris, &c. quòd ad tollendas graviores curas & mœrores non tam licere quàm expedire videatur. Unde etiam cenſet Aleæ conditiones ita comparari poſſe, ut liceat in Epulis mortuorum ludere. Quod idem etiam inſinuare videtur apud Jureconſultos Titulus *de Sumptibus funerum, & de Ludo Aleæ. L. ult. Authent. Interdicimus. F. de Aleatoribus. Cod de Religioſis, & de Ludo Aleæ, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Moderni Jureconſulti valdè ſtricti ſunt: inter hos Maſcardus cenſet communes Luſores tanquam infames, non admittendos eſſe in Teſtimoniis ut fidem faciant. Et Weſenbecius ſtatuit, omnem Aleæ uſum planè tollendum.

Romani olim ordinabant Ædiles qui ſingulas Ædes Aleæ aut cujuſvis flagitii ſuſpectas inſpicerent. Martial. Lib. V, Epigr. ult. meminit, Ebrium quendam Fritilli ſono proditum & è privatâ Popinâ raptum, humiliter ſupplicâſſe apud Ædilem qui eum punire voluit,

Et blando malè proditus Fritillo,
Arcanâ modò raptus è Popinâ,
Ædilem rogat udus Aleator.

Et Seneca meminit profligati alicujus Homunci-

onis

onis eò impudentiæ delapsi, ut coram Ædili Fritillum quassare non metueret. Romani enim sanciverant Leges contra Aleatores morte plectendos: & *Aleæ* damnata fuit Legibus *Titiâ* & *Corneliâ*. Quòd ita fuerit, aliquoties meminerunt veteres: inter quos Horatius Lib. 3, Od. 24,

Seu mavis vetita Legibus Alea.

Cicero Philip 2, introducit *Lenticulum hominem omnium nequissimum, qui non dubitavit vel in foro Aleâ ludere, Lege quæ est de Aleâ condemnatum.* Seneca dicit, *Aleator quanto in Arte melior est, tanto est nequior.* Imperator Claudius erat Aleator pessimus, & *de Aleâ* conscripsit Librum. Hunc itaque apud Inferos ludere statuit Seneca in *Apocolocynthosi*: *De genere pœnæ* inquit, *diu disputatum est, quid illum pati oporteret. Placuit novam pœnam excogitari debere; instituendum illi laborem irritum, & alicujus cupiditatis species sine fine & effectu. Tum Æacus jubet illum Aleâ ludere pertuso Fritillo. Et jam cœperat fugientes semper Tesseras quærere, & nihil proficere,*

Nam quoties missurus erat resonante Fritillo,
Utraque subducto fugiebat Tessera fundo.

Meritò quidem Ludos pernicioſos damnârunt Romani, cùm non tantùm pecunia periclitaretur, & tempus pretiosum perderetur, sed & Patientiæ & Humilitatis & cæterarum virtutum loco inducerentur contraria Vitia, ut innuit

Gradatio

Gradatio illa Horatiana Libro 1, Epiſtolâ ad Mecœnatem,

Ludus enim genuit trepidum certamen & iram;
Ira truces inimicitias & funebre bellum.

Poſt hæc omnia, quid Judæi de his ſtatuerint, videamus. In Talmudis Tract. *Bava Metsîa* 34. 1, *Aleator, Uſurarius, Columbarius, &c. non poſſunt eſſe Judices vel Teſtes in Judicio*: כי כולן גוזלין הן *quia omnes iſti ſunt Raptores*: quos itaque ut Nebulones Judæorum Lege damnatos è Templo ejecit Chriſtus. Et in *Roſh ha Shana* dicitur, משחק בקוביא *Aleator eſt inidoneus Teſtis, ita ut non perhibeat Teſtimonium de Phaſi Novilunii.* In *Sanhedrin* 24. 2, קוביסטוס פסול לדון ולהעיד *Aleator inidoneus eſt ad judicandum & ad teſtandum.* Rigorem verò hujus ſententiæ ibidem mitigat Rabbi Jehuda, intelligendo שאין להם אומנות אלא היא *eos qui non callent alias Artes præter illam*, quibus ſcil. victum quæritent. Et Maimonides in Tract *Gezila* ſeu *de Rapina*, planè dicit, המשחק בקוביא הרי זה גוזלן *Aleator certè eſt Raptor* ſeu *Prado* quia quaſi per rapinam aliorum pecuniam aufert. Alibi quoque liquet Aleatores tanquam flagitioſos & ſceleſtos, cum furibus numerari ſolere. Sic Tract. *Cholin* fol. 91. 2, in ſequentem modum legitur, גנב אתה או קוביסטוס אתה שמתירא מן השחר *Eſne tu Fur aut Aleator, ut metuas tibi ab aurora?* Sic nempe commentantur Jacobum dixiſſe Angelo quocum luctatus eſt, qui *Gen.* XXXII. 26, dixit

Dimitte me, quia ascendit aurora: quasi Jacobus *Aleæ Ludum* noviſſet, quod certè pro ejuſdem Antiquitate multùm faceret.

Qui autem plura ſcire cupit, conſulat Libellum Hebraïcum dictum סור מרע *Sûr merâ*, i.e. *Declina à malo*, contra Ludos ſcriptum. Hic Liber ſcriptus eſt per modum Dialogi de Ludis, inter *Eldad* & *Medad*; quorum ille Ludos vituperat, quòd rixæ & damnum inde oriantur: hic verò laudat, & poſt alia Argumenta, inſinuat ex Ludo (ubi fortè perditur aliquantulum pecuniæ & fiunt rixæ,) dignoſci poſſe hominum mores & ingenia, quæ aliàs difficulter cognoſceremus; ſecundùm Rabbinorum Dictum, אדם ניכר בכוסו בכיסו ובכעסו *Homo cognoſcitur ex poculo ſuo, ex marſupio ſuo, & ex irâ ſuâ*; viz, quando plus juſto bibit, aut pecuniam perdit, aut iraſcitur, tunc ſuos mores, quos anteà celaverat, prodit. Deinde addit, Ludendo quidem multum pecuniæ profundi poſſe; id tamen fieri quaſi per Mercaturam ſpe lucrandi duplum: hocque tutius eſſe quàm conſcenſâ navi, Bonorum ſimul & Vitæ periculum facere, & multos labores ac procellas tolerare; quod in Ludo non fit, quippe qui nullo labore, ſed potiùs cum ſummâ voluptate, & ſine ullo vitæ periculo exerceri poteſt. Poſteà pergit urgere, Hoc melius eſſe quàm vaniſſima Ars Chemicorum, qui ſemper peſſum eunt, & ab Auro ad Argentum, ab Argento ad Æs, & ab Ære ad nihil niſi pudorem devenire ſolent. Et cùm Eldad objiceret vanitatem degendi in otio, & perdendi pretioſum tempus,

pus, & iniquitatem peccandi contra Legem & Sententias Rabbinorum, qui Lusores tanquam Raptores & ad Testandum ineptos damnârunt; Medad ad omnia ejus Argumenta respondet, & suas partes defendit, monstrando eos non esse Raptores & Testimonia sua in Judicio sæpiùs dedisse: [illegible]probat Rabbinos in hâc parte inconstantes [illegible]e, utpote quorum aliqui damnârunt Ludos, al[illegible] verò eos permiserunt. Rursus Eldad contrà producit celebris cujusdam Rabbini Cantilenam, quâ Ludorum vanitas insinuatur: & Medad reponit aliam Cantilenam, quâ eorum utilitas & commoditas comprobatur. Sed hic tandem alterius Argumentis victus & pœnitentiâ ductus, fatetur quòd rectè על הקלפים והקוביאות יאמר אשרי מי שלא חמאן *De Chartis & Aleis dicatur, Beatus est qui non vidit ea.*

Sequentes Cantilenas Rhythmicas ex dicto Codice descriptas & Latine versas, hic habe.

Rhythmus contra Ludos.

מצחק בקוביא מכתו טריה
ואחריתו שאייה יקולל בשערים
יפזר ממונו ויוסיף על עונו
ומורד בקונו בשבועות שקרים
ויחשוב כי ירויח לעולם לא יצליח
ובימיו לא יצליח וימיו מרורים
וילד מעיר אל עיר מקומו לא יכיר
והוא עני וצעיר מדלג על ההרים
וישוב עד דבא בשבר ובמכה
בפסח

בפסח ובסוכה יבקש הפורים
ראשו פרוע ובגדו קרוע
כי רוע ירוע לו ולאחרים
ויאכל בחפזון בלא ברכת המזון
ולא ימצא רזון בעינו׳ כפורים
וכל אנשי ביתו יהיו שונאים אותו
ויעשו יום [illegible]תו בשמחה ובשירים

Luſoris ad Aleam Plaga ſemper *rec[illegible] eſt,*
Finis ejus erit deſolatio, Et in portis maledicetur.
Diſſipabit pecuniam ſuam, Et augebit iniquitatem
[*ſuam,*
Rebellatque contra * *Poſſeſſorem ſuam, Per ju-*
[*ramenta mendaciorum.*
Et putabit ſe lucraturum eſſe, Sed *in ſeculum non*
[*proſperabitur,*
Et in diebus ſuis nunquam proficiet, Et dies ejus
[*erunt amari.*
Et ambulabit ab urbe in urbem, Et non agnoſcet lo-
[*cum ſuum,*
Eritque pauper & minimus † *Subſultans ſuper*
[*montes.*
Et redibit uſque dum contritus ſit Confractione &
[*plagâ,*
Et tam in Paſchate quam in Succa [1] *Ipſe inqui-*
[*ret Purim.* [2]
Caput ejus denudatum, Et veſtimentum lace-
[*ratum,*
Quia malefaciendo malefaciet Sibi & aliis.
Et edet cum feſtinatione-trepidâ, Abſque benedicti-
[*one cibi,* [3]

* Creatorem. † Vagabundus.

Et

Et non inveniet maciem — *In Humiliatione Kip-*
[*purim.*
Et omnes viri domus ejus — *Erunt odientes illum,*
Et facient diem mortis ejus — *Cum gaudio &*
[*Canticis.*

1. *Succa* est Festum Tabernaculorum: tunc enim & in Paschate ferió agere debuerat.

2. *Purim* est Festum Sortium apud Estheram viz. tempus festivum magnæ lætitiæ, quod quidem tempus Aleatores amant quæruntque ut hilares sint & ludant.

3. Absque debitâ Gratiarum actione Deo.

4. Non acquiret maciem, quia non jejunabit Die Expiationum, ut debuerat; sed potiùs ludet & genio suo indulgebit.

5. Facient, id est, celebrabunt.

Alius Rhythmus mimicus, contrariam sententiam probans, pro Ludis.

מצחק בקוביא — מלאכתו נקיידה
וכוסו רויה — כבר איש שערים
ואם טוב לקונו — לאבד להונו
היות זה עונו — אמרי שקרים
יאבד ויריוח — כסוחר ויצליח
ורגיל להניח — למחוק מרורים
בלי זה בכל עיר — גרול הון וצעיר
וצדיק כשעיר — מרלג בהרים
ויראה ברכה — בצחקו בסוכה
ובימי חנוכה — בפסח ופורים
וראשו לא גרוע — ובגדו לא קרוע
וחופה

וחופרה לפרוע ונואל אחרים
אוכל בחפזון ושטוף במזון
ועומר ברזין בעינוי כפורים
צחוק זרה ורחו נרולרה מלאכתו
יהי איש בריתו בשמחה ושירים

Luſoris ad Aleam Opus eſt innocens,
Et poculum ejus exuberans, Sicut cujuſvis hominis
[1 *Portarum.*
Et, ſi placet Creatori ipſius Ut amittat opes ſuas [2],
Quod hoc ſit iniquitas ejus Sunt ſermones fal-
[*ſitatum.*
Nunc perdet nunc lucrabitur Sicut Mercator &
[*proſperabitur,*
Et aſſuetus contentus eſſe Pro dulci amaris [3].
Abſque hoc [4] *per totam civitatem Tam dives quam*
[*pauper,*
Uti & juſtus, eſſet ſicut hircus Saliens per montes.
Et percipiet benedictionem Cùm ipſe ludit in Succa,
Et in diebus Encæniorum [5], *Et in Paſchate &*
[*Purim.*
Caput ejus [6] *tectum, Et veſtimentum ejus ſartum,*
Et ipſe operiens nudos, Redimenſque alios.
Edit quidem cum feſtinatione, Et ſubitaneus eſt in
[*cibo,*
Et perſiſtens in macie In humiliatione Kippurim.
Talis eſt Luſus & Lex ejus, Magnum eſt negotium
[*ejus* [8],
Eritque confœderatus ipſius In Gaudio & in
[*Canticis.*

1. Id

1. Id est, perinde ac Magnates qui in Portis urbium sedebant ad judicandum causas populi.

2. Si placet Deo ut ludendo amittat opes suas, si quis dicit hoc esse propter iniquitatem seu pœnam ejus, falsum est.

3. Contentus quâvis conditione, si aliquando loco dulcium veniunt amara.

4. Absque Ludo tam divites quàm pauperes per civitatem divagarentur sicut Hirci qui vagantur per montes.

5. Encæniis denotatur Festum Dedicationis Templi diebus Hasmonæorum, quod adhuc à Judæis observari solet.

6. Hocce Distichon valdè mendosum fuit in impresso exemplari quod ubique mendis scatet.

7. שמוח *Subitaneus*, dum parcus est edendo: fortè legendum sit, שרוח *sed sociabilis* est in cibo: & tamen observat debitam abstinentiam in Humiliatione Diei Expiationum.

8. Magni momenti est; vel, magni artificii est: & qui semper ei adhæret, perpetuò lætus erit.

De hoc quidem Ludo certissimè verissimum est id quod aliàs de Shahiludio dixit *Sokeiker Damascenus*, وبالجملة فلذي انا اليه ان اللعب به في بعض المجالس اولي من الغيبة والبهتان انا فاكهة مجالس ابنآء زماننا الغيبة والبهتان والسخريا فاشتغالهم به اولي لان اللاعب به يظلم نفسه على تقدير صحة حرمته

حرمته والمغتاب يظلم غيره *Summatim, ego inclino ad eam ſententiam; quòd in quibuſdam Conſeſſibus* [ubi ſc. alios calumniari ſolent] *hunc Ludum exercere melius ſit quàm obtrectatio & calumnia & deriſio: talium enim occupatio in iſto Ludo eſſet melior; eò quòd (ex ſuppoſitione quòd reverà illicitus eſſet,) Luſor ſeipſum* tantùm *detrimento afficeret, Calumniator verò alios damno afficit.*

An & quatenus Ludi ſint liciti vel illiciti, conſulas *Tomaſini Eſtat de l'Egliſe*, 2 voll. fol. Quid in Angliâ de Ludis ſtatutum eſt, ex ſequentibus videbis.

Chamberlain of the Office of a Juſtice of the Peace pag. 433. tit. Unlawful Games, ſayth, A Juſtice of the Peace may enter into any Common place, where any playing at Dice, Tables, Cards, Bowles, Coits, Cails, Tennis, Caſting the Ston, Football, or any other unlawfull Games is uſed or ſuſpected to be uſed; and may arreſt the Keepers of ſuch places, and impriſon them, untill they finde Sureties by Recognizance no longer to uſe ſuch Houſe, Game, Play, Alley, or Place. 33 Henr. VIII. c. 9, Lamb. 191, Dalton 90, Cro. 79. a. 131, a. 196, 197. Lam. 349, 379 Juſtice may arreſt ſuch Players, till they be bound no more to play at ſuch Game. Lam. 192. Cro. 172. a. 6. Lam. 349, 379. Dal. 90.

Artificer of any occupation, or any Husbandman, Apprentice, Labourer, &c. Mariner, Fiſher, Water-man, or Serving-man (other then of a Noble man or him who can ſpend 100*l* per annum,) playing

playing within the precinct of his Masters house, shall not play out of Christmas at any unlawfull Game, or in Christmas out of the house or presence of his Master. 33 H. VIII. c. 9. Lam 479. Forfeits twenty shillings every time.

Other Games (besides those prohibited 33 H. VIII. c. 9,) as the Morice and other open Dances, Bear-baitings, Common-playes, and Fencings, seem to be unlawfull by 39 Eliz. cap. 4. Dal. 92. 1 Car. cap. 1.

HISTORIA TALORUM.

§. I. *De hujus Ludi Nominibus.*

ROmanis dictus est *Taxillorum* seu *Talorum Ludus*. Et quidem *Talum* esse derivativum à *Taxillo*, vult Cicero in Oratore, his verbis, *Quomodo enim vester Axilla, Ala factus est, nisi fugâ literæ vastioris? quam literam etiam è Maxillis, è Taxillis, & Vexillo, & Paxillo consuetudo elegans Latini Sermonis evellit.* Et illius autoritate motus, Carolus Stephanus dicit quòd *Mala* à *Maxillâ* fit per detractionem literæ mediæ. Et sic de cæteris. Et quidem aliquis putaret quòd *Paxillus* & *Axilla* essent primitiva, cùm illud sit à Gr. Πάξιλλος, & hoc ab Hebræo Punico אציל *Asṣila* eodem significatu. Sed fortassis Cicero hoc di-

xerit argumenti causâ & ad colorem aliquem rhetoricum inducendum. Ideoque mallem sentire cum Prisciano & aliis, qui contrariam sententiam tenent, viz. quòd *Maxilla* sit diminutivum à *Mala*, &c. Nam Ciceronis pace dixerim, impossibile esse quòd Lingua Latina abhorruerit à Literâ *x*, cujus usus in Latino sermone frequentissimus, ut in *dixit*, *nexuit*, &c. in quâvis ferè lineâ. Imò addam, quòd Lingua Latina præ aliis Literis, affectavit usum Literæ *x*, eámque amavit; cùm sæpe sit elegans duarum aut plurium Literarum compendium, ubi pro *dicsit* meliùs & elegantiùs dicitur *dixit*, pro *sancivit* dicitur *sanxit*, pro *fecerit* dicitur *faxit*, & pro *magnissimus* dicitur *maximus*, &c. Et præterea, rerum hisce nominibus designatarum natura planè repugnat Ciceronis sententiæ: cùm *Velum* sit amplum & magnum quiddam, *Vexillum* verò sit parvum: & idem dicendum est de *Palo* & *Paxillo*. Nam in hujusmodi vocibus mutatio *m*, *l* in *x* facta est ad evitandum sibilantem cacophoniam quæ fuisset, à *Mala* & *Velum* & *Palus* formando *Malilla*, *Velillum*, *Palillus*; pro quibus igitur placuit dicere *Maxilla*, *Vexillum* & *Paxillus*. Et quòd in quibusdam vocibus literarum *l* concursus Latinis auribus malè audiret eásque raderet, aliunde constat; cùm à *Cœlum* haud dictum fuerit adjectivâ formâ *Cœluleus*, sed potiùs *Cœruleus*, ut dicta literæ *l* cacophonia meliùs evitari posset. Sed ad pensum redeundum.

Veteribus Græcis hic Ludus dictus est Ἀστραγαλισμὸς, à nomine Ἀστράγαλος, quo *Talus* in hoc Ludo adhiberi

adhiberi solitus significatur. Ionicè formâ fœmininâ effertur Ἀστραγάλη. Tali etiam ut tradit Eustathius, aliter dicuntur Μηλίαι, & Ἄστιες seu Ἀστίες sive Ἄστια, & Ἄστιχοι: & hunc Ludum exercere, Ἀστραγαλίζειν & Ἀστίζειν dicitur.

Arabicè audit لعب بالكعب *Ludus Cà b* aut لعب بالشزن *Ludus Shezn.* Persicè vocatur پژول بازي *Puzhûl-bâzi*, i. e. *Talorum Ludus*, & aliàs ششبجول *Shesh-buzhûl*, i. e. *Sex-talaris*, seu ششبجول بازي *Shesh-buzhûl bâzi*, id est, *Sex-talaris Ludus*, quia 6 Talis ludunt: unde etiam Lusor dicitur ششبجول باز *Shesh-buzhûl bâz*, vel شش انداز *Shesh-andâz*, i. e. τῶν *Sex jactor*, *Sex-talaris Lusor*.

Turcis hic Ludus dicitur دپشلم *Depshelìm*, seu *Depshelùm*, ut legitur in Lib. *Nimetullâh* Laudiano, دپشلم ايوني كه قزجوغزلر اوينرلر *Ludus Depshelùm quem puellæ ludunt*: addo, & pueri Turcici sæpissimé. Hujus verò vocis vim hactenùs scire non potui; nisi fortè sit à دپشمك *Depishmek*, *occidere seinvicem*, quasi hoc Certamen Pugnæ comparetur.

Hic Anglicis pueris dicitur Cock-all; ductâ metaphorâ à *Gallo* gallinaceo, qui aliquando egregio certamine suo *totum* Depositum lucrari dat: est enim nomen Jactûs cum Officulo qui Gallo

 compara-

comparatur, ut ſolent pueri Angli in Luſibus ſuis quibus aliquid vibrent aut aliquâ re aliam rem percutiunt, uti faciunt Capitato Gramine, quod Luſorum quiſque ſuum *Gallum* nuncupat. Sunt qui malunt ex Romaniâ arceſſere è Ling. Græcâ vulgari, ubi Κόκαλον eſt *Os*, quia hic Ludus Oſſibus exercetur. Sed hoc longè petitum.

---

§. II. *De Inſtrumentis luſoriis: ubi etiam de Talorum Factibus, Numero, & Nominibus, & de modo ludendi.*

LOco *Tabellæ* ludebant vel humi vel in quâvis menſâ aut loco plano: quamvis Tertullianus memoret *Tabulam Talarem*. Sed de uſu Nominis *Tali*, imprimis notandum eſt, quòd Talus dupliciter ſumatur. Nempe *Talus* in Homine eſt Os in infimo Articulo Cruris, qui Tibiam cum pede conjungit. Hinc dicitur *Toga Talaris*, quæ infra mediam ſuram ad Talos demiſſa. Talus autem Brutis eſt in medio Articulo Cruris poſterioris. Et hoc Os magis propriè *Talus* dicitur: nam Os in altero Articulo inferiori, (ut rectè notat Calepinus,) impropriè tantùm & catachreſticè ſic dicitur. Nam Homines *Talos* propriè ſic dictos non habent, quod diſertè affirmat Ariſtoteles Hiſt. Animal. lib. 2, cap. 1; & poſt eum Plinius lib. 2, cap. 46. Quando itaque *Talus* pro *Malleolo Pedis* (Turcicè طوپوق *Topùk* dicto) uſurpatur, id pro vocis abuſu vulgari

gari incuriâ invecto habendum est. Sed & apud Orientales eodem modo factum fuit, & etiamnum fit.

Talus itaque quo ludebatur, erat *Officulum* cubicum naturale, vel ad ejus imitationem aliquid eâdem formâ ex Ebore aut Metallo factum artificiale. Cúmque hoc sit Os cubiforme, & Natura sit Arte prior, ab hoc Osse desumptam fuisse Cubi artificialis figuram argumentamur, ubi id quod in Naturâ quodammodo deficiens & imperfectum erat, Arte suppletum est. Nam Talorum minùs regularis figura, in Tesseris accuratissimè formatur: & quæ in illis sunt extremitates ferè nulli usui servientes, in his ad quemvis usum comparatæ sunt: cùm Cubus sit forma perfectior quàm ea Tali, qui circumquaque tortuosus & inæqualis est.

Talus itaque lusorius seu *Astragalus*, est Officulum suffraginis jumentorum, non quidem omnium, sed bisulcorum simul & cornigerorum, unico excepto *Asino Indico*, qui quamvis solidungulus sit, *Talum* tamen habet, ut dicit Aristoteles. Addam, & Equum habere Talum, sed irregularem, similem ἡμιαστραγάλῳ, ut Aristot. de *Lynce* dicit. Paulò melior est *Talus porcinus*, de quo Arist. ἡ γὰρ ὗς ἐπαμφοτερίζει· διὸ καὶ οὐκ ἀστράγαλόν ἐστι [al. οὐκ ἐναστράγαλον,] *Sus ambiguus est, quo etiam fit ut Talo careat probiore.* Πολυσχιδὲς δὲ οὐθὲν ὦπται τοιοῦτον ἔχον ἀστράγαλον, ὥσπερ οὐδ' ἄνθρωπος, *Multifidum verò nullum omninò ejusmodi Talum habere cernitur, uti nec Hominem.*

Est autem *Suffrago* medius Articulus cruris po-

 sterioris,

ſterioris, & ſupra eum Tendo,) quod vult Ariſtoteles, quando affirmat dictum *Os* eſſe *in cruribus poſterioribus* ἐν τῇ κάμπῃ *in flexurâ*. Idem quoque indicat Eraſmus in Colloquio dicto Ἀστραγαλισμός. Talus autem luſorius (ut dictum) aliquando ex elegantiore materiâ fabrefieri ſolebat, ad naturæ imitationem; cùm Ovis aut Cervi aut Vituli Oſſiculum videretur nimis vile quam ut à melioris notæ hominibus uſurparetur. Nam omnis generis homines, etiam Docti & Magnates, apud Romanos & Græcos hoc exercitii genere utebantur, eoque delectati ſunt; nec unquam prohibitum eſt, quamvis ſorti & fortunæ ſubjectum æquè ac Alea. Hoſce Talos artificiales ſubindicant Ariſtotelis verba in Libro de partibus Animalium, ὁ δὲ λέων, ὅτον περ πάτλιον, λαβυρινθῶδες, *Leo autem habet* (*quale quidem fabre facere ſolent*) *Labyrinthi inſtar tortuoſum*. Idque confirmat Martialis Lemma *de Talo eboreo*, & alia apud veteres loca quæ infrà notantur, ubi Tali argentei & aurei memorantur: nam materia debebat eſſe ponderoſa.

Talus luſorius Armenis dicitur *Vêk*, & *Gjân*, & *Oſkerman*: Arabibus *Ca'b*, ut habet Camûſi Autor, كعب — الذي يلعب به كالكعبة *Ca'b eſt id quo luditur, ut Ca'ba*. Aliàs aliquando ab eis vocatur شرن *Shezn* ſeu *Shuzùn*: ſic Turgj. Arabs, شرن كعب يلعب به *Shezn eſt Talus quo luditur*. Talus autem quatenùs poliri ſolet & ad ludendum meliùs aptari, Arabibus aliquando

quando vocatur حقيك *Hakîk* seu محكوك *Mahkûk*, i. e. *Lævigatum*; derasis nempe Gibbo & ex oppositâ parte Prominentiis, ut utrinque fermè complanatum sit. Et hoc modo comparatus, apud Arabes Terræ Sanctæ aliàs vocari solet ازحف *Az'haph*, seu زحفي *Záhfi*, sive زحكي *Záhki*, i. e. *Claudicans* seu *trahens pedem ex lassitudine*, sumptâ metaphorâ à Camelo claudicante: nam *Talus* cujus pars abrasa est, meritò claudicare fingatur & claudus dicatur.

Persis dicitur بزول *Puzhûl* seu بجول *Bugjûl*, & (quod idem est وزول *Vuzhûl*,) i. e. *Urgens, provocans* ad certamen. Aliquando vocatur شتالنك *Shitâlink*, quo tamen plerumque *Crus* aut *Tibia* significatur. Quin & dicta nomina Arabica & Persica & Græcum ἀστράγαλος (i. e. *Spondylus*,) aliàs subinde *Malleolum* pedis significare solent, quod seduxit multos ideò existimantes quòd *Talus Lusorius* in Malleolo pedis reperiendus sit.

Turcis Boum, Bubalorum, & omnium majorum Animalium *Talus*, vocatur طباج *Tabâtch*, & aliquando كلنبار *Kielembâz* quod vulgò sonant *Kielempéz*. Lævigatus verò ferè instar palmæ manûs, dicitur طبانجه seu دبانجه *Tabântchà*, i. e. proprè *Palma manûs* aut *Planta pedis*: aliàs

aliàs eâdem voce significatur *Alapa* seu *Colaphus*, quòd nempe à palmâ manûs seu apertâ manu infligatur.

Ovium, Caprarum, Caprearum, & minorum Bestiarum *Talus* vocatur عَظْم *âshìk*, quo quidem Nomine illud ipsum *Os* primâ notione notatur à Turcis. Talus ideò major vocatur *Tabântchà*, idque vel quòd ex concavo complanatus palmam humanam referat, vel quòd vehementer feriat & quasi *colaphizet* & reliquos Talos in eos fortiter vibratus; cùm Talus minor, leviùs & blandiùs feriat dum torquendo emittitur.

Quia verò Talus (quamvis major) nimis levis sit, apud Turcas solent eundem decussatim perforare, & in luti modulo collocatum plumbo liquato implere: hi sunt qui Aristoteli vocantur μεμολυβδωμένοι *Tali opplumbati*, quorum partem leviorem si ad te vertens projeceris, magno impetu circumferentur.

Apud Hesychium sunt alia τῶν ἀστραγάλων Nomina Græca, qualia sunt Γλάμματα, Δόρκελοι, Κόνδυλοι, Κυνῆραι, Κωαὶ, & Βόλβοι. Ad cotem verò aquariam attriti & lævigati, vocantur Λίγδοι: sic ille, Λίγδοι, οἱ προστετριμμένοι τῶν Ἀστραγάλων.

Gallis *Talus* audit *Garignon*, & *Osselet*: Italis *Ossolo*, & *Officini*, q. d. *Officulum*; & quoque *Frullo*, & *Astragalo*: Hispanis *Carnicól*. Germanis Buckelbein, i. e *Ossa gibba*; nam Buckel, *gibbus*, in plurali scribitur per *u* punctatum, quod sonat fere ut *i*. Germano-Borussè sonant Bötchen, diminutivâ formâ. Danicè Bode, unde hic Ludus vocitatur

vocitatur Kode-leg, i. e. *Talorum lusus*. Sed Kode est propriè pedis *Malleolus*, & impropriè applicatus huic Ludo, qui aliàs Danis dicitur Kroneck, & Pone, & Firme. Rusticè vocatur *Moklókie*.

Anglis hoc Osticulum vocatur Huckle-bone, minùs rectè pro Houghle-bone, i. e. *Os suffraginis*: nam Hough (vulgò Hock) est *suffrago*, & to hough in S. Bibliis est *Suffraginem incidere* equis aut aliis bestiis. Et eæ partes in Homine quæ Anglis australibus dicuntur the Hams, i. e. *Poplites*, Anglis Septentrionalibus dicuntur the Hocks: sed in jumentis & bestiis eæ partes ab Anglis omnibus indifferenter vocantur Hocks, vel Hams, ut a Hock of bacon, vel a Ham of bacon. Est itaque Hough *Poples* hominis & *Suffrago* jumenti, in plurali the Hocks. Hinc Os suffraginis (ut dictum) vocatum est Houghle-bone, vel facilioris soni causâ, Hockle-bone seu Huckle-bone. Et to hough seu to hockle sive to hox est *incidere suffraginem* alicui: & to hough est *exscindere* inutiles herbas Instrumento quod ideò dicitur a Hough. Quin & Hough quod vulgo sonat hock, est in genere *cædere* & *secare*, quod mollificatum est in hew. Inde fortè Danicidium quotannis apud Anglos celebre, vocatur Hock-tide, q. d. *Cædis tempus*: quia à fœminis Anglis tunc (ad pristinam libertatem tam sibi quàm maritis vindicandum,) unâ nocte cæsi sunt omnes Dani qui singulis Domibus in Angliâ præerant, dicti Lurdanes seu Lordanes, q. d. Lord Danes. Et quia dicti Dani Anglicarum Familiarum tunc Domini, solebant nihil agere nisi dominari & otiari, & alienâ uxore

frui dum maritus ad illos ſuſtentandos laboraret, inde poſteà (jam tum pulſis Danis eiſque prorſus exactis & excuſſo eorundem dominii jugo,) quivis Anglus qui ad inſtar illorum Danorum tanquam Fucus ex aliorum laboribus otioſè vivere affectabat, improperii & vituperii cauſâ convitiando vocari ſolebat Lurdane, q. d. *iners* & *otioſus* homo.

Quin & dictum Danicidium potuerit denominari ab Hoogh (pron. *Hôgh,*) i. e. *Altus*, q. d. Hogh-tide ſit High-tide, *ſolenne tempus*. Eſt etiam puerilis aliquis Ludus (ut omnes hujus vocis uſus perſequar,) dictus Hock-lone, ubi, ducto in planâ terræ ſuperficie Schemate lineis cretaceis ad inſtar Scalæ latioris, Ludentis eſt Calculum inter ulteriores Schematis Gradus manu primò injicere, & deindè uno pede (quo ſaliendum eſt,) eundem ejicere; ita tamen ut inter ſaliendum lineas cretaceas non tangat. Id primò fieri ſolebat dictis Officulis, unde Nomen habuit; poſteà Lapillis: & eo modo Calculum aut Officulum pede ejicere, dicitur to hor it out. Vel aliàs, quia infima Tibia pedi proxima quibuſdam impropriè dicitur Hock, ideò fortè dicatur to hock ſeu hor, quia pede ejicitur. Nam rerum Nomina & loquendi Formulæ non ſemper à peritis excogitantur: ſed quæ ab imperitis primò impoſita, à peritioribus tandem propter communem uſum recipiuntur & urbe donata evadunt. Idque ex quâdam neceſſitate, cùm impoſſibile ſit quicquid apud vulgus receptum eſt, ubique corrigere & revocare. Unde fit, ut cum vulgo

vulgo sæpè loquendum sit, potiùs quàm vulgò receptum corrigere & emendare.

Quoad *Talorum* materiam, vulgò erant *Officulæ* naturalia. Aliquando tamen (ut supra notatum,) fiebant ex aliâ materiâ; nam apud Propertium libro 2, memorantur *Tali eburnei*. Apud Athenæum lib. 5, memorantur Ἀστράγαλοι φοινικοβάλανοι, *Tali è Dactylis palmæ*, sc. ex Dactylorum Officulis confecti: fortè ad cotem erant formati & quadrati, ut in opplumbatis. Apud Reges erant *Tali aurei*. Sic Justinus lib. 48, *Demetrius cùm à Parthis bis è fugâ esset retractus, donatus est à Rege Parthorum Talis aureis, ad exprobrationem puerilis levitatis.*

Quoad Talorum numerum, Persæ sæpe utuntur sex, sed Græci olim utebantur tantùm quatuor, eisque minorum Animalium, quos in mensâ jaciebant. Hujus meminit Lucianus in *Amoribus*, τῇ δὲ τραπέζῃ τέτταρας Ἀστραγάλους Λιβυκῆς δορκὸς ἀπαριθμήσας, διεπέτευε τὴν ἐλπίδα, *In mensâ quatuor Astragalos Libycæ capreæ dinumerans, spei suæ obtinendæ periculum fecit ludendo.* Sic quoque Eustathius, Ἐπαίζετο δὲ ἡ παιδιὰ τέσσαρσιν Ἀστραγάλοις· ὧν ἕκαστος πτώσεις εἶχε τέσσαρας, (ὃ μὲν ἓξ κατὰ τοὺς Κύβους,) ἐξ ἑβδομάδος κατ' ἀντίθετον συγκειμένας. ἀντέκειτο γὰρ, μονὰς καὶ ἑξάς· εἶτα τριὰς καὶ τετράς. δυὰς δὲ καὶ πεντάς, ἐπὶ μόνων Κύβων ἦν, ὡς ἐχόντων ἐπιφανείας ἕξ. Ubi ut vides, Talorum *Latera* vocantur πτώσεις *Casus*, & ἐπιφανείαι *Apparentiæ*, quæ 4. Sed derasus ac lævigatus Talus habuit tantùm *Latera* seu *Apparentias duas* nominibus insignitas, quia ejusmodi Tali aliter consistere & cadere non potuerunt.

Quænam autem apud veteres fuerint ipsa Talorum Latera & eorundem Nomina, & quinam ludendi Ritus, dicendum restat.

Isidorus Orig. lib. 18, cap. 65, ex quatuor Lateribus enumerat tantùm tria, his verbis, *Unionem Canem; Trionem, Suppum; Quatrionem, Planum vocabant.* Hinc elucet Lucilii locus, *Si das id quod rogat, & si suggeris Suppum,* i. e. Supinum. Sic ad verbum, quamvis & alium fortè includat sensum obscœnum. Pollux de hac re verba faciens lib. 9, cap. 7, suo tempore rem dubiam & controversam fuisse monstrat; τὸ δὲ σχῆμα τοῦ κατὰ τὸν Ἀστράγαλον πτώματος, ἀριθμοῦ δόξαν εἶχεν· καὶ τὸ μὲν μονάδα δηλοῦν, καλεῖται Κύων· τὸ δὲ ἀντικείμενον, Χιάς. καὶ Χῖος οὗτος ὁ βόλος. Δυὰς δὲ καὶ Πεντὰς, ὥσπερ ἐν Κύβοις, οὐκ ἔστιν. Οἱ δὲ πλείους τὸν μὲν Ἑξίτην Κῶον, τὸν δὲ Κύνα Χῖον καλεῖσθαι λέγουσι, *Forma autem Astragalorum Jactûs, numeri rationem habebat: & Unitatem significans, Canis vocabatur; & huic oppositum, Chias; & iste Jactus, Chius. Binarius & Quinarius in Astragalis non sunt, sicuti sunt in Tesseris. Plerique verò Senarium, Coum; Canemque Chium appellari dicunt.*

Duas heic apud Pollucem vides opiniones, quarum posterior meâ sententiâ est verior & receptior, uti tam ex ipsâ rei naturâ & Talorum ratione, quàm ex Eustathii & aliorum autoritate constat. Certum enim est, Latera ita sibi invicem opposita haberi, ut suppositus Septenarius numerus efficeretur. Nam inter omnes convenit, quòd *Canis* erat *Unitas*: &, si ita erat, & huic opponebatur *Chias*, tum oportebat ut iste *Chias* & *Chius* denotaret *Senarium*: quod minùs probabile

probabile & falsum esse videtur. Nam cum Proverbium Χῖος ἀστοπατῶν *Chius cacans* ab Aristophanis Scholiaste dicatur fuisse in eos qui Civitatem conspurcarent, inde constat *Chios* à reliquis Græcis despectui habitos fuisse. Ideóque cùm ejusmodi denominationes (ut notat Erasmus in Adagiis,) ad utriusque Gentis *Coa* & *Chia* mores respicerent, vix erit probabile (dico) ut optimus Jactus *Senarius* à pessimâ Gente *Chiâ* denominatus fuerit. Quâ de causâ, priorem opinionem quæ apud Pollucem est, calculo nostro approbare non possum; sed potiùs posteriori addicendum puto: idque præsertim, cùm omnes alios Autores Græcos huic suffragantes habeamus, & ipse Pollux plerosque sui temporis ita statuisse agnoscat. Ut itaque reliqua taceamus, pro nostrâ sententiâ facit vetus Proverbium, Κῶος πρὸς Χῖον, *Cöus ad Chium*, seu Κῶος Χίῳ, *Cöus Chio*, quod de rebus valdè inæqualibus dictum: sicut & Anglicè dicimus Sir to one. Nam Κῶος, qui etiam Συνοριχὸς, dicebatur Ἑξίτης, & valebat *Sex.* Χῖος verò, qui & Κύων, (nobis dicatur Dog-chance,) valebat *Unitatem*; qui Jactus cùm esset pessimus & maximè infortunatus, à *Cane*, seu quod perinde erat, à *Chio* denominationem habuit. Sic etiam Eustathius, τῶν δὲ βόλων φασὶν, οἱ μὲν τὸ ἓξ δυνάμενος, Κῶος ἐλέγετο, καὶ Ἑξίτης· ὁ δὲ τὸ ἓν, Χῖος καὶ Κύων. ὅθεν καὶ παροιμία, Χῖος παρασὰς Κῶον οὐκ ἐάσω. καθ' ὃν παρὰ Σπεύσιππῳ τῷ κωμικῷ τὸ, Χῖος παρασὰς Κῶον οὐκ ἐᾷ λέγειν. ὃ παραλαλεῖ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ, Οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κῆος ἦ Κῶος. Quænam verò communia Nomina habuerint Talorum latera, certè docebimur consu-

 lendo

lendo Aristotelem Hist. Animal. lib. 2, cap. 1, Πάντα δ' ἔχοντα Ἀστράγαλον, ἐν τοῖς ὀπίσθιν ἔχει σκέλεσιν. ἔχει δ' ὀρθὸν τὸν Ἀστράγαλον, ἐν τῇ καμπῇ· τὸ μὲν σφενὸς ἔξω, τὸ δ' ὕπτιον ἔσω, καὶ τὰ μὲν Κῶα ἐντὸς ἐστραμμένα πρὸς ἄλληλα, τὰ δὲ Χία καλούμενα ἔξω, καὶ τὸν τρόπον ἄνω. ὃ μὲν δὴ θέσις τῶν Ἀστραγάλων τοῖς ἔχουσι πᾶσι, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, *Omnia enim Talum habentia, in posteaioribus eum cruribus habent: namque habent rectum Talum in Suffragine, nempe Pronum extra, Supinum verò intra, & quidem Coa intus erga seinvicem versa: & quæ vocantur Chia, extra; & Apices supra. Et situs Talorum in omnibus qui eos habent, ad hunc se habet modum.* Indicat nempe Aristoteles, *Pronam* seu convexam & gibbosam Tali partem, extrorsum, i. e. retrorsum, collocari; *Supinam* verò, quæ foveâ excavata est, introrsum versus pedes priores sitam esse: *Coa* autem respectu sitûs naturalis, dici latera interiora erga se invicem posita; *Chia* appellari latera quæ ad exteriorem Cruris partem sita sunt; & Apices seu Cornua, suprà esse erecta. Erasmus in Colloquio Ἀστραγαλισμὸς, pro Κῶα legit Κῶλα, & pro Χία legit Ἰχία: id autem facit ἀδιαπόπτως. Nos Aristotelis autoritate præ omnibus freti sumus.

Apud aliquos hunc Ludum exercentes in Angliâ, Latus Supinum, (ubi cavitas ad modum foraminis cernitur,) vocatur **Put in**, i. e. *Inde* seu *adde aliquid*, quia hoc jacto, aliquid Depositò addendum est. *Latus Gibbum* seu *Pronum* dicitur **Blank**, q. d. *nihil valens* in Anglorum Ludo. *Latus Planum* dictum *Chius*, (ubi fere nulla cavitas,) vocatur **Half**, i. e. *dimidium*, seu **Take half**, i. e. *accipe*

accipe dimidium, quia hoc jaciens, à depositis pecuniis aufert Dimidium. *Latus tortuosum* seu *Cous*, dicitur Cock-all seu Take-all, quia illud jaciens, totum nummorum Acervum seu totum Depositum aufert. Hoc autem est secundùm cujuslibet Gentis Institutum, quod varium & pro libitu esse potest. A nobis in diversum eunt Orientales Gentes, ad quarum normam ritúmque describuntur & denominantur Tali sequente modo depicti.

Secundùm Romanos & Græcos, *Supino* latere designari solebat *Trias*, & *Prono* ei oppositò *Tetras*, *Plano* autem *Monas*, & huic oppositò cavo ac tortuoso exprimebatur *Hexas*. Orientales autem non putant Talorum Latera habere rationem Numerorum, sed secundùm Hominum Conditionem & in Republicâ Statum ac Gradum, vel meliora vel deteriora æstimant: & secundùm hanc rationem, eorum valorem vel augent vel minuunt, & plùs aut minùs damnosa aut lucrativa habent.

Orientales

Orientales itaque quatuor Tali Lateribus aliquod Regimen Politicum exprimi & designari volunt, ubi nempe est Plebs & Magistratus eis præfectus: supponunt enim dari Rempublicam, ubi passim furantur & grassantur aliqui *Fures*: deinde supponunt *Rusticos* seu *Colonos* sive *Agricolas*, à quibus dicti Fures auferunt Merces & cætera Bona, ut *Agnos*, *Equuleos*, &c. Postea constituunt *Officiarios* qui ejusmodi Fures & Latrones vel ipsi puniunt vel ab aliis puniendos curant; idque jussu *Regis* vel *Principis* qui tali Regno aut Reipublicæ præest. Et sec. hunc Ritum atque Ordinem disponuntur infrà scripta Nomina quibus dicta Latera nuncupantur à Terræ Sanctæ & vicinorum locorum *Arabibus*, deinde à *Persis*, tertiò à *Turcis*, & postremò ab *Armenis*. Et quidem hisce Gentibus Tali *Supina pars* habetur *Fur*, & *Prona pars* est *Agricola* seu *Rusticus*; deinde *Plana* seu *Chia pars* est *Officiarius* seu *Magistratus* qui curat ut à Lictoribus cædantur rei, & ut *Regis* seu *Principis* in hac parte Mandatum ac Decretum executioni demandetur: nam quarta (seu potius prima) in tali Regimine persona est *Rex* qui omnes Delinquentes puniri decernit & jubet. Idque sec. saluberrimum Regiminis Institutum, (ut scil. Leges tueantur, & delinquentes puniantur, & ut quisque pro merito promoveatur ac æstimetur,) dicta Talorum Latera habentur feliciora & inter ludendum magis lucrativa, vel è contra infeliciora & damnosa; adeò ut hisce Talis Ludentes & Sortientes vel Pecunias vel Cibos vel Dactylos & Fructus

vel

vel quaſvis alias res erciſcundas ac dividundas, ſec. prædictam methodum ac rationem rem ſuam peragant & abſolvant. Nomina autem Orientalia ſequente Paginâ veluti in Tabellæ formâ repræſentantur.

Arabes itaque Terræ Sanctæ in hacce Laterum denominatione Choréam ducunt; & deinde ſequuntur reliquæ Gentes eandem Laterum rationem habentes, eundem eorundem ordinem ac diſpoſitionem ſervantes, ut in ſequentibus viſitur.

Apud Arabes T. S. iiſque vicinos.

1. *Supinus*, حرامي *Harâmi*, i. e. *Fur.*
1. *Pronus*, خـــروف *Charûph*, i. e. *Agnus* ſeu *Equuleus.*
3. *Chius*, وزير *Wazîr*, i. e. *Vicarius* Regis, ſeu *Conſiliarius.*
4. *Cous*, سلطان *Sultân*, i. e. *Rex*, ſeu *Princeps, Dominator.*

Apud Arabes Meſopotamiæ, qui utuntur mixtis Nominibus, partim Perſicis partimque Armenicis.

1. جك *Tchìk* (ſec. *Pherh. Gj.* & alios,) eſt Tali cavum latus, idem quod دزد *Duzd*, *Fur.* v. infrá.

2. بوك *Bûk* seu *Beuk*, Armenis توك *Tûk*, convexum latus. v. infrà.

3. تاي *Tâi*, i. est, *plica*, (al. *Tâwa*,) f. quia hoc latus in margine plicas habere videtur: vel quòd Armenicam literam sic dictam quodammodo referat.

4. آلج *âltch*, seu *auldch*, i. e. *flexuosum*, *sinuosum*; quia hæc Tali incurva pars est instar auriculæ humanæ. Sed reverà sic pronuntiant pro *ârtch* seu *âurtch*, i. e. *Ursus*: nam & hæc Tali pars aliàs dicitur دب *Dùb* Arabico nomine, quod in hoc Ludo Armeni & aliqui Turcæ sonant *Dôv*. Et inde fit ut hoc latus aliquando Turcicè vocetur بال *Bâl*, i. e. *Mel*, utpote quod ab Ursо multùm expetatur & ambiatur.

5. هنبه *Humba*, i. e. *Furcata pars* superior, Græcis Κεφαλὴ *Apices*, qui in hac parte sunt longiores. Et in communi sermoni quando Homo capite applicato terræ, pedes elevat in aërem, hoc dicitur Turcicè طورمق هنبه *furcatim stare*. Sunt qui sonant اومه *Uma*, minùs benè; & Tali Cornua utrâvis parte seu extremitate intelligunt. Alii ex Orientalibus volunt *Coum* esse بيك *Beigh*, *Baronem*, & *Humba* esse پادشاه *Pádiſhâh*, seu سلطان *Sultân*, *Regem*. Apud dictos Mesopotamienses, *Fur* seu *Supinus* est Jactus pessimus; *Pronus* deinde est potior;

tior; *Chius* melior hoc; *Cous* adhuc melior; & *Humba* omnium optimus.

Apud Turcas.

1. خرسز *Chirsìz*, i. e. *Fur*, *Latro*, ut apud reliquas Gentes.

2. چفتچی *Tchift-tchî*, i. e. *Arator*: aliàs اکنچی *Ekin-tchî*, id eſt, *Sator*, *Agricola*: aliàs adhuc انجبار *Ingjibâr*, i. e. *Ruſticus*, *Colonus*.

3. نائب *Nâib*, (vulgò *Nâip*,) i. e. *Juſtitiarius*: aliàs کتخدا *Kit-chodâ*, (vulgò *Kiâhja*,) i. e. Οἰκοδεσπότης, *Oeconomus*, qui eſt *Secretarius*: aliàs adhuc dicitur کوپک *Kiupèk*, i. e. *Canis*, propter vigilantiam; quia Famulus ſolet eſſe tanquam Canis, Domini ſui rebus invigilans eique adulans.

4. بیگ *Beigh*, (vulgò *Bey*,) i. e. *Baro*, *Magnas*. Aliàs aliquando hoc latus emphaticè vocatur آشیق *âſhìk*, quod nomen aliàs toti Talo competit, ut ſuprà dictum.

Apud Perſas.

1. دزد *Duzd*, i. e. *Fur*, qui captus & deprehenſus verberari ſolet.

2. دهبان *Dihbân*, i. e. *Villanus*, *Ruſticus*, qui vœnum affert Ova, Butyrum, &c.

3. وزير *Vazîr* ſeu *Vezîr*, i. e. *Vicarius* Regis, qui verberandum curat Furem.

4. شاه *Shâh* ſeu پادشاه *Pâdiſhâh*, i. e. *Rex*, qui jubet fieri juſtitiam in Fures & omnes delinquentes & maleficos.

Sciendum eſt, quòd (quoad horum Jactuum Laterúmve valorem in Ludo,) *Fur* ſeu Latus cavum ſive ſupinum, ſit peſſimum, *Unitatem* notans, contra quàm apud Latinas fiebat Secundum Latus quod *Bûk*, eſt aliquanto melius, plus in Ludo reportans. *Tâi* ſeu *Chius*, eſt adhuc melior præcedentibus. Et *âltch* ſeu *Cous*, eſt optimus τῶν quatuor Laterum. At *Humba*, ſc. erectum ſeu furcatum, eſt omnium optimum, utpote quod rarò accidat ut Talus ſtet erectus elevatis Apicibus, ut ſuprà notatum.

Apud Armenos.

1. *Cûgh*, aliàs ſonans *Gûgh*, eſt *Latro*, *Prado*; aliàs *Harâmi*, quod idem ſignificat. Cum *Gûgh*, conſonat etiam *Gûgh*, i. e. *Latus*, *Coſta*: item, *Vallis*. Audivi Armenos aliquando vocantes hoc Latus *Tchîgh*, ſeu *Gjik*, elegantioris ſoni causâ; quod tamen Rivola ſcribit *Tchûgh*. De his vide infra: Joſephus Laázar Armenus qui apud nos fuit 1678, vocabat hoc Latus *Tûc*, quod videtur potiùs ad ſequens Latus pertinere, ubi ſcribitur *Tûgh*.

2. *Varvûr* ſeu *Warwûr*, vulgò ſonans *Watſavûr*, i. e. *Arator*. Aliàs dicitur *Varzevûr*, i. e. *Elocator*

cator, ſeu *Mercenarius*, à *Varz*, i. e. *Merces*. Alio nomine hoc Latus Armenicè dicitur *Tûk*, quod fortè ſit *Tûgh*, id eſt, *tremens*, propter convexam rotunditatem & inſtabilitatem quâ firmiter ſtare nequit. Aliàs adhuc vocatur *Sartsî*, id eſt, كيلي *Kiûîlî*, *Paganus*, *Villanus*, ſeu *Ruſticanus* homo.

3. *Kiſn*, ſeu *Kîs* ſive *Kisî*, vulgò ſonans *Kizî*, i. e. *Oeconomus* & *Secretarius*. Aliàs Armenicè dicitur *Kât*; & quoque *Lenk*, id eſt, *Planum*, *plana pars*: nam hac voce quævis plana ſuperficies notari ſolet. Aliquando dicitur *Tâi*, & وزير *Vazîr*, de quibus ſuprá.

4. *Bârûn*, id eſt, *Baro*, *Dominus*, *Primas* ſeu *Primarius* populi ſui: nam apud Barones olim vitæ & mortis poteſtas. Hodie apud Hiſpanos, & olim apud veteres Gallos BARON vulgò ſonans *Varon*, ſeu VARON vulgò ſonans *Baron* (nam contra ſcripturam ſemper proceditur ſonando,) eſt *Vir* in gener, peculiariter Homo fortis qui habet Vires: & *Baronil* eſt *Viriliter*, *fortiter*. Hinc eſt quòd in Legibus Longobardorum & Normannorum, *Baron* pro *Viro* uſurpetur. Sunt itaque *Barones* voce tenùs *Viri melioris notæ* & *Fortiores*, Fortitudine pollentes, qui ideò (unâ cum Comitibus † & Marchionibus *) pro defenſione Regis & Regni ſeligi & adhiberi ſolebant. Et quia tale Officium erat Honorificum, hinc factum eſt

† ſeu *Sociis Regis*. * ſeu *Limitum Tutoribus*.

ut *Barones* seu *Viri fortes* habiti fuerint & adhuc habeantur *Viri Nobiles Baronatûs* itaque dignitas, reverà erat Officium suppeditandi tot *Varones* seu *Viros* Regi quando opus erat. Et ut Knight sec. vim vocis erat *Servus* Regis, sic Baron erat *Vir* Regis, seu sec. Anglicissimum nostrum *Homo ejus*; & tales tandem quia prope Regem, habiti sunt *Viri Honoratiores*, ideoque habebant Reditus tali Officio competentes. Nam Equitis feudum erat (ut puto) 20 libræ annuatim: & Baronis Feudum continebat Equitis Feuda 13 cum unâ tertiâ parte; in toto 400 libras. Et qui tantum habebat, solebat à Rege vocari ad Parliamentum. Sed ad pensum redeamus.

Hocce Tali Latus aliàs Armenicè vocatur *Tâchawur*, scil. تاجور *Tâgj-var*, seu *Tâgjûr*, *Coronatus*, nempe *Rex* qui coronâ indutus.

In hoc Ludo Instrumenta ludendi, sunt *Tali* de quibus dictum est, & *Pyxis*, & *Pyrgus* seu *Turricula*. Nam quamvis Tali aliquando mitterentur nudâ manu; tamen ad meliùs evitandum fraudes, subinde etiam utebantur eisdem Instrumentis quæ in *Aleâ* & *Nerdiludio* adhiberi solebant. Ex his inquam erat *Pyxis*, quam moderniores aliquando *Cornetum* vocant, quia ex Cornu fieri solet. Idem Instrumentum aliàs dicebatur *Fritillus*, ex quo Tesseræ aut Tali effundebantur in *Fimum* seu *Camum*, & per hunc in *Pyrgum* descendebant. Sic in Etymologico magno, Φιμὸς ἐστι ὁ καλάθενος Κημὸς, εἰς ὃν ἐνεβάλλοντο Ἀστράγαλοι. De his autem suprà dicitur in *Nerdiludio*.

Quòd

Quòd autem ad præcavendas fraudes, utebantur *Pyrgo* seu *Turriculâ* in quam ex *Fyxide* effundebant *Talos*, innuit Martial. Lib. 14. Epigr. 13,

Quæ scit compositos manus improba mittere Talos,
Si per me misit, nil nisi vota facit.

i. e. quamvis aliquis noverit Talos componere, & hoc modo pro libitu ad rem suam aptare Jactus suos; si tamen per *Pyrgum* mittebat, potuit quidem in votis habere ut fraudaret, illud verò præstare non licuit. Idem vult Horatius faciens mentionem hominis qui Podagrâ & Chiragrâ laborans, aliquem Servulum

—— *qui pro se tolleret, atque*
Mitteret in Pyrgum Talos, mercede diurnâ
Conductum pavit: ——

Ejusmodi *Turricula* aliquando vocabatur *Orca*, ut alibi ex Persio notavimus; quia (ut vult Cardanus,) sicut *Orca* minores pisces, sic hoc vasculum sicut Barathrum angusto ore atque collo, & latiore alveo, præcipitatos in se Talos videbatur vorare. De eâ Pomponius Bononiensis antiquus Comicus, (& Pacuvius,) *Interdum dum contemplor Orcam, Taxillos perdidi.* Nisi fortè legamus *Arcam* pecuniariam, quam indolente oculo tanquam perituram contemplabatur Lusor.

In hoc Ludo non semper opus erat *Alveo*, cùm in nudâ quâvis mensâ sat commodè jaci potuerint *Tali*, quod supra ex Luciano constat.

Aliquando

Aliquando tamen *Alveo* eóque Eburneo utebantur.

Ad ludendi modum faciunt quæ adducit Suetonius in Octavio Augusto, cap. 17, *Inter cœnam lusimus χαρτικῶς heri & hodiè. Talis enim jactatis, ut quisque Canem aut Seniorem miserat, in singulos Talos singulos Denarios in medium conferebat; quos tollebat universos qui Venerem jecerat.* Quòd autem *Senio* erat Jactus lucrosus, & *Canis* damnosus, Persius canit,

—— quid dexter Senio ferret
Scire erat in voto, damnosa Canicula quantum
Raderet; angusto collo non fallier Orca.

Methodum verò seu Leges ludendi pleniùs & quidem satis appositè excogitavit & exhibuit Erasmus in Colloquio quod inscribitur Ἀστραγαλισμὸς, sequente modo; *Jactus sapiùs ostendit Supinam partem quàm Pronam, & Pronam sapiùs quàm Senionem aut Canem. —— Si inter quatuor extiterit unus Canis, expones Nummum; si duo, duos; si tres, tres; si quatuor, quatuor: & post hac agnosces damnosum latus. Item, quoties jeceris Senionem, toties recipies unum è Nummis. Quòd si, Senionem cum Cane; si vis, uterque Nummum addet, neuter tollet. Cui primùm obtigerit Venus, is auferet Acervum. Quòd si Talus ostenderit partem Supinam aut Pronam, is Jactus erit irritus; & aut tu jactum repetes, aut jaciendi jus ad me devolvetur. —— At meâ,* (inquit) *sententiâ, secus lusit Octavius: nam qui Canem jecerat, apponebat Denarium: qui Senionem, nihil*

hil quidem auferebat, sed alter ponebat: quòd si plures Senionis essent, totidem Nummos alter addebat. Benè cumulatum Aerarium semel tollebat Venus. Et illud addas, licebit; cui nec Senio obtigerit, nec Canis, nihil aliud quàm ludendi vicem perdet. Mihi videtur & hoc elegantius, si tertio quisque Factu defungatur qui Talos tenet, & mox alteri tradat vices. Venus item tertia (si videtur) finiet Ludum. Deinceps libenter erit de integro pausei: siquidem tam raro tum pausis favet Venus.

Erasmus quidem existimat Octavium (in suprà adducto Suetonii loco) non vulgari, sed potiùs alio quodam peculiari modo lusisse, quia dixit γραικικῶς, *Cùm* inquit *aliàs sufficiens fuisset simpliciter dixisse, Talis lusimus heri & hodiè.* Sed Erasmi pace, mihi videtur nil nisi *seniliter & gravius* significare; quia in contrarium puerorum, clamores & rixas non admiscebant. Utcunque tamen sit, proculdubiò modus ludendi apud Veteres non fuit tantùm unicus, sed plures, quorum tamen Clara Vestigia nullibi relinquuntur. Ideóque frustrà sunt qui sui cerebri figmenta pro verâ historiâ nobis obtrudunt. Bulengerus dicit, *Unio seu Canis erat, quando uno vultu omnes Tali cadebant*: quod gratis dictum. Affirmat quoque *Senionem per se felicem, eundem tamen infelicem esse si accedat Canis.* Quòd *Senio* aliquando incassum sit, infrà observavi in Arabum Ludo: &, (ut vides,) Erasmus judicat, idem fuisse in Ludo Romanorum. Sed quamvis Bulengeri de *Senione* sententia sit aliquâ ex parte vera, eam tamen falsò collegit ex Martiale in Xeniis,

Non mea magnanimo depugnat Tessera Talo,
Senio nec nostrum cum Cane quassat Ebur.

Quod profectò nihil ad Rhombum est, nec pro eo facit vel minimum. Nam in hoc Epigrammate Martialis tantùm profitetur, se velle potiùs Chartis suis & Poësi operam dare, quàm tempus suum ludendo pergere: ideóque nec ipse Tesseris incumbit, dum alli Talis occupantur: nec quidem Talis ludit ut vel Seniores vel Canes jaciat, i. e. ut nec fortunium nec infortunium eo modo experiatur. Dicitur autem *Senio quassat Ebur*, (i. e. Eburneum Fritillum,) pro, *Ebur quassat Senionem.* Et *Talus* ideò videtur dictus *Magnanimus*, quia multò is major est Tesserâ; & præterea è manu Lusoris evibratus, violento motu & quasi magnanimâ vi & vigore ac fortitudine volare solet.

Talorum *Latera* apud Græcos & Romanos (ut suprà dictum) *Numerorum* rationem habebant: apud Orientales non item. Tali unius Latera possunt dici βόλοι seu *Jactus*: quo tamen Nomine plurium Talorum, sc. quatuor simul jactorum *Casus* seu *Laterales Apparentiæ* plerumque intelligi solebant. Ludebatur enim proprie 4 Talis, quorum Jactus erant 35. Sic Eustathius, ἡ δὲ παιδιὰ τέτταρσιν Ἀστραγάλοις. — ἦσαν δέ φασιν, αἱ πᾶσαι πλάσεις τῶν Ἀστραγάλων παραλαμβανομένων ὡς ἔδος, πέντε καὶ τριάκοντα· ὧν αἱ μὲν, θεῶν ἐπώνυμοι· αἱ δὲ, ἡρώων· αἱ δὲ, ἐνδόξων ἀνδρῶν· αἱ δὲ, ἑταιρίδων· αἱ δὲ, ἀπό τινων συμβεβηκότων κατὰ τιμὴν ἢ χλεύην προσηγόρευνται. ἐλήγετο δέ πε ἐν

ἀυταῖς

αὐτῶν καὶ Στησίχορος, ὁ τὸν ὀκτάπλουν δηλονότι σημαίνων, ἐπεὶ ὁ ἐν Ἱμέρᾳ τῇ Σικελικῇ τάφος τοῦ τὰ μελοποιεῖ, ἐξ ὀκτὼ γωνῶν συνέκειτο. ἕτερα ἐγένετο Εὐριπίδης, ὁ δηλονότι σημαίνων τὸ τεσσαρακοντα· ἐπεὶ δὲ δοκεῖ ὁ Εὐριπίδης γενέσθαι εἷς τῶν ἐν Ἀθήναις τεσσαράκοντα προστατῶν μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τριάκοντα. τῶν δὲ βόλων φασίν, ὁ μὲν τὸ ἓξ δυνάμενος, Χῖος ἐλέγετο, καὶ Ἕξιππος· ὁ δὲ τὸ ἓν, Χῖος, καὶ Κύων. *Hic Ludus exercebatur quatuor Astragalis. --- Erant autem, ut aiunt, omnes Casus Talorum pro more receptorum, triginta & quinque: quorum quidam denominati sunt à diis, quidam ab Heroibus, quidam à Clavis Viris, quidam à Sodiabus* [seu *Meretricibus*,] *quidam verò ab Accidentibus secundùm vel Laudem vel Vituperium compellabantur. Et quidem in ipsis quidam dicebatur Stesichorus, quippe Octonarium significans, quoniam quod erat in Himerâ Siciliçâ hujus melopœi Sepulchrum ex octo angulis constitutum est. Alius vocabatur Euripides, viz. Quadraginta significans, quia Euripides videtur fuisse unus è quadraginta Præfectis Athenarum post exactos triginta. Sed Jactuum, ut dicunt, ille qui valebat Sex, dicebatur Cœus, & Senio: qui verò Unum, Chius, & Canis.* Jactus *Stesichoreus* & *Euripideus*, apud Pollucem quoque memorantur. Sed videtur necesse ut bi Jactus pluribus quàm 4 Talis luderentur. Eustathius autem verbosus & prolixus Commentator, accumulat congeritque multa quæ non semper benè distinguit. Ille enim Jactus qui valet *Octo*, quatuor Talis propriè sic dictis fieri non potest, cùm Tali non habeant *Duerniones* nec *Quinterniones*. Et alter Jactus *Quadragenarius*, est etiam impossibilis, cùm 4 Tali

unâ vice jacti, tantum numerum exhibere non possint. Quid autem hoc sit, dicam. Hi quidem Jactus pertinent ad alium Talorum Ludum impropriè sic dictum, qui (ut tandem insinuare videtur Eustathius,) Talis perinde ac Nucibus Juglandibus ludebatur: ὡς δ' καὶ πολλοῖς Ἀστραγάλοις ἔπαιζον καὶ διὰ καρύων, ζητητέον ἐν τῷ Πλουτῷ τῆς κωμικῆς. Ille autem locus in Aristophanis Pluto, facit tantùm mentionem ludentium Σπιπῆρσι χρυσοῖς, ubi intelligitur Ἀρτιασμὸς seu *Par impar*, qui (ut monet Pollux lib 9, cap. 7,) pluribus Astragalis fiebat; idémque Fabis, Amygdalis, Nucibus, Nummis *&c.* exerceri solebat.

Apud Meursium in Libello *de Ludis Græcorum*, sub Tit. Ἀστραγαλισμὸς, & Κυβεία, multa Jactuum Talarium Nomina recensentur. Et alia Nomina apud Pollucem extant. Sed ad quam Ἀστραγαλισμῷ speciem pertineant, sæpe incertum est. Heic autem notandum est, quòd Meursius fœdè hallucinatus est, dum Jactibus Talaribus admiscet eisque accenset quædam quæ ad Tesseras propriè pertinent. Ex horum numero est ὄιον seu ὄνος. Sed ipse Pollux vel confusè & indistinctè agens vel fortè ab aliis interpolatus, in eodem errore præcessetat. Ipse enim Lib. 7, cap. 33, § 9. (quia ὄνος seu ὄιον est *Unitas* in Tesseris, & χῖος est *Unitas* in Talis,) facit ὄνος seu ὄιον idem quod χῖος, adeóque hæc omnia Jactibus Talaribus accenset. Hunc fortassis (vel vice versâ, ut solent Lexicographi ex se invicem exscribere,) secutus est Hesychius in ὄιον, ubi pro depravatis, (ut benè divinat Meursius,) legendum est, ὄιον — κυβευτικὸς βο-

λος

λος ὁ κενὸς, καὶ ἀντικείμενος τῷ ἓξ· ὁ χῖος. Sed Pollucem ex ſeipſo corrigemus & emendabimus: ipſe enim in alio loco rectiùs dicit ὄνον ſeu ὄνην denotare *unum* (conſonante voce,) ſeu *unitatem*, eámque in Κύβῳ *Teſſerâ*, (non in *Talo*:) eámque *unitatem* dicit eſſe κοιλότητος σημεῖον, quod inciſo Teſſeræ puncto benè convenit; non autem χίῳ quia ſic dictum Tali latus fermè planum eſt, ſine magnâ cavitate. Deinde, idem ibidem exponit ὄνον, quòd ſit τύπος ſeu γράμμα, quæ innuunt dictum *unitatem* non eſſe naturale ſignum ut in Aſtragalis, ſed arte factum & inſculptum prout fit in Teſſeris. Nam Teſſerarum *Puncta* Græcis dicebantur Τρήματα, quia *perforando* vel ſaltem excavando fiebant: unde etiam, referente Euſtathio, *Teſſerarii* ſeu Teſſerarum Luſores dicebantur τρηματοῦπαι, malè pro τρηματίσαι, q. d. *Punctuarii*, *foraminarii*, (ſi voces fingere liceat,) qui multùm utebantur Punctis foratis ludendo. Deinde Jactibus Talaribus perperam accenſet τὰς ἓξ, quod omninò ad Teſſeras pertinet: & huncce Jactum Meurſius à Cruquiano in Horatium Commentatore primò ſeductus, Talorum Jactum Venereum eſſe falſiſſimè affirmat.

Ad hanc ſuam ſententiam illuſtrandum & confirmandum, adſcripſit Proverbium τὰς ἓξ ἢ τὰς κύβους, quod confundit cum Ἑξίτῃ, qui quamvis ſit Jactus Talaris, tamen Venereum non eſt. Miror autem quomodo Vir doctus heic dormitaverit, cùm clarè liquet Κύβους eſſe *Teſſeras*, quæ etiam erant Tres; ut ita commodiſſimè vel *Tot ſex* vel *Tres unitates* jaci potuerint, quod non

potuit fieri in *Talis* qui apud veteres erant Quatuor. Illud autem Proverbium significabat faciendum esse periculum, & quâpiam re summum adeundum discrimen, ut quis aut multùm lucraretur, aut ferè nihil, q. d. *Facta esto Alea*, experiar quid sit. Huic parallelum est Anglicum **All or none. All or nothing**; seu ut aliàs dicimus, **To make a bolt or a shaft of it**, sumptâ Metaphorâ à jactu sagittæ. Cùm verò Meursius, (non satis animadvertens mediæ ætatis ἀναχώρησιν, quâ κυβεύειν, & πεττεύειν. & ἀστραλίζειν, & ab his derivata sæpissimè confunduntur,) Jactus κυβείας & ἀστραλισμῶ, quando reverà usu iidem sunt, propter diversam illam appellationem malè disjungat; hoc videns Souterius, pag. 99 ponit aliquot Jactus quos vocat Talares, & pag. 93 affert plures Jactus, qui (ut ille dicit) sunt Tesserarii potiùs quàm Talarii; quos dicit Meursium in Κυβεία primum observâsse: putátque horum nonnullos esse utrique Ludo communes, quia plerumque à Grammaticis *Bolorum Cubeuticorum* nomine insigniuntur & circumferuntur. Proh miseré! Nam cùm Græci Scriptores κυβείαν & πεττείαν & ἀστραλισμὸν aliquando benè & accuratè distinxerint, non animadvertit eos alibi aliquando inaccuratè loquendo hæc tria non satis distinxisse, sed confusè alterum pro altero usurpare: ille inquam (non advertens quâ quandoque latitudine sumpta sint, ut sc. quidvis horum quodlibet trium & omnia tria comprehenderet;) putat ea aliquando disjungenda & distinguenda, cùm reverà non obstante vocum diversitate, ad idem caput

caput pertineant: quâ in re peſſimè fallitur, dum credit Græcos eſſe infallibiles, & quicquid Græcè dictum eſt, eſſe verum. Hoc alibi Meurſium ſeduxit, dum ſecutus eſt Calliergum Theocriti Scholiaſtem, ut ſuprà notatum eſt in *Shahiludio*, pag. 19.

Præterea, ſi rem rectè perpendiſſet, facilè poteris videre hoc non poſſe fieri ut aliqua Jactuum Teſſerariorum darentur Nomina. Nam *Talorum & Teſſerarum* non eſt in hac parte eadem ratio; cùm harum Numeri oculis ſubjecti nos ſtatim moneant ut dicamus eos Jactus eſſe *Uniones*, *Duerniones*, *Terniones*, &c. potiùs quàm ut eos certò aliquo Nomine aut Epitheto inſigniamus: quia id quod oculis videmus, intellectui promptius eſt illo quod tantùm in memoriâ conditur. Sed quoad Talorum Jactus & Latera quæ nullis Numerorum Notis inſigniuntur, magis proclive & naturale eſt ut ea certis Nominibus nuncupemus, quàm ut in memoriam revocemus tacitos Numeros qui non ſunt notati nec oculis apparent: eodem modo quo facilius eſt aliquem nobis notum nominare *Thomam* aut *Johannem*, quàm dum idem eſt ſine certo ordine inter 5 aut 6 homines collocatus, reminiſci quòd is appellandus ſit *Tertius* aut *Quartus*, quod difficile eſt, meditationem & reminiſcendi laborem requirens, cùm talis Numerus aut Ordo oculis non appareat. Teſſerarum itaque Jactus ſunt quaſi tot homines habentes Numeros frontibus inſcriptos, quorum ſinguli numeri intuentium cerebro communicant indicantque Ordinem, ita ut viſo Numero, noſcatur

catur Ordo: Tali verò sunt quasi totidem homines Numerorum Notis expertes, inscriptis tamen Nominibus, quorum singula ejusdem Nominis ideam cerebro communicant; ita ut viso Nomine, statim noscatur quòd sit *Thomas* aut *Johannes*. In hisce enim rebus omnes sequimur ductum ordinemque naturæ, quæ faciliora semper seligit & amplectitur, difficiliora verò evitat, relinquit, & repudiat, & illa proprio instinctu hisce præfert. Et propter hasce rationes, veteribus visum est Tesserarum Jactus solis Numeris, eos verò Talorum (qui etiam Numeros non commodè capiunt,) nudis Nominibus nuncupare: quæ tamen Nomina (inquit Pollux) ἀριθμῶ δόξαν *numeri rationem* habere censentur, quamvis illa numeralis potestas seu valor plerumque taceatur. Dictorum verò Jactuum Talarium Schema Car. Stephanus in Lexico suo exhibet: nolo heic repetere.

Potest autem esse, (quamvis rarò accidat,) ut præter eos in dictâ Stephani Tabellâ, sit alius adhuc Jactus, ex cujus cum aliis combinatione oriantur plures, quâ ratione Jactuum Talarium numerus augeatur: is est ubi κεραῖα eriguntur, dum Talus ad alium fortè Talum aut ad Abaci latus innitetur. Hoc apud Orientales dicitur *Humba*, ut superiùs notatum. De hoc Cicero lib. 2 de Finibus, *Talus lusorius si non in quatuor Latera cadit, sed in extrema & tanquam Capita, rectus est*; si nempe non in aliquod ex 4 lateribus, sed ita ut Capita ostendat, tum rectus est: nam ita se habet in ipso animale dum vivit. Ad hoc alludit Horatius, *Securus*,

Securus, cadat an recto stet fabula Talo.

Securus nempe ut sciret utrùm Fabula vacillaret & caderet, vel an recto talo staret, in Auditorum opinione; viz. an placeret necne.
Græci Talorum *Jactus* in Felices, Infelices, & Medios diviserunt. Video etiam Orientales tale quid fecisse & veterum Ludum calluisse, cùm apud hos Infelicium mentionem reperiam eo fermè numero quem habent Græci, شول خصتلر كه نراد آتى شوم دوترلر اون اوچدر *Illi Jactus quos Nerrâd* (i. e. *Aleones*) *infaustos habent, sunt tredecim.* *Nerrâd* formâ Arabicâ propriè est *Nerdilusor*: heic autem aliquâ latitudine sumptum applicatur Talorum lusui qui est Aleæ species: ideóque collectivè exposui *Aleones*.

Jactus in genere in quovis Ludo Orientalibus audit خصلت *Chaslat*: Latinis aliquando dicebatur *Manus*, pariter ac fit in Chartis aliisve Lusibus, ubi & hodiè Lusus qui manu vel tenetur vel jacitur, improprie dicitur *mala* vel *bona Manus*. Talorum Jactus omnium infaustissimus, (sive in uno Talo sive in pluribus,) Græcis dicebatur Χῖος, & Κύων: Latinis *Canis*, *Canicula*, & *Vulturius*; & semper damnum afferebat. Is in Tesseris est Κύβος, seu οἴνη, i. e. *Unitas*, & Τρῆμα, i. e. *Foratum punctum*. Jactus omnium felicissimus & faustissimus, Græcis audiebat Ἀφροδίτη, Latinis *Venus*. Et ut alter semper mordebat, & aliquid

auferebat; sic è contrario iste semper placebat & favebat, & ludendo lucrum afferebat quia totum Depositum lucrari dabat. Ideoque Plautus in Asinariâ,

——— Hoc Venereum est:
Pueri plaudite. ———

Propertius utriusque meminit,

Me quoque per Talos Venerem quærente secundos,
Semper damnosi subsiliêre Canes.

Sunt qui heic volunt ut *Canis* diceretur Jactus, si uno omnes Tali vultu caderent, quia hoc contrarium est Veneri: & tum *Canis* non Tali *Latus*, sed Talorum *Jactum* notare debet. Sed mihi aliter videtur notare Tali *Latus* sic propriè dictum. *Venus* autem non erat aliquod Tali *Latus*, sed Talorum *Jactus*, ubi diversum omnes vultum exhibebant, ut ex dicto Stephani Schemate apparet, ubi omnes Tali diversâ facie cadebant; seu ut exprimit Lucianus, μηδενος ἀστραγάλου πεσοντος ἴσῳ σχήματι. Id etiam constat ex Martiale in Apophoretis, Lib. 14 Epigr. 12,

Quum steterit vultu nullus tibi Talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi.

Hicce Jactus apud Plautum videtur vocari etiam *Basilicus*: nam & mos erat Talorum Jactu Venereo sortiri aliquem qui convivio præsideret, qui Græcis dicebatur Βασιλεὺς, Latinis *Modiperator*,

tor, q. d. modum imperans, ne scil. quis aut plus justo, aut parum biberet. Iste præscribebat Leges omnibus, ideóque dicebatur quoque *Arbiter bibendi*. Sic Horat. Carm. Lib. 2, Od. 7,

——— *quem Venus Arbitrum*
Dicet bibendi.

Idem alibi in Odis ad id alludit,

Nec regna vini sortiêre Talis.

Hinc phrasis, ἄκων τῆς Ἀφροδίτης, *invitâ Venere* aliquid facere, q. d, impossibile erat. Ille qui jaciebat Venerem, habebat (ut suprà dictum,) omnes Talorum Numeros: unde passim apud Ciceronem phrasis, ut quicquid suo genere perfectum erat, *omnibus numeris completum* seu *absolutum* diceretur. Loca videas, si opus sit, apud Nizolium. Horum tamen unum ex primo Libro de Divinatione adscribam, *táne verò quicquam potest esse ita casu factum, quòd omnes in se habeat numeros veritatis? Quatuor Tali jacti, casu Venereum efficiunt. Num etiam centum Venereos, si quadringentos Talos jecerit, casu futuros putas?* Nempe, quæ casu veniunt, non sunt certò expectanda, sed pro ratione sortis aut fortunæ, ut Themistii Adagium, *Si sapè jactaveris, aliquando Venerem jacies.*

Ex fortunatis Talorum Jactibus, plerumque numeratur Μίδας: aliqui eundem Mediis annumerant. Errat autem Erasmus in Colloquio

Ἀστραγαλισμός, qui censet hunc jactum ad Tesserarum Ludum pertinere, quod propter supra allatas rationes, impossibile.

Apud Arabes Hierosolymitanos aliosque, modus ludendi est quadruplex.

I. Unus Lusus sit 4 Talis, quorum unus *Aultch* seu *Cous* totum Depositum tollit. At unus *Aultch* seu *Cöus* & unus *Lenk* seu *Chius* simul, pro nihilo habentur, i. e. nec lucrantur nec perdunt; quia quamvis *Chius* perderet, tamen *Cöus* quasi præponderans juvat eum; & vice versâ, *Chius* à *Cöo* aliquid detrahit & valorem imminuit, ut nihil lucrari nec reportare queat. Duo *Coi* auferunt totum, & alter Lusor tenetur geminare id quod antea depositum fuerat: & sic pro tribus, triplicare; & pro quatuor, quadruplicare. Qui duos, tres, aut quatuor *Chios* jacit, tenetur toties totum Depositum duplicare. Hic Lusus convenit cum eo Veterum, ubi solorum *Coörum* & *Chiorum* ratio habebatur.

II. Alius Lusus est ubi 4 Tali Latera in censum ludendi veniunt: & quotquot sint Lusores, singuli unicum Talum possident, quem ordine jaciunt: & quicunque primus est سلطان *Sultân* seu *Rex*, (jacto latere sic dicto,) ille pro libitu præcipit cæteris jubetque quid faciendum sit, donec alius aliquis evaserit *Rex*: & tunc prior est معزول *depositus* seu *exauctorizatus*. Et eodem modo per totum Lusorum consortium fit tam de hoc quàm de reliquis jactibus seu Tali Lateribus quæ quisque jaciendo sortitur & ab eis denominatur.

natur. Nam quicunque sit *Bashâ* aut *Wazîr*, sic manet donec alius idem officium jaciendo sortitus fuerit. Et in hacce Republicâ lusoriâ seu Regno ludicro, quicunque sorte fit *Fur*, in eum clamatur, *Ecce Furem qui talia perpetravit*: & mox idem sistendus est coram Rege, qui Officiario mandat ut puniatur eo modo quo Regi placet. Si jacit aliquis *Charûph*, tum clamatur, *O Rex, ecce Agricolam qui tibi offert* پیشکش *Pîshkesh*, i. e. *Donum* seu *Munusculum*, fortè Agnum aut Equuleum.

III. Alius Lusus est, ubi fit Acervus *Ashikorum*, i. e. *Talorum*, & Lusorum alter qui sorte incipit, unico Talo è manu vibrato ferit Acervum: & ex eis quos loco moverit si unus aut plures *Supini* jacent, ille quotquot sint aufert. Aut si totus numerus, i. e. totus Acervus eodem modo, (id est unâ eâdémque facie) cadit, [scil. si omnes sint Supini aut omnes proni, *&c.*] tum ille Lusor qui ferit, aufert omnes.

IV. Alius Lusus est, ubi *Supinus* valet اون *ôn*, i. e. 10; *Pronus* چکرمی *Tghermi*, i. e. 20; *Chius* اوتوز *Otôz*, i. e. 30; *Cous* الملی *Al-li*, i. e. 50. In hoc Lusu (quamvis non ludatur pro pecuniâ aut aliâ quâvis re,) supponitur tamen & nominatur vel Domus aliqua, vel aliquæ pretiosæ Merces cujusvis pretii, putà 80 aut 100 aut 200 Thalerorum, pluriúmve aut pauciorum; & unus Talus pro tali re seu in loco ejus ponitur, tanquam Depositum pro quo luditur. Tum postea

omnes Luſores ordine incipiunt, jacere quiſque Talum ſuum; & in progreſſu Luſûs, cujuſvis Jactûs Numerus continuò ſemper præcedenti additur: & qui ultimus jacit, ſi non attingit conſtitutum Thalerorum Numerum, quantumcunque deficit tenetur reddere reliquis Luſoribus tanquam خراج *Charâgj*, i. e. *Tributum*, quod inter omnes æqualiter deſtribuit. Hoc autem Tributum ſolvit, non quidem pecuniâ, ſed torto Sudario ſingulorum Palmas tot ictibus ferit quot eidem Thaleri debebantur. Si autem ultimus jaciens ſuperat conſtitutum numerum, reliqui tenentur ei Tributum reddere eodem modo.

Apud Meſopotamienſes variè luditur: ſcil. Qui jacit *Cõum*, (aut *Humba*, qui Jactuum ſupremus,) poteſt ſuum reſumere, eoque vibrato, quemvis aliorum Talum ferire, priùs dicendo, عنا عندك *à nobis ad te* jacitur: tum alter reſpondendo quærit, باعش قدر *Ad quantam diſtantiam*? Primus regerit في خمسة *Ad quinque*, aut في تسعة *Ad novem*, aut في عشرة اقدام *Ad decem pedes*, prout offerenti libet. Deinde ſi ferit alterius Talum ad diſtantiam tot Pedum quot dixerat, aut plurium, tunc alter tenetur ei ex Marſupio dare tot Talos quot Pedes nominaverat: ſed ſi non poteſt ad tantam quam dixerat diſtantiam hoc præſtare, & cogitur propiùs Luſum ſuum arripere, tum (unicâ

(unicâ vice,) cogitur tot Talos dare quot pedes nominaverat Si autem poteſt præſtare prout dixerat, pergit (ſi vult) ferire reliquorum Luſorum Talos coram acentes. Si autem fallit virtus, adeo ut rectè non feriat, tum ille cujus Talum primus ferire conatus eſt, habet ſuas vices feriendi vel primum vel quemvis alium quem commodiùs ferire poteſt, poſito نشان *Niſhân*, i. e. *Signo* ubi ſtandum eſt à ſingulis. Et ſic deinceps fit ab aliis donec eos vel ſpes fefellerit, vel aliquid lucrati fuerint.

Apud alios Meſopotamienſium Arabum, inter 4 Colluſores poſito cujuſque Talo uno, (qui quando opus eſt, ſeorſim dignoſcatur,) Jactuum ſupremus eſt *Humba*, quem (vel *Coum*) qui jacit, eundem Talum manu accipiens extremo Pollice & Indice eum in reliquos ordine torquet feritque, dicendo عنا عندك *ánna índak*, i. e. *à nobis ad te:* cui alter aliquis reſpondet, بايش قدر *Biáiſha kadàr*, i. e. *pro quanto numero* Talorum? Unde hic Ludus vocari ſolet ضرب بـه جند *Zurb ba téhand*, i. e. *Ferire* ſeu *jacere pro quot?* Et eodem modo fit ab eo qui jacit *Altch*, vel qui jacit *Tai* ſi *Altch* non adſit. Si jaciuntur duo Tali *Tchik*, & duo *Bûk*, hi feriunt illos: ſi 1 *Bûk*, & 3 *Tchik*, tum *Bûk* ferit reliquos. Sed quod mirum eſt, ſi 3 adſint *Altch* aut *Tai*, qui ſunt Jactus meliores; & 1 *Tchik* aut *Bûk*, tum horum quivis ferit eos qui meliores ſunt.

Quivis

Quivis Jactus *lucrativus* Arabicè illis dicitur كسبي *Kisbi*, & *damnosus* خسري *Chûsri*.

Alius ludendi modus Constantinopoli usitatus, dicitur طبانچه اوني *Tabântcha ojuni*, qui fit ducto humi Circello, cujus Diameter est unius Pedis: in hoc coacervantur aliquammulti parvi Tali quos Collusores inter se contribuerant. Deinde circumducitur magnus quidem Circulus, cujus Diameter est 10 pedum, ad cujus Limbum quâvis ex parte stare debent Lusores. Tunc ille cujus est incipere, ad Limbum seu Marginem stans, torquendo emittit lævigatum Talum Bovinum, fortè opplumbatum, (dictum طبانچه *Tabântcha*, unde hic Lusus denominatus est,) cujus gibbosæ partes abraduntur ut meliùs manibus teneri & torqueri possit. Huncque emittunt evibrántque tantâ vi, ut totum ferè Acervum dissipet. Hoc facto, sibi lucratur quotquot extra majorem Circulum evolant: si autem evibratus Talus aliquos alios Talos è locis suis tantùm movet leviter tangendo eos ita ut extra majorem Circulum non exiliant, ille Jactus irritus est: & Talis in Circellum repositis, vices jaciendi ad proximum Collusorem deveniunt. Si unum aliquem Talorum extra majorem Circulum excusserit, aliósque tantùm tetigerit & leviter moverit; tum unicum illum Talum ipso facto lucratur, & insuper continuatum habet jaciendi jus, donec

reliquos antea loco motos iteratis ictibus extra dictum Circulum exagat.

Et hoc faciendo ad quamvis exterioris Limbi partem (ubi commodiſſimum videtur) Stationem ſibi eligere queat Luſor. Si autem bis eundem Talum ferit, hoc eo ritu fit, ut jacturus teneatur ſtare extra Limbum eo in loco ubi ipſius Talus jaculatorius quieverat ſeu poſt jactum ſubſtiterat: & licitum eſt inde vel rectà jacere; vel, ſi opus eſt, diductis cruribus corpus inclinare, ut eo propiùs atque commodiùs accedat ad jaciendum feriendúmque. Si autem feriendus Talus ſit propè Limbum ſeu Latus ubi ſtat, circumductâ manu Talum ſuum jaculatorium emittit: ſi longiùs à Statione diſtat, priùs leviter jacit, ut hoc modo propiorem Stationem nanciſcatur; (hoc enim licitum eſt, modò ſemper tangat feriendo:) & deinde ſecundâ vice optatum ictum infligit, & Talum in quem collimaverat ad expetitam diſtantiam protrudit. Et quoties hòc ritè præſtat, toties ſine interpellatione ludere pergit.

In hoc Luſu, Talus jaculatorius digitis teneri ſolet eâ extremitate quæ prominentioribus Apicibus oppoſita eſt, quæ nempe eſt inferior ejus pars, dum in animalis Suffragine erectus conſiſtit. Qui autem eum ſic tenet, pollice premit angulum *Chium*, & Indice digito angulum *Coum*; & deinde manu prope humum adductâ, tranſverſâ motione dictum Talum fortiter torquendo evibrat. Et niſi quis propriis oculis hoc factum viderit, vix poterit credere quantâ vi

vi hujus Artis gnari Talos emittere possunt: vidi enim Talos tam fortiter evibratos, ut si alicui pectus ferirent, hominem ferè exanimatum reliquissent.

Alius Lusus dicitur سلطان ايوني *Sultân ojúni*, i. e. *Regius Lusus*, qui fit, ut inter aliquos minores Talos ovinos aut cervinos in Circulo positos, unus major Talus Bovinus erectus sistatur, qui nominatur *Sultân* seu *Rex*; quem si quis jaciendo ferit ita ut eum è Circulo excutiat, tum lucratur omnes: sed si quosvis alios Talos excutit, lucratur tantùm eos quos excusserit. Si verò nullos è Circulo excusserit, sed tantùm aliquos tangit ita ut eos è loco moveat, tum tenetur dare tot quot tetigerit & è loco moverit.

Alius apud Constantinopolim Lusus, est آللي دكلي ايوني *âl-li dík-li ojúni*, i. e. *Ablativus & redditivus Lusus*, (taking and taking,) ab آلمق *âlmak*, i. e. *capere, auferre*; & دكمك *Dik-mek*, i. e. *defigere, depangere, deponere*, & *pangendo plantare*. Lusus autem sic se habet: aliquot Talis ordine & serie collocatis in *Chiis* aut *Cois* Lateribus, quisque Collusorum priùs quàm jaciat, nominatim eligit sibi aliquod Tali Latus quod casurum sperat. Tum ad certam distantiam stando, evibrato è manu Talo, aliquos ex eis qui seriatim collocantur, ferire conatur: quod, si fecerit, & id

quod

quod præelegerat ac nominaverat, in movendo Talo Latus surgit, tum unum lucratur; si non, tum unum perdit. Et sic deinceps, si plures movet: & reliqui Collusores tenentur supplere ablatorum numerum, scil. quotquot eo modo lucrando ablata sunt.

Alius est بستك ايوني *Bistik ojúni*, qui fit, positis aliquot Talis quos jaciendo ferire conatur Lusor: quod, si fecerit, tum loco motus Talus in dorso manûs collocatur, unde Talitro dejicitur & deturbatur; & postea, si nominatum quod sibi elegerat Latus surgit, tum lucratur; aliàs perdit, ut suprà in *Ablat. & redd. Lusu.*

Cum Lusu penultimo ferè idem est اشك ايوني *áshik ojúni*, qui fit paucis aliquot Talis sibi invicem ferè contiguis, singulorum *Chio* latere humi applicato. Hoc facto, Lusores ad 8 aut 10 pedum distantiam stantes, alternatim jaciendo parvo Talo opplumbato reliquos ordine positos ferire conantur, ut in superiore Lusu. Talum verò jaculatorium evibrant manu prope humum ductâ, torto Indice & Pollice, ut suprá.

Alius Lusus est توره ايوني *Tûra ojúni*, qui fit jacto in mensâ Talo, & rogato, Habebisne *Lenk* aut *Aultch*? Si accidit secus quàm dixerat, porrigit manum quæ torto Sudario aut Mantili verberatur cæditúrque.

Veteres Græci Talis pariter ac Glandibus quernis & Juglandibus ludebant. Sic apud Pollucem ὤμιλλα seu εἰς Ἅμιλλαν, ubi Talum intra alicujus Circuli spatium mittere contendebant: οἱ μὲν ἓν κύκλῳ περιγραφέντος, ἀφιέντες ἀστράγαλον ἐστοχάζοντο τοῦ μεῖναι τὸν βληθέντα ἐν τῷ κύκλῳ. Alia species quæ Astragalis plerumque exercebatur, dicta est τρόπα, cujus meminit Pollux eodem loco: Ἡ δὲ τρόπα καλουμένη παιδιὰ, γίγνεται μὲν ὡς τὸ πολὺ δι' Ἀστραγάλων, οὓς ἀφιέντες στοχάζονται βόθρου τινὸς εἰς ὑποδοχὴν τῆς τοιαύτης ῥίψεως ἐξεπιτηδὲς πεποιημένου. Πολλάκις δὲ καὶ ἀκύλοις καὶ βαλάνοις ἀντὶ τῶν ἀστραγάλων οἱ ῥιπτούντες ἐχρῶντο.

---

§. *De Ludi Talorum Antiquitate.*

HIcce Ludus à summâ & remotissimâ Antiquitate arcessitur. Hujus enim meminit Homerus Iliad. Ψ', 88, Ἀμφ' Ἀστραγάλοισι χολωθεὶς, *circa Astragalos iratus*, nempe Astragalorum Ludo percitus irâ. In tantâ antiquitate nullum hujus Ludi Autorem quærimus nec reperire speramus: nam potest esse ut longè ante Homeri tempora extiterit Cùm enim ludatur ossiculis quæ naturalia sunt, non erat opus Arte quæ ea excogitaret: & cùm natura ipsa hujusmodi ossicula hominum oculis sponte objecerit, non est impossibile quin ab ipso Diluvio, imò & à rebus primò conditis arcessendus sit. Nam nihil obstat quin Adamo & universo Mundo coævus sit.

Et

Et quamvis hic Ludus ſit Aleæ ſpecies à ſorte ac fortunâ prorſus pendens, videtur tamen reliquis Aleæ Luſibus innocentior, cùm nullibi legerim eum ullâ Lege prohibitum nec illicitum pronuntiatum: ſed è contra, ſemper fuit Magnatum exercitium, & honeſtus habitus, quamvis Cicero ſemel eum vituperaverit, non tam ob naturam rei, quàm ut Rhetoricum colorem inducere poſſet.

HISTORIA DAMILUDII SEU LATRUNCULORUM.

§. I. *De hujus Ludi Nominibus.*

AN Ludus Dam ſit idem cum Ludo *Latrunculorum*, à quibuſdam dubitatur, fortè quia modus ludendi non eſt prorſus idem; cùm in Dam (prout apud Germanos exercetur) unus capiat alterum, ſed in *Latrunculis* (ut videtur) duo includant capiántque unum. Sed hæc differentia non eſt tam magna, quin ut à diverſis Gentibus diverſimodè exerceatur. D. Saraçin ingenioſus Scriptor, judicat Ludum Dam Romanis notum fuiſſe ſub nomine *Latrunculorum*, de quibus mox agendum.

Hic Ludus Anglicè dicitur Draughts, à *trahendo* Calculos: Belgis Schuyf, (q. d. Anglicè Shove,) à *trudendo* eosdem, quasi dicatur *Ludus truforius*; quod cum Gallorum *Pouſſes* apprimè convenit. Hic Ludus ab hujus & præcedentis ſeculi Autoribus ſæpè vocatur *Calculorum Ludus*; quæ quidem appellatio nimis generalis eſt, cùm fermè omnes Ludi olim *Calculis*, i. e. Lapillis exercerentur. Nec ſanè comperi Romanos eâ Appellatione uſos fuiſſe. Nam quamvis apud Claſſicos Scriptores frequens ſit mentio *Calculorum*, qui proculdubiò ad hunc Ludum ſpectabant; ipſum tamen Ludum denotare volentes Romani, dicebant *Latronum* ſeu *Latrunculorum Ludus*: de cujus Nominis ratione infrà dicetur.

Hicce Ludus veteribus Germanis, ut & hodiernis, dictus eſt Dam, & eundem exercere eſt Damen, i. e. *Ludere Dam.* Hoc Nomen aliæ Gentes arripuerunt & mutuârunt: Hiſpanis enim dicitur *Juego das Damas*, Italis *Giuoco de Dames*, Gallis *le Jeu des Dames* ſeu *Dames pouſſes*, q. d. *Dominæ truſæ* ſeu *truſoriæ*, quia trudendo moventur. Hæc autem adduntur Epitheta, ut diſtinguatur hic Ludus à quodam Tabularum Luſu qui vocatur *Dames rabbatuës* & *Dames avallées*, i. e. *Dominæ depulſæ* ſeu *ſubductæ* & *ſubmotæ*.

Ab Italis hoc Nomen tranſiit ad Turcas, qui dicunt داما اویونی *Dáma ojúni*, i. e. *Ludus Dama.* Cúmque Nomen *Dames* in Linguis Europæis

ropæis denotet *Dominas*, sunt qui non dubitârunt hunc Ludum Latinè appellare *Dominarum Jocum*; quod profectò est Jocus omninò ridendus, dum illi Critici nolunt extra suarum linguarum pomœria quærere. Hic enim est vel Teutonum vel Romanorum Ludus planè Militaris, quo semper designata est Forma Belli: unde à Romanis subinde dictus est *Bellum Latronum*. Isti autem Latrones non erant Fœminæ: vel si fuissent, quid quæso fœminis cum Bello? Vel an Teutones & Romani fuerint ita effœminati, ut excogitârint quem eorum milites & magnates exercerent Lusum quendam Fœminarum potiùs quàm Virorum? An Mecœnas & Galba (quos aliquis meminit esse Latrunculis Lusores) Lusum fœmininum exercuerunt? Absit! Dictis itaque Criticis hujus Ludi Scopus haud satis perspectus est. Hoc enim non est rationi consentaneum, ut Ludus cui Viri interesse supponuntur, sub personis Fœminarum repræsentetur. Videmus autem plerosque homines incuriâ ductos peregrinum & exoticum hoc à Teutonis acceptum Nomen, vernaculis suis Linguis interpretantes; quasi omnium quibus ipsi utuntur Nominum Origines, intra suæ Linguæ limites quærendæ essent. Istiusmodi socordia magnis aliquando erroribus ansam dedit, inter quos & hic est: cui tamen cùm jam ubique sit receptissimus, & quasi urbe donatus, eò faciliùs à nobis condonabitur.

Hoc autem magis accuratè perpendentes, facilè perspicient tam Teutonum quàm Romanorum

rum Nomen eò ſpectare, ut utrumque huic Ludo Militari optimè conveniat & Bellum indigitet. Ut itaque hujus Ludi primordia ſeu origines tam ex ſuoipſius ingenio ſcopóque, quàm ex verâ Nominum Originatione eliciamus, Teutonum Dam, (quod quidem vocabulum ad nos Anglos uſque etiam propagatum eſt,) propriè eſt *Agger* ſeu *Vallum*, quod tempore Belli contra Hoſtes aggeritur, & Damen eſt vias contra hoſtium incurſiones aggeſtâ terrâ tanquam muris obſtruere. Pro ejuſmodi *Vallis* ſeu *Aggeribus* habendæ ſunt Lineæ ſeu Striæ Ductúſque tam recti quàm tranſverſi qui ſingulas Mandras & Stationes quibus continentur Milites circumſcribunt muniuntque. Adeò ut Nomen Dam *Munimentum* & *Præſidium bellicum* hoc modo notans, Ludo etiam Bellico haud malè quadrare cenſeatur.

Quoad veteres Romanos *Militum* Nomen in hujus Ludi mentione toties repetitum, ſatis monet, eos hunc pro Ludo Militari habuiſſe. Sed præſertim, cùm *Latrones* & *Latrunculi* ſint *Milites*, adeò ut *Latronum Ludus* ſignificet *Militum Ludum*, hoc quidem omnem de hac re controverſiam planè tollit.

Cúmque *Shahiludium* ſit quoque Ludus Militaris, plurimi perperàm exiſtimârunt illud eſſe *Latrunculorum Ludum*: quâ in re omninò falſi ſunt. Adeò ut mirum ſit dictu, quantum bonæ Latinitatis hoc & ſuperiore ſeculo malè collocatum fuerit in applicando *Latronum* & *Latrunculorum* vocabula *Scachorum Ludo*. Plerique

rique enim moderni Scriptores *Ludi Latrunculorum* mentionem facientes, iſto Nomine noſtrum *Shahiludium* intelligunt. Quàm autem malè torta ſunt Autorum Romanorum loca, dum ad *Shahiludium* (cui minimè quadrant,) invitò trahuntur, cuivis æquo hujus rei judici facilè ut ſpero liquebit; cùm quid reverà Veteres hiſce Nominibus intellexerint, in ſequentibus monſtravero.

Jac. Micyllus in Notis ad Ovid. Triſt. lib. 2, ſuperiori ſeculo ſcriptis, ſtrenuè & quidem rectè negat Verſus quos exponit Ovidianos referri poſſe ad Scachiæ Ludum, utpote cujus mentio (dicente quoque Merulâ) apud veteres nullibi fiebat. Dictus autem Micyllus peſſimè errat referendo eadem loca Ovidiana ad Πλινθίον, de quo poſteá.

Inter illos qui dictis Nominibus *Shahiludium* intelligunt, ſunt qui putant *Latrunculorum* Ludum primò inventum & uſurpatum fuiſſe in carcere, propterea quòd *Latrones* & *Latrunculi* ſint *Fures* ac *Prædones*. Et huc quoque pertinere exiſtimant Germanicum Schach, i. e. *Prædari*. Iſtis autem hominibus non innotuit utriuſque Ludi Antiquitas, nec fuit ſatis perſpectum, quòd *Latrocinii* ad *Furtum* applicatio, modernior fuerit, nec Ludi hujus origini coæva. Tempore enim Ennii & Plauti, *Latrones* ſemper erant *Milites*, formâ Diminutivâ dicti *Latrunculi*: & *Latrocinari* erat *Militare*. Ennius Annali primo,

Hac effatus, ubi Latrones dicta faceſſunt.

Idem alibi,

——— *Fortunas ecquas cepêre Latrones,*
Inter ſe memorant.

Plautus in Milite glorioſo, Act. 1, Scen. 1,

Videtur tempus eſſe ut eamus ad forum,
Ut in tabellis quos conſignavi hîc heri
Latrones, ibus dinumerem ſtipendium.
Nam Rex Seleucus me opere oravit máxumo,
Ut ſibi Latrones cogerem & conſcriberem.

Idem eâdem Fab. Act. 2, Scen. 6,

An quia Latrocinamini, arbitramini
Quidvis licere facere vobis?

Idem Act. 4, Scen. 1,

(*meum,*
Nam hodiè ad Seleucum Regem miſi Paraſitum
Ut Latrones quos conduxi, hinc ad Seleucũ duceret,
Qui ejus Regiam tutarentur.

Varro Lib. 6. de Ling. Lat. & Nonius, citant Fragmentum cujuſdam Poëtæ ex deperditâ Fabulâ *Cornicularia*,

Qui Regi Latrocinatus decem annos Demetrio.

Et

Et alibi,

Nam & hic Latro in Spartâ fuit.

Apud dictos Authores quales primò erant *Latrones*, satis constat. Isti autem posteà ab originali suo Instituto desciventes, eodem Nomine quo primitùs Stipendium, posteà Suspendium meruerunt. Tempore enim Ciceronis, *Latronum* & *Latrunculorum* vocabulis, non ut anteà *Milites*, sed *Prædones* notabantur. Et tempore Horatii iidem, quasi adhuc magis degeneres, habebantur *Fures*, iique nocturni.

Rursus vero de hisce Nominibus aliud est dissidium: qui enim Milites iis designari fatentur, putant quòd *Latro* sit q. d. *Latero*, & *Latrunculus* q. d. *Laterunculus*, quia Regis aut Principis Lateri tanquam Satellites astabant. Minimè autem probanda est hæc Originatio, quamvis Varronem habeat Authorem: cùm enim maxima pars Linguæ Romanæ deducta sit ex Græcâ, sic & nostrum *Latro*: quod itaque est i. q. λάτρις, ιος, *Servus, famulus*: vel i. q. Participium λατρεύων, unde est *Latronis* Nomen, ἀπὸ τῦ λατρεύειν, quia Principi suo in Bello *serviebant*, & hoc modo merebantur *Stipendium* dictum λάτρον, quod Hesychius exponit μίσθον. Huc facit locus Plauti in Curc.

Latrocinatus annos decem mercedem accipio.

Et Graechus apud Nonium Marcellum,

Qui apud Regem in Latrocinio fuisti, stipendium Acceptitâsti.

Hæcque Vocabula verè Militaria, à veteribus optimâ Analogiâ huic Ludo Militari applicata sunt. Adeo ut *Calculi*, etiam (qui vel erant Lapilli naturales vel ex Vitro fiebant,) dicerentur *Latrones*, qui lusile prælium committerent: sic Ovid. Artis amandi lib. 3,

Cautaque non stultè Latronum prælia ludat.

Idem in Artis amandi lib. 2,

Sive Latrocinii sub imagine Calculus ibit,
Fac pereat vitreo Miles ab Hoste tuus.

Et Martial. lib. 7, Epigr. 72,

Sic vincas Noviumque Publiumque,
Mandris & vitreo Latrone clusos.

Hic Ludus apud Turcas aliquando appellatur آدلغباج *Atlanbâgj*, nunc Europæorum modo دامه *Dâma*, quorum illud (si rectè distinxit narrator,) طوغري *Dogri*, i. e. *rectà*, hoc verò ترس *Ters* i. e. *obliquè* movetur. Sed fortè voluit doce-

docere, motionem progreſſionis eſſe directam; & motionem capiendi aut interficiendi aliquem, eſſe obliquam.

Hiſpani quatuor hujus Ludi Nomina habent: quorum unum eſt *las Damas*, ſuperius dictum. Alterum eſt *Alquerque*. Tertium eſt *Caſtro*: quartum *Real*. De his Covarruvias, *El padre Guadix dize, que el Nombre Alquerque, es Arabigo, y lo meſmo que in Caſtellano llamamos Caſtro, porque tiene ſemejança el Tablero rayado donde ſe juega à Caſtra metation lineada en planta.* Deinde ſub nomine *Caſtro*, idem Covarruvias dicit, *Caſtro, lo que por otra nombre llamamos Real, &c. y porque la planta ſuya eſtà lineada, y ſe parece a las rayas del Tablero, en que los muchachos juegan con unas pedreçuelas. Llamaron eſte juego el Caſtro.* Pedro de Alcala in voce *Alquerque*, hoc ſuo modo literis Hiſpanicis exprimit Arabicè *Querque*. Diego de Urrea apud Covarruviam citatus, deducit *Alquerque* ab Arabico حركة *Herequet*, i. e. *motio*. Iſte autem peſſimè fallitur; cùm ex Camûſi Autoritate planè ſcribendum ſit الغرق *Alkirk* per Keſram, quod à quibuſdam ſonatur *Alkerk*.

Sed benè notandum eſt quod Hiſpani (ſec. Covarruviam) perperam huic Ludo tribuerunt hoc Nomen Arabicum ab Arabibus Mauris acceptum, quod reverà planè pertinet ad alium Ludum qui in hoc libello occurrit ſub nomine *Triodion*; ubi de hac re fuſiùs dicetur. Arabes autem nec Africani nec Aſiatici (quatenùs com-

peri ullum huic Latrunculorum Ludo nomen aptârunt : ideóque nec illis olim notum fuisse credamus.

§. II. *De Tabellâ lusoriâ & Calculis, & de ratione ludendi.*

ISte Ludus exerceri solebat in *Tabellâ*, quæ apud Senecam vocatur *Tabula Latruncularia*, Macrobio autem dicitur *Abacus*, Saturnalium lib. 1, cap. 5, *Sed vultísne diem sequentem, quem plerique omnes Abaco & Latrunculis conterunt, nos istis sobriis fabulis, mutuis ex lecto relationibus exigamus?* Germanis dicitur **Dambort** seu **Dambert** sive **Dambret** : Gallis *Damier* : Turcis دامه تختهسي *Dáma táctasi, Dama Tabella.*

Orbiculi quibus luditur, qui Ovidio formâ diminutivâ dicti sunt *Calculi*, olim formâ absolutâ dicebantur *Calces* : sic Plautus in Pœnulo,

Profectò ad incitas Lenonem rediget, si eas abduxerit:
Quin priùs disperibit faxo, quàm unum Calcem (cierit.

Romani olim vocârunt *Calculos*, quia primò apud vulgus *Lapilli* erant naturales. Unde etiam Hispanis vocantur *Piedreçillas* seu *Pedreçuelas*. Postea autem Magnates eos ex Gemmis vel Vitro arte factos habuerunt : de quibus Covarruvias,

vias, *Estas Pedreçuelas en los Tableros de los ricos eran hechas con arte o de Criſtal o de Vidrio.* Cúmque hic Ludus Belli ſpeciem referret, iſti *Calculi* aliis nominibus appellati ſunt *Latrones* ſeu *Latrunculi*, & *Milites*, qui nunc pro te pugnantes, nunc *Hoſtes* eſſe poſſunt. Sic Martialis lib. 14, Epigr. 20,

Inſidioſorum ſi ludis Bella Latronum,
Gemmeus iſte tibi Miles & Hoſtis erit.

Et Ovid. lib. 2. de Arte amandi, ut ſuprà allegatum,

Fac pereat vitreo Miles ab Hoſte tuus.

Hujus Ludi *Calculi* ſeu *Orbiculi* Turcis hodiè vocantur بوللر *Pûllèr*, pluraliter; vel in ſingulari دامهٔ بولي *Dáma pûli.* Eſt autem *Pûl* Nummulus, præſertim æneus quem Farthing vocamus: nam vel Nummulis vel Orbiculis planis ex ligno aut quâvis aliâ materiâ factis ludere ſolent.

Calculus ſimplex Germanis dicitur Stein, Gallis *Pion*, Italis *Pedino*: Calculus verò duplicatus his tribus Gentibus dicitur Dam, *Damée*, *Damáte.*

Tabella in quâ hoc Ludus exerceri ſolebat, ex unâ parte *Teſſeris*, ex alterâ verò *Calculis* aptata erat: eodem modo quo fit ab hodiernis, qui in Alveoli ſeu Tabulæ adverſâ parte Teſſe-

ris,

ris, in aversâ parte tam Scachis quàm Calculis ludunt. Hoc vult Martialis,

Hic tibi bis seno numeratur Tessera puncto:
Calculus hîc gemino discolor Hoste perit.

In lusoriâ Tabellâ *Areolæ* vocantur *Mandræ*, *Septa*, *Vallæ*, &c. Quot autem *Areolas* dicta Tabella contineret, uti etiam quot essent *Calculi*, apud veteres filetur. Souterius p. 60, dicit hunc Ludum 30 Calculis, sc. 15 albis & totidem nigris exercendum: Sed fortè meliùs dixisset 32; cùm propter duplicatam utrinque seriem, numerus par esse debeat. Sunt ex Germanis, ut & quoque Turcæ, qui 12 aut 16 Calculis ex utrâque parte utuntur. Eorúmque Tabella hac formâ construitur, & Calculi semper obliquè moventur, tanquam ex insidiis hostes adorientes, ideóque *Insidiosi Milites* vocantur.





Galli & Angli hunc Ludum exercent in ordinario Scaccario: in quo tamen non opus est ut Areolæ in nigras & albas distinguantur, sed omnes sint ejusdem coloris. Et 12 ex utrâque parte

te Calculos ad hunc modum collocatos habuerit.

Sed non videtur neceſſe ut Tabula ad certam aliquam magnitudinem, nec Calculi ad certum numerum reſtringantur; cùm in ipſo Ludo nulla hâc ratione mutatio aut diverſitas evenire poterit, modò utraque ludentium pars ſit æqualis. Nam cùm ſit imitatio Belli & duorum Exercituum inter ſe invicem belligerantium, tam Exercitus quàm ejuſdem Campus militaris poteſt eſſe vel major vel minor, prout ludentibus fingere & formare placet. Unde fit ut apud veteres nulla ſit in hac parte determinatio, quatenùs comperiri potuit.

Reſtat verò ut de ratione ludendi dicamus. De hac re Covarruvias, *Alquerque es un juego de Piedreçillas ſobre un Tablero rayado que haze diverſos Quadros, y por las Rayas van moviendo ſe, y quando hallan tercera Caſa vacia del contrario, paſſan a ella, ganandole la Piedra que eſtava en medio, que alcunas vezes acaece ſer dos y tres, y ſi pudiendo tomar, no lo haze, pierde la ſuya, y por termino proprio Seluſóplan*, i. e. Proflant. Sic & Angli dicimus **Puff it** ſeu **Blow it**; quando nempe Ore ſufflando, auferimus Colluſoris Calculum quo ipſe, ſi ſatis intentè animadvertiſſet, noſtrum capere potuiſſet: ipſo enim negligente noſtrum, nos ipſius Calculum nudâ manu tollimus: idque vel ante vel poſt Coronationem. Gallicè vocatur *Forçat*, quando aliquis cogitur capere Adverſarium, aliàs ipſe capitur.

Communi autem ludendi ritu, ex veterum

tentiâ constat lusum fuisse Discoloribus Calculis, adeò ut duo Concolores unum Discolorem circumventum tollerent. Ad hoc verò evitandum, oportebat habere comitem à tergo sequentem, qui posset stipare & munire eum qui se periculo exponebat. Hoc vult Ovidius Tristium lib. 2,

Discolor ut recto grassetur limite Miles,
Cùm medius gemino Calculus Hoste perit.
Ut mage velle sequi sciat, & revocare priorem:
Nec tutò fugiens incomitatus eat.

Idem in Artis amandi lib. 3, ubi Puellas quid ex earum parte agendum sit, docet,

Cunctaque non stultè Latronum prælia ludat,
Unus cum gemino Discolor Hoste perit.
Bellator suo pressus sine compare bellet
Æmulus, inceptum sæpè recurrat opus.

Aliàs legitur, *& reptum sæpe recurrat iter.*

Ex his colligimus Romanorum Ludum, ut scil. unus Discolor à duobus Concoloribus capiatur: deinde, quod recto limite, i. e. rectà eundo progrediantur Calculi; obliquè enim quasi ex insidiis cædunt feriuntque, hoc est Pedites in Shahiludio faciunt. Illud Turcis دگری *Degri*, i. *recta*: hoc verò ترس *Ters*, i. *oblique*. Porrò, si volumus revocare Calculum, (quod solis Coronatis

natis fit, ut Officiarii privilegium in Scachis,) ut antea progrediens, ita nunc nec recedens seu fugiens, sine comite tutò ire potest. Nam semper molestum opus iterque zeloso Bellatori sive Lusori recurret, si deprehensus sit ut sine compare bellet.

Videtur hic Ludus institutus ad imitationem Belli Equestris, ut scil. Milites fuerint Equites, quia alii alios capiunt feriuntque saltando: si enim tertia Areola, ea nempe quæ ultra Hostem est, vacare deprehendatur, meus Miles per caput Hostis saliendo eum capit. Hoc autem faciendum est quando habemus in promptu alium ex nostris qui nos muniat, ut rursus mox non capiamur: aliàs enim lentiori gradu in proximam tantùm areolam eundum est, & à cædendo abstinendum. Isidorus Originum lib. 18, cap. 67, de Calculorum mōtu sic agit, *Calculi partim ordine moventur, partim vagé. Ideò alios Ordinarios, alios Vagos appellant. At verò qui omninò moveri non possunt, Incitos dicunt. Unde & egentes homines Inciti vocantur, quibus spes ultrà procedendi nulla restat.* Hinc phrasis, *Ad incitas redactus* seu *reductus*; &, *Res ad incitas rediit*, i. e. ad malum statum: hoc inquit Budæus, est Proverbium desumptum à Calculis lusoriis qui loco cieri seu moveri nequeunt: quasi ab *in* privativo, & *cieo*, id est, *moveo*. Aliter autem apud Ciceronem, *Incitus* est valdè citatus & agilis: nam *in* subinde est tam intensivum quàm privativum.

Plerumque autem, quando aliquis Militum

ita undequaque includebatur ut progredi & regredi nequiret, dicebatur *alligari*, & talis Calculus erat *alligatus*: & quando viam evadendi ſibi proſpexiſſet, dicebatur *exire*. Sic Seneca Epiſt. 117, *Nemo qui ad incendium domûs ſuæ currit, Tabulam Latruncullariam perſpicit, quomodo alligatus exeat Calculus.* De hoc Autor Panegyrici ad Piſonem,

Ut niveus nigros, ut niger alliget albos.

Calculi itaque aut ligabantur ut non poſſent exire nec moveri, aut capiebantur: & unus commodè collocatus poterat duos adverſæ partis ligare; ſed unus diſcolor capi non poterat, niſi à duobus contrariis incluſus & circumventus.

Porrò obſervandum eſt, quòd qui in luſu plures ſibi reſervabat Calculos, majorem vincendi ſpem habebat: qui verò pauciores, propior erat ut perderet. Ideóque Seneca de Tranquillitate animi lib. 14, de ſummâ Julii Cani jamjam morituri ſecuritate agens, hæc habet; *Veriſimile non eſt quæ vir ille dixerit, quæ fecerit, quàm in tranquillo fuerit. Ludebat Latrunculis cùm Centurio agmen perituroruṁ trahens, & illum quoque citari jubet. Vocatus, numeravit Calculos; & ſodali ſuo, Vide inquit, ne poſt mortem meam mentiaris te viciſſe. Tum annuens Centurioni, Teſtis inquit, eris me uno antecedere. Luſiſſe tu Canum illâ Tabulâ putas? Illuſit.*

Si aliquis ex Militibus per hoſtiles copias per-

perrumpens, ad extremam lineam pervenerit, is majore reliquis autoritate pollens, evadit *Imperator* ſerto coronandus, Turcis in hoc Ludo dictus پادشاه *Pâdishâh*, qui totius Exercitûs Dux generalis habetur. Si plures ejuſmodi ſuccedunt, priore adhuc in vivis manente, (ut in *Shahiludio*,) reſervandi ſunt donec *Imperator* vel defunctus vel captus fuerit: nam plures *Imperatores* ſeu Generaliſſimi ſimul eſſe non poſſunt. Ideóque in Europæorum Luſu ineptum videtur plures eodem tempore *Coronatos* habere, quos vocant *Officiarios*: ſed in Romanorum Luſu nulla *Officiariorum* mentio, nec quales aut quinam ſint Officiarii dici poteſt ab ullo mortalium. Quicunque autem evaſerit *Imperator*, aliò ejuſdem ſpeciei quaſi Serto coronatur & duplicatur. Et, cùm reliqui ſimplices poſſint tantùm (ut milites gregarii) rectâ & progreſſivâ motione uti, dictus *Imperator* donatur libertate pro libitu quaquaverſus progrediendi & regrediendi, ut pro re natâ Militibus mandata impertire poſſit. Ideóque ubi plures eodem tempore tales ſunt, maximum Luſori commodum afferre poſſunt, ſi modò legitimum ſit plures eodem tempore *Imperatores* habere.

Sed ut explicatiùs dicam, nobis hodiè is dicitur *Imperator*, qui plures Reges aut Liberos Principes ſub ſe habet. Longè aliter verò apud Romanos, *Imperator* erat exercitûs Dux Generalis qui devicerat hoſtium exercitum 10000 hominibus conſtantem. Et hoc planè huic Ludo

Militari quadrat, ut qui in eo *Imperator* est, sit Exercitûs Dux Generalissimus, eodem modo ac apud Romanos mos erat; ut quoties aliquis Exercitûs Dux Generalis (ut supra dictum) insignem Victoriam reportâsset, toties eum *Imperatorem* nuncupare: quod etiam in eorum Nummis memorialibus notatum, ut ὁ δεῖνα *Imperator* XVI, id est, decimosextó. De hoc consulatur Camdeni Britannia in initio, ubi de Nummis agit. Sic in hoc Ludo *Victor*, suâ vice fit *Imperator*. Et hoc apud veteres erat *Imperator exire*. Sic Flavius Vopiscus in Proculo, *Nam cùm in quodam Convivio ad Latrunculos luderetur, atque ipse decies Imperator exîsset, quidam non ignobilis Scurra, AVE inquit AUGUSTE; allatâque lanâ purpureâ, humeris ejus junxit*, seu ut alias legitur, *humeros ejus vinxit*.

Ad hunc locum Dempsterus in Paralipomenis ad Joh. Rosini Antiq. Roman. lib. 5, cap. 1, *Videtur exprimere formulam creandi Imperatoris Byzantini observatam. Nam inter alia Principatûs Ornamenta & Inaugurationis Symbola, purpureâ Chlamyde humeros vestiebant.* Corippus de Laudibus Justini Imp. lib. 11, num. 4,

Cæsareos humeros ardenti murice texit
Circumfusa Chlamys, &c.

Omnium autem amplissimam hujus Ludi descriptionem habemus ex Eclogâ ad Calpurnium Pisonem in Catalectis veterum Poëtarum, & alibi: cujus Poëmatii quidam Ovidium,

alii

alii (ut Hadr. Junius & Joſ. Scaliger) Lucanum Autorem ſtatuunt:

Te ſi fortè juvat ſtudiorum pondere feſſum,
Non languere tamen, Luſúſque movere per artem:
Callidiore modo Tabulâ variatur apertâ
Calculus, & vitreo peraguntur Milite Bella;
Ut niveus nigros, nunc ut niger alliget albos.
Sed tibi quis non terga dedit? quis te Duce ceſſit
Calculus? aut quis non periturus perdidit hoſtem?
Dum fugit, ipſe rapit: longo venit ille receſſu.
Quis ſtetit in Speculis, hic ſe committere rixæ
Audet, & in prædam venientem decipit hoſtem.
Anticipes ſubit ille moras, ſimiliſque ligato,
Obligat ipſe duos: hic ad majora movetur,
Ut citus, & fractâ perrumpat in agmina Mandrâ,
Clauſaque dejecto populetur mœnia Vallo.
Interea ſectis quamvis acerrima ſurgant
Prælia Militibus, plenâ tamen ipſe phalange,
Aut etiam pauco ſpoliatâ milite vincis,
Et tibi captivâ reſonat manus utraque turbâ.

Calculorum in hoc Ludo numerum (ut ſuprà) nullibi invenio determinatum: at cùm Luſus ſit formâ duorum exercituum, & cùm exercitûs nullus ſit determinatus numerus, ideóque nec in hoc Ludo certus Calculorum numerus eſt neceſſarius, modò ambo exercitus ſint numero pares. Et ut in Latrunculis, unum diſcolorem duo concolores circumventum capiunt, ſic & in eo qui apud Græcos olim erat 60 Calculorum Luſus huic valdè ſimilis, ſi non idem, Ἡ δι' διὰ πολλῶν γράμμων παιδιὰ,

διὰ, Πλινθίον ἐστὶ, χώρας ἐν Γραμμᾶις ἔχον διακειμένας· καὶ τὸ μὲν Πλινθίον καλεῖται Πόλις, τῶν δὲ ψήφων ἑκάστη, Κύων. Διῃρημένων δὲ ψήφων κατὰ χρόας, ἡ τέχνη τῆς παιδιᾶς ἐστι, περιλήψει τῶν δύο ψήφων ὁμοχρόων τὴν ἑτερόχρουν ἀναιρεῖν. Ὅθεν καὶ Κρατίνῳ πέπαικται,

Πανδιονίδα πόλιν βασιλέως, τῆς περὶ κόλακος.
Οἶσθ' ἣν λέγομεν, καὶ Κύνα καὶ Πόλιν ἣν παίζουσιν.

Hinc dicitur Πόλει παίζειν. Et apud Zenobium Cent. 5, Prov. 67, legitur, Ἡ δὲ Πόλις, εἶδος ἐστὶ παιδιᾶς πεττευτικῆς. Non autem hinc colligendum (ut apud Meursium videtur,) quòd Πόλις sit vera Πεττεία; ut neque ex sequentibus potest colligi quòd Πόλις sit Κυβεία strictè sumpta, sc. ea quâ Aleæ Ludus propriè intelligitur: Ὅτι εἶδός τι Κυβείας καὶ Πόλις, ἐν ᾗ ψήφων πολλῶν ἐν διαγεγραμμέναις τισὶ χώραις κειμένων, ἐγίνετο ἀνταναίρεσις· καὶ ἐκαλοῦντο αἱ μὲν γραμμικαὶ χώραι, Πόλεις ἀστειότερον· αἱ δὲ ἀντεπιβουλεύουσαι ἀλλήλοις ψῆφοι, Κύνες, διὰ τὸ ἀναιδές.

Dictus Cratini locus in *Captivis*, subobscurus est, ubi fortè illudit Athenarum Urbi (emphaticè aliquando dictæ Πόλις, & à *Pandonio* ejusdem Rege, Πανδονὶς,) ad hanc per Urbem ludicram pulchrè alludendo, & ad Regis Adulatores, ubi sc. *à Cratino lusum seu jocatum est, Pandionidem Regis Urbem, cujus de Adulatore quam dicamus, nôsti; & Canem, & Urbem quam ludunt*: ubi Adulatores Canibus comparantur, & pulchrè à Poëtâ allusum est, ut præsentes tunc mores perstringerentur sub umbrâ hujus Ludi, qui, quia anteactis seculis institutus fuerat, à nemine taxari potuit.

Huic

Huic Ludo similis est alius dictus Γραμμισμός : sic enim Pollux. Ἐγγὺς Νέᾳ παύτη τῇ παιδιᾷ, καὶ ὁ Γραμμισμός, ᾗ τὸ Διαγραμμίζειν, ἵν' πνα παιδιὰν ᾗ Γραμμὰς ὠνόμαζον. Et Hesychius, Διαγραμμισμὸς παιδιὰ ἣν ψήφων ἐξήκοντα λευκῶν ᾗ μελανῶν ἐν χάραις ἑλκομένων. Hicce Ludus videretur *Nerdiludio* affinis, nisi quòd Calculorum numero sit dispar ; quâ in parte nullum scimus Ludum qui huic correspondeat.

---

§. III. *De Ludi Latrunculorum Antiquitate.*

INter Latinos qui hodiè extant, Seneca hujus Ludi mentionem frequentiùs injicit : & Plinius ex Mutiano meminit Simias Latrunculis lusisse. Sed proculdubiò ejus antiquitas longè ultra horum virorum tempora arcessenda est. Cùm enim in hoc Ludo *Latrunculorum* nomen (sec. ejusdem primitivum & primarium usum) nil nisi planè *Milites* significârit, ejúsque dictus usus posteà in desuetudinem abierit, statuendum est hunc Ludum inventum fuisse illis temporibus quibus primarius dicti nominis usus vulgò obtinebat, cùm hoc nomen tam appositè rei naturæ & scopo respondeat, ut suprà notatum est.

Ut itaque retrò eundo propiùs ad inventionis tempora accedamus, & hoc modo hujus Ludi Antiquitatem eliciamus, observandum est (ut suprà) quòd saltem tempore Ciceronis qui secu-

lo Christum præcedente floruit, primitivus *Latrunculorum* Vocabuli usus omninò exolevit: ideóque aliquot seculis ultra Ciceronem hujus Ludi Originem repetendam esse; sc. ab eis superioribus seculis quibus hujus Ludi Vocabulum usum suum primitivum obtineret, nempe ultra tempora Plauti, apud quem *Latronum* & *Latrunculorum* primaria significatio erat receptissima. Si hic Ludus sit Græcorum Πόλις (ut quidam volunt,) tum luce historicâ deducatur à temporibus ultra Cratinum, qui quinto ante Christum seculo floruit. Sed nolo rem tam incertam temerè determinare, cùm nullibi apud antiquos extet Πόλεως Schema unde instituatur utriusque Ludi vera & certa Collatio.

Quamvis itaque certum sit hunc Ludum fuisse valdè antiquum, quo tamen certo seculo inventus fuerit, aut quis primus excogitaverit, nullibi proditum. Et sanè vix credo eum fuisse Græcorum Inventum, cùm apud Græcos certum ejus Nomen non extet. Fuit itaque potiùs vel Romanorum vel Teutonum Inventum, in Occidente natum. Cúmque jam ex certissimis indiciis satis appareat hunc Ludum esse octingentis aut pluribus annis antiquiorem *Shahiludio*, (quod Orienti sua incunabula debet, & non nisi quingentis post Christum annis excogitatum est,) quàm malè hac in parte à Criticis hactenùs tractata fuerit Latinitas quæ apud Romanos Scriptores ad hunc Ludum spectat, aliis judicandum relinquo.

Post *Latrunculorum Ludum* (Angl. Draughts,) tanquam ei affinem exhibemus magnum Chinen-

nensium Ludum qui à Magistratu & Magnatibus exerceri solet : quem calluisse pro sat magno honore habetur, quamvis quis aliam dignitatem non habeat, nec aliam Artem calleat, ut notat Purchasus noster : nam is est ex præcipuis Ludis quos Magnates & Viri Principes affectare solent, cùm Politicam Astutiam & circumveniendi Artes præ cæteris doceat. Et quidem hujus Ludi Prototypum ex Oriente delatum accepi ab Amplissimo Viro *D. Gifford* ad Indos Mercatore, qui ex Indiâ redux tum nuper fuerat Fortalitii nostri *St. Georgii* in *Madraspatnam* Gubernator dignissimus : cui pro tanto favore maximas Gratias refero.

De Circumveniendi Ludo Chinensium.

DE hoc Ludo primò audiemus Jesuitarum Descriptiones imperfectas & inter se discrepantes. Et posteà Chinensis mei Descriptio verior & perfectior afferetur.

De eo sic habet D. Semedo, *E ancora gravissima sorte di giuoco fra essi il seguente. In uno Scacchiere di trecento Case, giuocano con ducento pezzi, altri bianchi, altri neri. Con questi l'uno procura dimandar nel mezzo dello Scacchiere li pezzi dell' altro, acciò che possa signoreggiar nell'altre Case: in fine chi ha per se più Case occupate, vince il giuoco. In tal giuoco con gran gusto s'occupano gli Officiali, e spesso vi spendono buona parte del giorno; perche tra gente perita in un giuoco vi si consuma*

un' hora. Gli esperti dò questo giuoco sono stimati etiandio per questo solo titolo; e così sono spesso chiamati, e presi come Maestre d' esso con tutte le cerimonie.

Dominus Trigautius sequentem descriptionem (etiam imperfectam) in suo de Chinâ Libro habet: *Gravissimum inter eos Ludi genus est hujusmodi. In Alveo ducentarum Cellularum pluribus quàm ducentis Calculis colludunt, è quibus alii candidi sunt, alii atri. His Calculis alter alterius Calculos procurat in medium Alveum relegare, ut reliquis deinde Cellulis dominetur: ad extremum, qui plures in Alveo Cellulas sibi subjecit, Victor appellatur. Hunc Ludum avidissimè arripiunt Magistratus, & sæpè maximam diei partem ludendo consumunt: nam inter ludendi peritos, horam integram unus Ludus tenet. Qui hu us Ludi peritus est, tametsi nullâ aliâ re insignis fuerit, ab omnibus colitur, & evocatur. Imò nonnulli etiam solitis sibi ritibus Magistros legunt, ut ab iis accuratè hujus Ludi rationem edisc ant.*

In Legatione Batavicâ ad Sinas, legitur, *Magnatum Ludus est, quo Tabulam excavatam, cui trecentæ Ædiculæ ad latera sunt, cum ducentis Orbiculis albis partim & nigris, adhibent. Qui plures Ædiculas occupat, Victor est. Ipsi Magistratus integros dies huic Lusui impendunt, & qui in eo excellit, famam inde, ac æstimationem apud reliquos consequitur.*

Sed missis hisce aliorum Descriptionibus, Dominus *Shin Fo çung* nativus Chinensis non indoctus, tale ejus Schema pro me delineavit, Ludúmque descripsit seq. modo.

Hoc



Hic Ludus bellicus, (inter Sinenſes & Tataros Bellum repræſentans, cujus etiam Schema eſt Campi militaris æmulum,) apud Serum Magnates plurimùm exerceri ſolet Orbiculis vitreis numero 360, in Tabellâ (in cujus Long. & Latitudine ſunt 18 Areolæ in ſe ductæ,) cujus Quadratura eſt duorum Pedum, & aliquando minori formâ.

Iſte Ludus Sinicè vocatur *Hoy Kî*, i. e. *Circuli Ludus* ſeu *Circularis Ludus*; vel aliàs plerumque dicitur *Wei Kî*, eodem ſenſu: nam *Wei* eſt

Circùm ſeu *Circulus* ſive *Circuitus*, &c. Intelligitur autem *Circumventio* quâ unius partis Orbiculus ſeu Miles vitreus à pluribus Hoſtibus circumventus capitur, prout in ſequente Figurâ æneâ cernitur, ubi quatuor Areolarum medio Angulo ſitus Orbiculus à quatuor circumfuſis Hoſtibus includitur, & hoc modo incluſus capitur. Hæcce Figura ſeu includendi Formula quadrata Sinicè vocatur *Tèn*, i. e. *Oculus* ſeu *Ocellus*: & hujuſmodi *Oculos* ſemper conficere conatur quivis Luſor Victoriæ ſtudioſus, cùm hâc ratione vincat.

pag. 198.

Principio quidem dicta Tabella ad ludendum inſtruitur tantùm aliquot Orbiculis ſeu Militibus ex utrâque parte, cùm Areolæ non ſufficiant ut omnes ſimul prælio interſint, nec id fieri

fieri solet Colluſores autem alternatim & per vices, ſuos Milites ſigillatim collocant, prout in alterâ Figurâ æneâ quadratâ vides, ubi alterutrius partis duo Milites in 4 Areolarum Angulis in procinctu ſtantes viſuntur. Sed & inter collocandum ſubinde ad hoc collimant ut (quantùm poſſint) faciant *Ocellum* ut ſuprà in Diagrammate delineatur, cùm id ſemper ſit utriuſque partis Scopus & quicunque facto ejuſmodi *Ocello* poteſt 4 ſuis Militibus unum hoſtilem Militem includere & circumvenire, (ut in dictâ Figurâ æneâ modus capiendi incluſum Hoſtem docetur & repræſentatur,) illum capit & Captivum ducit, nempe Chinenſis Tatarum, aut vice verſâ.

Ut autem magis particulariter hujus Ludi indolem & ludendi modum doceam, uterque Luſor debet habere Orbiculos ſeu Milites ſaltem 180, quos prout opus eſt è Vaſculo promit: nam (ut dictum) non eſt neceſſe omnes ſimul in medium adducere. Inchoari ſolet Luſus circa medium Tabellæ: maxima autem Ars in initio collocandi Milites, & deinceps eoſdem promovendi, ita eſt ut commodè poſſint aliquem ex Adverſariis circumveniendo capere: quâ de cauſâ inſidiandi & opportunitatem captandi licentia utriſque Colluſoribus eſt æqualis, dum quiſque ſuâ vice ſigillatim tantùm unum Militem collocat, idque quantùm poſſit ad inſidiandum: nam & inter collocandum alii alios capiunt, nec expectatur donec omnes in Campo Militari collocati fuerint. Hic enim Ludus

dus repræſentat duos Exercitus ſeu Virorum Agmina pro aliquâ Regione contendentes, & hoſtes tam omnes quàm ſingulos circumveniendi opportunitatem captantes. Et hâc ratione in procinctu ſtantibus Viris Militaribus, ſupradicto modo miſcetur prælium, ut ſcil. capiendus Hoſtis à 4 Adverſariis incluſus, (quod vocatur *Oculus*,) ritè fiat Captivus, cùm non habeat exitum nec fugiendi locum, dum omnes per ipſos Angulos ſeu linearum interſectiones (& non aliter) rectà movere teneantur, ab Angulo in Angulum per ipſas Lineas directè, & non obliquè extra eas: nec poteſt aliàs erumpere aut evadere, niſi aliquis Angulus ſit vacuus & inoccupatus pateat. Ideóque qui alios circumvenire ſtudent, omnes Aditus præcludere & occupare neceſſe habent.

Quando autem faciendus eſt *Oculus*, ſi non habet quis in Menſâ qui eum conficiant, è Vaſculo ſuo novos promit: &, ſi una aliqua pars Tabellæ ſeu Campi Militaris nimis occupata ſit ab Hoſtibus, tum ſuos in aliam partem ſubducit: ſed tunc Hoſtis eum perſequitur, ſuos etiam ubicunque placet alternatim collocando, ut alterius Milites vel apertâ vi vel inſidiando capere poſſit. Et tandem quando pleræque partes Campi occupantur ab alterâ parte pugnantium, abſumptis & diminutis hujus partis Militibus ita non reſtet ſpes vincendi aut evadendi, tum (ſi ulteriùs ludere non libet,) Luſu finito à Victore proclamatur, *Huán leáo*, i. e. *Finitus eſt*: nam eâdem voce ſignificatur *finis*, *fini-*

finitus, finire, &c. ubi ſenſûs diſtinctio ex ſitu in ſententiâ & conſtructione diſcernenda eſt; eodem modo ut in uſu vocis *Wei* ſuprà docetur. Eſtque *leáo* Particula ferè expletiva Tempus præteritum notans.

His factis, tandem uterque Luſor numerat tam quot Campi partes ipſe tunc poſſideat, quàm quot in eis Milites habeat ſuperſtites: aut ſi alter Luſorum indubitatè unam aliquam maximam ſeu majorem Campi partem poſſidet, tum opus eſt ut numeret tantùm Milites ſuos, cùm de Campo non dubitetur. Et qui plures Campi partes occupat tenetque, dicit, Ego tot partes poſſideo, tu verò pauciores, minutis etiam Militibus, ergò *Ego vinco.* Sed quamvis quis pauciores Campi partes poſſideat, ſi tamen is plures ſuperſtites habeat Milites, tum ille vincit.

Ex his omnibus conſtat, hunc Ludum non eſſe Caſui & Fortunæ ſubjectum, ſed merâ peritiâ gubernari; adeóque non eſſe dubium quin ab omnibus licitus habeatur. Notandum etiam, quòd Ludi Character à Chinenſe meo diverſimodè ſcriptus eſt, uti videre eſt conferendo hunc cum eo qui in Tabulæ Ludo uſurpatur; quod monendum duxi, ne quis dictam diverſitatem à meâ incuriâ proceſſiſſe putet.

HISTORIA TRIODII.

§. I. *De hujus Ludi Nominibus.*

HIc Ludus benè notus fuit Romanis, apud quos tamen ſingulare ejus Nomen non reperi. D. Bulengerus Gallus in Libello Ludorum, de hoc Ludo agens hæc habet, Madrellas *inquam noſtri vocant, quia* Materes *ſunt* Baculi, *Autore Nonio: unde & hodiéque vox Gallica* Matras, Sagittam *ſignificat, quaſi* Baculum. *Siſenna vetus Autor dicit, Gallia* Materibus, *id eſt, Telis longis pugnat. Materis, ἡ ξυλεία, τὸ ὕλημα, unde & Materia dicta,* [*ex Cyrilli Gloſſario.*] *Cæſar etiam in Commentariis meminit* Materes *quibus pugnatum eſt.* Sic Bulengerus. Vir autem Doctus rem non tetigit: nam in voce *Madrella*, litera *d* (unde tota vis Etymologiæ Bulengeri pendet,) non eſt radicalis, ſed planè epenthetica & adventitia: & hâc ſublatâ, ut legatur *Marella*, ejus Etymon ſanè ruit: nam tunc à *Materis* deduci non poteſt. Præterea hodiè Sagittam non vocant *Matras*, ſed *Matlas*, niſi fortè *l* & *r* ſint commutabiles. v. Addit. in *Elencho Content.*

Sed ut quid ſit, dicam: Inſtrumenta ſeu Fruſtula quibus hic Ludus exerceri ſolet, reverà nomine Gallico appellantur *Merelles*, unde fit *Marelles*, ut legit Rablais, & *Marella*, ſeu ut D. Bulengerus interpolato *d*, minùs rectè legit *Ma-*

Madrella; quæ in Gallià aliquando ſunt erecta *Fruſtula* lignea, aliquando verò Lapides; Cotgravius *Pedites* vocat. Et, quia Lapillis aliquando luditur, Cæſar Oudin Hiſpanicè nominat *Juego de Tablas o Piedras*, minùs proprié. Totus iſte Ludus hodiè vulgò nominatus eſt *Jeu des Merelles*, unde etiam in Gloſſâ Talmudicâ מרלישׁ eodem ſono. Hinc etiam fit ut quibuſdam Italorum dicatur *Giuoco di Smarelli*. Dictus Oudin quoque alibi tanquam Hiſpanicum hujus Ludi nomen adducit *Alquerque*, cui (poſtquàm falsò expoſuit per Gall. *Eſchets* & *Dames*,) ſubjungit *Un jeu qui ſe fait avec des Gettons*, quod de hoc Ludo intelligendum eſt. Covarruvias itidem fallitur, hoc Nomen *Alquerque* reſtringendo ad Ludum quem vocant *las Damas*, (i. e. Draughts,) malè omninò; cùm certum ſit hoc eſſe Arabicum *Triodii* nomen propriè ſic dicti, ut infrà docebitur. Ex his partim videmus quantùm ab Autoribus in Ludorum Nominibus aſſignandis & explicandis erratum eſt.

Italis vulgò vocatur *Tavola da Molino*, cui conforme eſt Germanicum ejus nomen Mulen *mola*, ſeu Dupel-mulen, i. e. *Dupla molina*; fortè quia ejus Schema perindè ac Lapis molaris variis ſtriis ductibúſque conſtat, relicto foramine in medio: quæ tamen originatio non ſatisfacit. Sunt quibus Diagrammatis mediana pars (Anglis the Bushell,) vocatur Latinè *Modius*, fortè pro *Medius*. Sed cùm Germ. nomen Meule (ut al. dic.) præcipuè notet dictam partem me-

dianam, quæ Gallis semper dicitur *le Milieu*, i. e. *Medium* (quod est benè quadrans Nomen,) mallem judicare Germanicum **Meule** à Gallico corruptum fuisse. Dicta media pars Persis dicitur زندان *Zindân*, i. e. *Carcer*, idem quod Arabicum ejus nomen سجن *Sigjn* seu سجل *Sigjl*: & tale est aliud ejusdem Anglicum nomen **the Pound**, quod pecorum Carcer. In hoc enim loco, si Diagramma sit satis amplum, captos seu occisos Milites ponunt.

Aliàs autem Belgis est aliud nomen & duplex forma; minor dicta **Drie-sticken**, major **Negen-sticken**, quia apud eos tribus aut novem Lignículis exerceri solet. Germanis paulò aliter, minor dicitur **Mulochen**, q. d. *Novem loca*, quæ in ejus Schemate sunt; major verà **Dupel-Mulen**, ut suprá.

Apud Anglos vocatur **Bushels**, fortè propter mediam Schematis partem, quæ aliquando ita formatur, acsi Modium rotundum referre videretur. Quin & alia habet Nomina sec. numerum frustulorum quibus luditur, eáque à Gallico Nomine corrupta quo tempore Normanni Angliam possiderent: sicut est **Marlin**: aliàs **three mens Morals**, & **nine mens Morals**, & **nine penny miracle**, aut **nine pin miracle**; aliàs **three penny Moris**, aut **five penny Moris**, aut **nine penny Moris**, aliàs **three pin Moris**, aut **five pin Moris**, aut **nine pin Moris**. Pro his autem omnibus veriùs & rectiùs dicendum est **three pin Merells**, aut **nine pin Merells**, à quo cætera

omnia

omnia Nomina corrupta ſunt. Nam hic Ludus à pueris Salopienſibus exerceri ſolet, ducto humi Schemate, in cujus Angulis impacti ſunt tot *Paxilli lignei*, wooden pins, qui dentibus extrahendi præſcribuntur. Cúmque in humum adigi ſoleant tam altè ut ne vix reſtet extremitas extra humum viſenda, difficile erit dentibus apprehendere, niſi priùs ore applicato ad inſtar Canum terram rodant eámque rodendo avellant, priuſquàm talem Paxillum dentibus tangere liceat.

Apud Græcos, monente D. Golio in Lexico Arabico, hodiè vocatur τριοδιον: ſuſpicor verò rectiùs legendum τριβδιον, *trivium* ſeu *triplex via*, cujus nominis ratio infrà patebit.

In D. Caſtelli Lexico Polyglotto hic Ludus vocatur Rufficè *Cackji*, & Armenicè *Sgjoug*. Fortè ſit Armenicum *Szough*, quod eſt *Palus* ſeu *Paxillus*, huic Ludo ſatis quadrans. Armeni autem à me interrogati, reſponderunt Nomen ejus eſſe *Dûgh*, quo ſignificatur *Linea* ſeu *Lineatio*, quia hujus Ludi Schema variis Lineis conſtat.

Arabibus Meſopotamiæ partes incolentibus vocatur رِيز *Rêz*: &, ut apud alias Gentes, duplex eſt, viz. رِيز الثلثة *Rêzo 'lThálatha*, aut رِيز التسعة *Rêzo 'l Tis'a*, propter *ternarium* aut *novenarium* numerum Calculorum quem uterque Luſorum poſſidet. Et quando ex tribus rectâ lineâ collocatis obtinetur Series, claman-

dum est *Rêz*, quasi hoc nomine significetur *Series, Ordo.* Aliis Arabibus dicitur طين *Tobàn* seu طبنة *Tóbna*, & القرق *AlKirk*, unde Hispanorum *Alquerque*, de quo suprá. Alias vocatur كعب البيدر *Ca'bo'lBeidar*, id est. *Talus areæ*, quia loco Paxillorum vel Calculorum, Talis etiam exerceri queat in quâvis Areâ.

Turcicè appellatur دقورجين *Dokurgîn* seu طوقرجون *Dokurgiùn*, & D. Golio minùs rectè طوگرجن *Doghurgín*. Aliàs Turcicè طقوز طاش *Dokôz tàsh*, quia *novem Calculis* ex utraque parte luditur.

Persis dicitur دريس *Dirîs* seu *Drîs*, al. minùs rectè دريش *Dirîsh* seu *Drish*. Usitatius verò apud Persas nomen est سدره *Siderè*, unde & Arabes sibi fecerunt سدر *Sadder*, & سدرة *Súdra*, qd à Golio exponitur *Grammismus*, seu *Triangularis Lusus*, quod in Appendice monet legendum *Tricuspidalis*. Pro سدره *Siderè*, aliquando dicitur سه درك *Si-derèc*, quasi Diminutivâ formâ. Subinde vocatur سه برده *Si-perdè*, vel contractè سپره *Siperè*, & سه برك *Si-perèk*, quorum omnium Nominum eadem est ratio, de quâ in seq. Sectione fusiùs dicetur. Et in *Pherh.*

Surû-

Surûri, Si-derèk & *Si-perèk* definiuntur, *Delineatio quam in terrâ faciunt propter* قمار بازي *Lusum Kimâr* : ubi impropriè adhibetur *Kimâr*, (i. e. *Aleæ & fortunæ Ludûs*,) ad hunc Ludum in quo non est Alea, (nempe sors aut fortuna,) sed sola Ars in eo dominatur.

---

§. II. *De Triodii Schemate seu Formâ.*

DE Nomine simul & de Schemate sequente modo docet *Nimetullâhi* Autor *Chalîl Sûphi*, سدره دوقورجن ايوني اصلده سه دره ايدي كه هر طرفدن اوچ خط چزرلر تركيب ارا يردن علامت ها حذف اولندي متصل يازلوب لفظ واحد قلندي گاه اولوركه دالي ساكن ادرلر *Siderè est Ludus* Turcicè *dictus Dokurgjìn*, *qui quoad originationem est Si-derè, quia à quâvis parte tres lineas delineare solent. E medio Compositionis syncopatâ notulâ He, junctìm scribitur, ut sit unicum vocabulum. Aliquando fit ut literam Dâl constituant quiescentem*, ut legatur Sidré.

Hoc nomine *Siderè* significatur *Trivallis* seu *triplex Vallis*. Sed profectò *Derè* videtur contrarias significationes habere : est enim *Gibbosum* ac *convexum* quidvis, quale est *Stomachus jumenti* ; vel est *Vallis* per quam fluit aqua.

Hæcque

Hæcque dicta differentia est ferè eadem quæ inter *Vallis*, & *Vallum*, quæ ab eâdem radice sunt, & eum in modum relata ut alterum sine altero esse non possit. Nam si detur *Vallis* quæ est inferior ac humilior pars, tum ejusdem latus seu acclivis pars erit *Vallum* vel naturale vel arte elaboratum : & vice versâ. Adeò ut دره کوه sit (ut in Libro Pherh. Gj. exponitur,) کشادگی میان دو کوه *Apertura inter duos montes*, seu *Vallis ad pedem montis per quam fluit aqua*; sed ita ut eo nomine comprehendatur simul quoque *lacinia* montis quæ per acclivitatem incipit aliquantulùm assurgere & Vallem relinquere. His perspectis, videtur licere ut *Siderè* exponatur vel *Trivallum* seu *Triplex Vallum*, vel *Trivallis* seu *Triplex Vallis*. Sed Ludi Autor videtur præcipuè respexisse significationem posteriorem : cùm enim hic Ludus primò in Arenâ exerceri soleret, ex omni parte ducebantur tres lineæ, (in toto 12 lineæ,) quæ tanquam tot Valliculæ, Fossulæ, aut Cavitates apparebant : unde Nomen *Trivallis*. Apud nostrates pueros rusticanos, humi in virenti glebâ (ubi possunt considere,) solent cultro incidere Fossulas pro Schemate lusorio, in cujus Angulis infigunt paxillos ligneos quos pro libitu extrahunt, & ab Angulo ad Angulum transferunt.

A triplicatis linearum ordinibus fit ut iste Ludus à Persis etiam vocetur سه پرده *Si-perdè*, id est, *Trivelium* seu *Triplex velum* : sed sanè *Perdè* quod

quod primariò significat *Velum*: denotat quoque *Labium*, utpote quod sit velum oris & dentium. Hoc autem loco *Trilabium*, seu Τειχέλιον erit aptior Interpretatio, cùm trium Vallicularum seu Fossularum oræ ac margines, tria Labiorum paria aptissimè referre censeantur. Sic etiam *Perdè* est *Ligatura* in collo instrumenti musici, quia sicut Labiolum prominet. Hinc patet ratio Græci Nominis Τειώδιον, q. d. Τριόδιον, dum dictæ tres Fossulæ quæ ex omni parte cernuntur, instar *Trium semitarum*, *Trivium* seu *Triplices viæ* nominentur.

Dictæ autem tres lineæ si ex omni parte bis numerentur, in toto faciunt Lineas 24: & quòd hoc modo formabant Arabes, disertè docet *Ecteri Kara-Hisâri* sub voce قرق his verbis, القرق كعب البيدر ددكلري اوين كه دوقرجن ديرلر يكرمي درت خط در طاشله اوينرلر *AlKirk est Ludus dictus Ca'b Al-Beidar, quem* Turcicè *vocant Dokurgjìn: viginti quatuor Lineis constat, & Lapillis ludunt.* Camûsi Author Phiruzabadius in MSS exemplaribus, huic similem habet Descriptionem, apposito etiam Schemate, ad hunc modum, القرق لعب السدر يخطون اربعا وعشرون خطا وصورتها هذا فيصفون فيه حصيات *AlKirk est Ludus AlSudder, ubi ducunt 24 Lineas: & hoc est Schema ejus in quo Calculos disponunt,*

ſc. in Angulis Calculos diſponunt, qui moventur in ipſis Lineis, & non alibi.



Ut autem dictas 24 lin. inveniamus & diſtinguamus, ex hoc numero excludendæ 8 Lineæ centrales ſeu quæ à circumferentiâ ad centrum ducunt; utpote quæ ſint tantùm Diviſores ſingulas partes diſtinguentes & Angulos luſorios ſecando indicantes. Plerique Orientalium aliquas ex iſtis Lineis centralibus omittunt, ubi ſcil. ſine earum ope Anguli ſunt ſatis manifeſti. Nam Armeni, & Arabes Terræ Sanctæ, & Meſopotamiæ, imò & Hieremias Græcorum Sacerdos, ſequente modo hujus Ludi Schema mihi formârunt: viz.



Hujuſmodi Schemata formantur à Pueris in terrâ vel incidendo glebam, vel ductis lineis in pulvere. Viri adultiores vel habent Abacum peculiarem, vel cretâ

tâ ducunt Lineas in quâvis mensâ aut assere, vel atramento in chartâ.



Hicce Ludus Chinensis in hoc minore Diagrammate est prorsus idem qui aliquando hac formâ simpliciore in plerisque Europæ partibus exerceri solet; cujus itaque Europæa Nomina adjiciuntur.

Est autem alia forma Chinensibus dicta *Che-lo*, i.e. *Loca sex*, ut in præc. Schemate hoc modo: Persis هجورو *Hugjurè* (ubi quisque habet 6 Calculos;) Hibernis *Casblan gherra*, quod Anglicè *Short-castle* sonat; in Cumbriâ & Westmorlandiâ dictum **Copped-Crown**. Aliàs in Angliâ plerumque formari solet cum rotundo Carcere in medio.

---

§. *De modo ac Instrumentis ludendi, & de Scopo Ludi.*

POsito Schemate seu Tabellâ, luditur Nummulis, Fabis, Lapillis, Astragalis seu Talis, aut Frustulis ligneis, vel quibusvis reculis utrinque

discoloribus. Pueri rusticani Paxillis in terram adigendis ludunt. Initio mittunt sortes cujus sit incipere, ut ille cui cedit sors, suos Calculos commodè collocare possit, in quo magnum Privilegium. Sunt qui incipiunt collocare in Modio, & illum locum primò occupare; quod quod quidem Privilegium ille semper habere debet qui priore vice alterum superaverat, si pluries ludatur. Et medium locum hoc modo occupare, Galli dicunt *Mettre à cuire*: ibi enim ponunt ad coquendum tanquam in Furno. Quando inter Collusores convenit cujus sit incipere tum uterque suos Calculos sigillatim & quidem alternatim in Angulis collocat; ita nempè cautè ut suos interponendo alterum impediat ab obtinendo ex tribus suis Calculis Seriem: nam quotiescunque quis Seriem obtinet ex suis, tollit unum (quemcunque vult) ex Calculis Adversarii, & in Carcerem mittit. Hinc lucem fœneratur locus Ovidianus, ex quo constat Romanos ternis utrinque Calculis lusisse. Hoc vult Ovidius, ubi Tristium lib. 2 canit,

Parva sedet ternis instructa Tabella Lapillis,
In quâ vicisse, est continuâsse suos.

Et in libro tertio de Arte amandi,

Parva Tabella capit ternos utrinque Lapillos,
In quâ vicisse, est continuâsse suos.

Hinc quibusdam ex Modernis, hic Ludus dicitur

tus *Luſus Ternarius* : nam minorem ludendi Formam reſpicit.

Si autem majore Formâ ſeu Tabellâ luditur, uterque Colluſorum habet 9 Calculos aut Paxillos aut quidvis aliud. Et his Calculis (ut ante) ſigillatim & alternatim Collocatis in 24 Angulis, vacui ſupererunt Anguli 6. Et in Calculis diſponendis, media loca imprimis eligenda : & quamvis allaborandum ſit ut Socius non obtineat trium Calculorum continuatam ſeriem, tamen in proceſſu Ludi id evitari nequit : aliàs vel non luditur, vel nunquam abſolvitur Luſus. Et quidem in Ludo majori lepidum eſt ſi potes tuis occupare utramque extremitatem Schematis ſeu Tabellæ, dum habes aliquem intermedium quem huc illuc ſuperiùs aut inferiùs reciprocando movere poteris, & hoc modo Adverſarium peſſundare: hoc Turcis dicitur وار وگل *Vâr u Ghèl, ito & redito*, vel *iens ac rediens*, go and come.

Non quidem ordinariò permittitur Calculis ſalire ad remotiores quoſvis Angulos, ſed gradatim procedere debent, & proximum ſibi Angulum (ſi vacat) occupare. At ſi aliquis ſuos omnes exceptis quatuor, amiſerit, non tantùm ad proximum, ſed & ad quemvis alium remotiorem Angulum (modò via non ſit præpedita,) ſuos Calculos promovere poteſt. Si autem quis amiſerit omnes præter duos, cùm duo ad conficiendum ſeriem ternariam (in quâ tota Ludi ratio conſiſtit) non ſufficiant, victus cenſetur.

§. III.

§. III. *De hujus Ludi antiquitate & origine.*

HIcce Ludus qui per totum terrarum Orbem tam in Oriente quàm in Occidente notiſſimus eſt, videtur originem duxiſſe ab Arabibus aut Perſis, à quibus ad reliquas Gentes propagatus eſt. Nam tanquam receptiſſimum & familiarem, eum recenſet Gjeuharius, (qui 700 ab hinc annis vixit,) in ſuo Ling. Arab. Theſauro inſtructiſſimo, his verbis, الطبـنـة لعبة يقال لها بالفارسية سدره *Al Tobna eſt Ludus Perſicè dictus Sideré.* Eum verò notum fuiſſe Romanis 1700 abhinc annis, conſtat ex Ovidio qui, paulò ante Chriſtum incarnatum flornit. Et, ſi tunc receptiſſimus, fuit certè & multò adhuc antiquior.

De Ludo ſubjugandi Rebelles.

HUjus Ludi perſonæ ſunt *Çiang*, i. e. *Dux, Gubernator, Generaliſſimus*; *can*, i. e. *contra, Kiun* ſeu *Milites* cujuſdam Latronis ſive Rebellis dicti *Tang lo ſu*, qui aliquando hoc nomine famoſus fuit. Interpretatio itaque ſec. verborum Chinenſium ſitum & ordinem, ſic eſt, *Çiang Kiun Tang lo ſu can*, i. e. *Generaliſſimus Milites* ꝛc *Tang-lo-ſu contra*, ſcil. contra ejus milites: nam quæ in aliis Linguis ſunt Præpoſitiones, in Sinicâ

nicâ Linguâ (ut & Turcicâ) ſunt Poſtpoſitiones.

Sed quamvis nominetur individuus ille dictus Rebellis eo nomine olim famoſus, hic Ludus



Chinenſium olim Scopus erat ſuam Juventutem in Arte Belli educare, propter perpetua cum vicinis Tataris Bella. Et quidem hodiè quamvis China ſit ſub Tataris Orientalibus, tamen Tataros Occidentaliores quàvis arte domare, & domitos in obedientiâ continere, ſatagunt.

ſub ejus perſonâ docet modum domandi quemvis Rebellem in genere: nam quamvis ſit puerorum Chinenſium exercitium, eſt tamen Ludus

dus Bellicus, artem reducendi ad obedientiam Rebelles quoſvis, & patriam ac Regias partes tuendi & defendendi methodum docens; quod pueros didiciſſe præſtat, ut adulti ſciant.

Generaliſſimi locus eſt in medio, ubi Circellus reliquis major: & ille inſigni quâdam arte ſigillatim omnes circumfuſos & circumpoſitos Rebelles mirâ ſagacitate vel domat vel ad ſuas partes allicit. Modus Ludendi talis eſt. In medio eſt *Dux*, contra quem rebellâſſe ſupponitur *Tang-lo-ſu*. Orbiculi ſeu Calculi ſunt 26, omnes ejuſdem coloris, & Dux eſt alterius coloris, qui hoc ritu collocantur prout in appoſito Schemate cernitur.

Dux utrinque habens unum, poteſt utrumque capere, quod & ſemper facit ſive ſint antè ſive pòſt, ſi modò ſint in rectâ lineâ & ille ſit in medio utriuſque ſitus. Sed ſi ſit tantùm unus ei proximus, ſive à dextrâ ſive à ſiniſtrâ, tum Dux non poteſt eum capere. Hoc modo, dato ſpatio, movet ſe; & Miles unus aut alter ſubſequitur eum capturus: tum verò ille ſubducit ſe in alium locum commodiorem, & duos capit. Sed ſi tandem adductus ſit in extremum Angulum acutum ſuperiorem, tum non poteſt ampliùs exire, ſed ipſe in angulo latére coactus capitur; quod aliàs nunquam fit, niſi in illo extremo angulo ubi ille non poteſt capere, quia non habet juxta ſe in lineâ rectâ aliquos capiendos, & ille ſit coactus in angulum unde nullum eſt effugium. Et ſic finitur Luſus.

De

De Tâbiludio ſeu Ludo Tâb.

HIc Ludus eſt in uſu apud Arabes, præſertim eos Terræ Sanctæ, & vocatur لعب الطاب القصب *Ludus Tâb AlKaſab*, ſeu *Luſus Tâb cum arundinibus*, quibus ſcil. Luditur: & quidem *Tâb* voce tenùs eſt *Jocus* ſeu *Luſus*. Aliàs Arabicè dicitur *Tâb* & *Dúc*: Perſ. بازي قمش *Bâzi Kamiſh*, id eſt, *Ludus Cannarum* ſeu *arundinum*; Turcicè قمش اويني *Kamiſh ojúni*, eodem ſenſu. Luditur in Tabellâ quæ plerumque Calamo delineari ſolet in Chartâ: eáque poteſt eſſe variæ longitudinis pro libitu ludentium, ut nempe longitudine contineat 13, vel 19, vel 21, vel ſi placet 29 Areolas, (modò numerus ſit impar,) hâc ſequente formâ. Hic Ludus in Linguâ Hanzoàn dicitur שיטה *Sitta*.



In his Areolis collocantur tot diſcolores Calculi; qui movendi ſunt ſec. jactum quatuor

Fruſtulorum ligneorum, quæ fiunt ex fiſſâ Cannâ ſeu Arundine longitudis triuncialis; in quibus colores diſtinxit natura, cùm naturaliter Cannarum interior pars ſit alba, & exterior pars flava. Parantur aliquando ex fiſſâ Cicutâ, quæ Cannam æmulatur. Tabella (ut vides) conſtat quatuor Ordinibus Areolarum, in quarum exterioribus primò ponuntur Calculi ex quâvis materiâ ſive ligno ſive metallo, rotundi, qui inter ludendum promovendi ſunt ſec. prædictorum Fruſtulorum Jactus, qui ſunt 5: viz. I, Jactus quatuor alborum, valet 6. II, Jactus quatuor flavorum, valet 4. III, Jactus trium alborum & unius flavi, valet 3. IV, Jactus duorum alborum & totidem flavorum, valet 2. V, Jactus trium flavorum & unius albi, valet 1, qui quidem Jactus per eminentiam vocatur *Tâb*, & ſec. vim vocis fauſtiſſimus eſt, tantum pollens ut Luſus ſine eo nec inchoari nec aliquando promoveri poſſit.

Aggredientes ludere erigunt vel in Tabellâ Luſoriâ vel in Terrâ (ſi humi conſidetur, ut in Oriente fit,) Ligniculum aut Cultellum obliquè ſtantem, contra quem faciendi ſunt omnes Jactus, fraudis evitandæ ergò. Rebus ita diſpoſitis, colluſores alternatim jaciunt dicta Lignicula ſeu Cannas: & qui primò jecerit *Tâb*, illius eſt incipere, & Calculos promovere: viz. primo promovet unum Calculum in proximè adverſam Areolam: & poſteà ſec. numerum Jactûs Jactuúmve quos ex dictis Cannis ſortitur. Et iſte primus pergit ludere, dum fortè

fortè alter (quamvis ſuis vicibus etiam jecerit,) non poteſt ſequi movendo Calculos ſuos, propter defectum Jactûs *Tâb*; quem tandem cùm aſſecutus fuerit, tum ille etiam ludit ſuos movendo ſec. Jactus ſuos, donec alter rurſus jecerit *Tâb*. Et Luſorum alter à dextrâ parte, alter à ſiniſtrâ parte Tabellæ incipit Luſum ſuum.

Hic Ludus ſupponitur imitari aliquam ſpèciem Prælii, cui interſunt ملك *Rex* & جنود *Milites*. Et quidem iſti Calculi ſeu Milites in exteriore utrinque ſerie manentes, putantur eſſe in Propugnaculo ex aggeſtâ terrâ (ut ſolent) formato, unde ſigillatim in apertum Campum prodeunt, i. e. in medios Areolarum ordines, ut ſc. obviàm euntes cominùs pugnent. Quodvis enim *Tâb* promovet unum Calculum; & tum dicendum eſt *Tâb* altâ voce, quæ etiam ingeminanda eſt quotieſcunque fauſtus ille jactus acciderit.

Prima autem motio eſt extremi Calculi, ex ſerie exteriore in interiorem: 2^dum *Tâb* ſigillatim promovet reliquos omnes qui in exteriore ſerie, viz. Calculum ultimum in ultimam Areolam, i. e. in proximam, ſcil. ex ultimâ in ultimam: & ſic deinceps alii movendi ſunt ex primâ Statione in proximam Areolam, donec tandem omnes hoc modo promoti fuerint. Et ejus qui huc uſque primò progreſſus eſt, majus eſt Privilegium quàm alterius qui idem non fecerit. Nam *Tâb* neceſſariò numerandum eſt per Calculos exterioris ordinis, do-

nec idem jactum fuerit pro illis omnibus. At quando omnes ſemel è loco moti fuerint jaciendo *Tâb*, tum licet numerare atque promovere ſuos ubicunque vult, vel in exteriore ordine vel in interiore. Et abſoluto ſecundo Areolarum ordine, pergendum eſt per tertium, & deinde per quartum ſive ultimum; eundo per unum, & redeundo per alium, donec Tabellæ longitudo quater emenſa fuerit.

Quod ſuperiùs dixi, in initio Luſûs quicunque Luſorum non jacit *Tâb*, fruſtrà jacit; quia licentia ſuos promovendi non datur, quamvis Adverſarius interim pergat lucrari: & ſic etiam eſt poſtea in progreſſu Luſûs, ſi omnes Milites per *Tâb* moti & in Campum educti, conſumptì ac interfecti fuerint. Tum enim non poteſt pergere & procedere, donec alius per *Tâb* è Propugnaculo ſeu primo ordine eductus ſit. Quicunque verò jacit vel *Tâb* vel 4 aut 6, pergit continuò jacere ſine alternatione, donec alius Jactus (viz. vel 2 vel 3) contingat: quem ultimum Jactum, unà cum præcedentibus quos memoriâ retinuerat, per totidem Areolas promovet, eos omnes ſimul numerando; ut hoc modo ſuo commodo conſulat meliùs quàm ſi ſec. ſingulos Jactus, ſigillatim eos promoviſſet. Nullus autem Calculorum, ut ſuprà dictum, è loco ſuo moveri poteſt, donec id legitimè fiat per Jactum qui dicitur *Tâb*: & donec omnes eo modo elocentur, *Tâb* faciendum eſt ex primâ ſerie: at poſtquam omnes moti fuerunt, major erit licentia faciendi *Tâb* vel ex proximis vel

ex

ex remotioribus; & deinde etiam datur licentia tuos coronandi, i. e. duplicandi, triplicandi,&c. ut ſit Cumulus qui vocatur *Rex*. Nam *Rex* componi poteſt ex pluribus aut paucioribus, ſec. numerum quem aliquis jacit quando lubet conſtituere Regem: vel, ſi non eſt ſatis auctus & cumulatus, alio adhuc Jactu augebitur. Rex rurſus diſſolvi poteſt vel unis Militibus ſigillatim, vel pluribus eodem tempore, pro numero Jactûs qui jacitur. Et Rex hoc modo in hoſtem effuſus ſit, donec tandem in ſimplices ex quibus componebatur Calculos reſolutus, plures Adverſarii Areolas eâ in quâ eſt parte occupet poſſideátque. Nam Regis excellentia & uſus eſt, ut tot Milites in uno loco accumulati, ſecuriores ſint quàm ſi ſparſim jacuiſſent. In eo autem conſiſtit ſecuritas, ut non ſint obnoxii ictibus Adverſarii dum ex ſuis locis recedant. Et Rex ex pluribus dicto modo compoſitus, ſemper in promptu habet quos pro natâ occaſione ſigillatim emittat; dum ſinguli ex quibus conflatus & cumulatus eſt, poſſint pro re natâ diſjungi & in Adverſarium effundi, multò meliùs quàm ſi eodem loco eſſet ſimplex aliquis Calculus, aut quàm plures ſimplices ex ſingularibus inſidiis erumpentes. At rurſus periculum eſt ne fortè tantus Cumulus tanquam ſingularis aliquis Miles unâ vice ab Adverſario capiatur. Ideóque tui ita diſponendi ſunt, ut Rex nec citò nec facilè ab Adverſario invadatur, donec diſjunctus & quaſi diſploſus, ſuas vires in hoſtem effuderit.

Hoc insuper pro Regulâ obſervandum eſt, quòd ſi in extremâ Adverſarii ſerie nulli ſint Calculi niſi tui, nec in tuâ extremâ ſerie nulli niſi Adverſarii, (adeò ut ille tuam, aut tu illius Urbem ſeu Propugnaculum expugnâſſe videaris,) tum quaſi in aperto Campo pugnandum eſt, i. e. in duabus ordinibus ſeu ſeriebus interioribus, per quas ſolas (ſi Luſus id requirat,) circuiendum eſt, nempe ex unâ in alteram toties quamdiu Luſus duraverit; donec alter Luſorum ſuos omnes amiſerit, & hoc modo Luſus finiatur.

Videtur quod aliquando *Tâb* omitti poſſit in primâ ſerie, & ſumi in ſecundâ, quamvis omnes iſti locis ſuis emoti non fuerant; & quòd plures Milites pro uno Jactu moveri non poſſint, at pro diverſis Jactibus poſſint, quamvis omnes ſimul numerentur.

Quando autem jeceris, oportet Jactum nominare ſeu vocare, i. e. nominatim exprimere: ſed non eſt neceſſe ut Jactum proſequendo ſtatim Calculum moveas; nam poteris in memoriâ ſervare, donec plures ſint, (ut 2 *Tâb*, 2 Quaterniones, &c.) & deinde poſtea tales motiones facere quando tandem tibi commodum videbitur, ut ſuprà innuitur. Nam cùm Luſus ſit in interiore lineâ, tum interim tua *Tâb* extra periculum manentia in exteriore, quando opus eſt, ſigillatim educi queant. Nam non eſt tutum in hoſtilem Campum temerè intrare, niſi per tua *Tâb*: & hoc modo, quamvis tua *Tâb* ſeorſim extra periculum reſervaveris, omnes in illius

illius ſerie ſigillatim capturus es; cùm ſi (è contra) tua *Tâb* cum eis illius commiſcueras, omnia tua fuiſſent capta. Et hoc modo omittendo numerare donec opus habes, (nam plura *Tâb* anteà lucrata, poteris poſtea ſigillatim numerare,) ea pro tempore neceſſitatis in promptu habebis. Et tandem quando unicum tantùm Calculum tibi relictum habes, is reputabitur كلوب *rabioſus* ſeu *râbie efferatus*, i. e. *deſperatus*. Et, ſi talis non fuiſſet in hoſtili τῶν *Tâb* ſerie incluſus, per alium quemvis Jactum intrare potuiſſet.

De Ludo Kiôz.

HIc Ludus dictus لعبة الكوز *Luſus Al-Kiôz*, (i. e. *Nucis*, ut verbatim ſonat,) ab Arabibus Palæſtinæ exercetur in تختة *Tachta* ſeu *Tabellâ* ſeriatim perforatâ quadruplici ſerie Foraminum ad excipiendum erectos Paxillos Luſorios Capitibus fere rotundis ad inſtar Nucum, (unde forte Nomen,) qui pro Regibus & Militibus habentur: ſed ab Hieroſolymitanis Arabibus vocantur كلب *Kelb* ſeu *Canes*. In ſingulis quatuor ordinibus, Foraminum numerus eſt 22. Pro Militibus movendis, loco Teſſerarum, jaciuntur (ferè ut in *Tâbiludio*) acuta

acuta Lignicula, quæ propter ſonum quem jactata & colliſa edunt, vocantur صفاقات *Saphacât*, i. e. *Reſonantia*. Tabellæ forma talis eſt.



Luditur ferè eodem modo ac in *Tâbiludio*: ſed inter Ludendum loco vocabuli *Tâb*, exclamatur *Kiôz*, i. e. *Nux juglans*. In eo ſunt 4 Reges nomine tenús: nam nullius ſunt uſûs plùs quam alii Milites: nodoſis tamen capitibus Racemos ſeu Mori fructum æmulantibus diſtinguuntur à reliquis: Reges enim Nuci ſeu Globulo ſuperadditum habent Trinodium ſeu Racemum; Militum autem Globulo unus Apex ſeu Nodulus ſuperadditur. Inter ludendum verò nec Reges nec Milites cumulari poſſunt, cùm ſint ad formam Paxillorum in Tabellæ foramina inſerendorum, ut erecti conſiſtant. Regum forma ſupra Tabellam, Militum infra Tabellam cernitur.

De

ISte Ludus Arabicè dicitur خروج *Charîgj*, i. e. Ludus *Exeundi & Eliminandi*: & quidem comparatus est ad exemplar Oeconomiæ aut Præfecturæ Urbis, ubi *Baſhâ* seu Præfectus sive Gubernator talis Urbis aut Provinciæ, adstantibus utrinque Fratribus seu Optinatibus ac Consiliariis, conatur Subditos eo ordine disponere, per sortem numerando, ut quivis vel decimus (vel fortè quintus, si opus sit,) ad Bellum exeat. Luditur autem non Calculis, sed veris viviſque Viris Puerisque, qui hoc ferè ordine collocantur: at numerus est incertus prout casu fuerit.



Numerando inchoatur à summo Subditorum: non enim numeratur Præfectus, quippe qui ipse numeret seu aliorum Numerator sit; uti nec Fratres, nisi ultimi, & summâ urgente neceſſi-

tate: nam Optimatibus parcitur, ut non facilè exeant ad Bellum, nisi fiant Officiarii. Ille inquam in quem sors numeri cadit, ejicitur seu exit, donec eandem expetitus numerus expleatur. Exituro verò dicitur, خراج خراج *Charátchi, Charátchi.*

De Ludo Máncala.

HIcce Ludus in Oriente tam apud Arabes quàm Turcas frequens est. Ex nomine autem videatur origine Arabicus: ab omnibus enim vocatur منقلة (vulgò *Mángala*,) idque propterea quòd ينقلون الحصي *transferunt calculos* à loco in locum & ab uno latere ad alterum. Adèo ut *Máncala* Latinè *Tralatorius* seu *Tralatitius* Ludus meritò dici queat. Est autem *Máncala* apud Mesopotamienses duplex seu duarum specierum, quarum altera quæ simplicior, vocatur هالوسة *Hâlûsa* seu هالوسي *Hâlûsi*, ab *extenuando*; altera verò quæ elegantior & intricatior, dicitur باقورة *Bâkûra*, à *findendo*, *aperiendo* & *dilatando*: nam in illâ est simplex Calculorum minutio, in hâc autem transferendo dividuntur & dispescuntur in alteram partem Tabellæ.

De Instrumento in quo hic Ludus exerce-

ri

ri ſolet, loquitur Thevenotus in Itinerario Orientali, *Sepiſſimè ludunt Mancala, quod ſit in Pyxide duos circiter Pedes longâ & ſemipedem latâ, qua in utrâque parte habet ſex Scrobes parvas, nempe 6 in ipſâ Pyxidde, & 6 in Operculo Pyxidi juncto, quod aperitur tanquam Scaccarium. Uterque Luſor 36 habet Conchylia, ex quibus 6 in initio Ludi ponuntur in unaquâque Scrobe.* Dictam Pyxidem aliquando ſic mihi formârunt Turcæ, ut & Hieremias Sacerdos Græcus, qui hujus Ludi optimè gnarus fuit: ſed apud Arabes 7 ex utrâque parte Scrobiculi haberi ſolent. Appoſitæ Notæ Numerales utriuſque Luſoris initium & progreſſum inter ludendum indicant, & ludendi ordinem monſtrant.



Tabella ut vides, eſt ſeſquipedalis longitudinis, & dimidiæ ejuſmodi latitudinis: fitque vel ad modum Valvarum, vel ex uno integro Aſſere craſſiore, in quo tot Cavitates ſeu Cellulæ inciduntur. Singularum Cellularum ſeu Scrobiculorum Diameter commodè poteſt eſſe

duarum Unciarum ſeu latorum Pollicum, cum profunditate unciali; ita nempe ut Calculi extremis digitis facilè eximi poſſint. Sed loco Pyxidis, ejuſmodi Schema eandem formam præ ſe ferens in planâ quâvis menſâ aut in Chartâ delineatum, uſui ludentium ſat commodè inſervire poteſt.

Luditur quidem vel Fabis diſcoloribus, vel Calculis ſive Lapillis aut Conchyliis, quorum uterque Luſor habet (ut dictum) 36, viz. ſexies ſex, i. e. ſex pro quâvis Scrobe; hic ſcil. Albus, alter totidem Nigros. Vel ſi vis, omnes Calculi ejuſdem coloris eſſe poſſunt: cùm non ſit opus ut tuos Calculos, ſed tantùm tuos Cellulas ab eis illius diſtinguas.

His hoc modo comparatis, ad Ludum proceditur: & ille cujus eſt incipere, (quod ſortiendo dignoſcitur ut in omnibus aliis Ludis,) aliquam ex ſuis Cellulis (putà ſecundam) evacuat: nam ſemper debet evacuare eximendo omnes Calculos, quos in ſequentes ex ſuâ parte Cellulas ſigillatim & unatim diſtribuit; & duos reliquos in primam & ſecundam ex adverſis Cellulis injicit, ut hoc modo totus exemptorum numerus abſumatur. Deinde ſimiliter, Luſorum alter evacuat aliquam ex Cellulis ſuis, (putà quintam,) & exemptos Calculos diſtribuit, unum in ſuam ſextam, reliquos verò in 1, 2, 3, 4, 5 Cellulas adverſi Luſoris. Notandum enim eſt, quòd ab utroque Luſorum quaſi in gyrum ludatur; nempe à ſextâ Cellulâ ex ſuâ parte in primam ex adverſâ parte, donec rurſus incipiat à ſuis. Lu-

Lucrum autem & vincendi ratio in eo conſiſtit, quòd ſc. ille qui ita prudenter ſuos Calculos novit diſtribuere, ut in aliquâ ex ſuis Cellulis æqualem Calculorum numerum (putà 2 vel 4) legitimè conſtituat, ſintve ex Calculis ſuis ſolis ſive mixtim cum adverſis, omnes ex eâdem ſuâ Cellulâ reportet tollátque: nam ex adverſâ parte Cellulâve non aufert, quamvis numeros ibi effecerit æquales. Et eâdem ratione ſi effecerit ut in pluribus ſuis Cellulis ſimul ſit numerus par, modò nullus numerus impar ſit interpoſitus. Sed ulteriùs quàm ludendo proceſſeris, non potes tollere. Ideóque tuos ita debes diſtribuere, ut numerum parem in adverſis Cellulis relinquas; ne fortè Adverſarius addendo unum, ſuum numerum faciat parem, unde ei liceat talem Cellulam evacuare: id enim in ipſo actu ludendi ac movendi faciendum eſt, dum quiſque ſuos motos unatim diſtribuere tenetur. Et quamdiu numeros tuos habes pares, tamdiu tutus es: quia Adverſarius addendo unum faciet imparem, quo ille nihil lucratur, tua autem paritas & lucrandi libertas tollitur; niſi quòd proximâ motione addendo unum, paritatem reſtituere & ad æqualem numerum reducere potes. Si autem in proceſſu Luſûs mihi ſint aliqui Calculi ſuperſtites, & non illi; tum debeo ita movere ac diſtribuere meos in illius Cellulas, ut ille etiam ex ſuâ parte aliquos habeat quibus ludat: aliàs enim Luſus ſtatim finiretur, cùm ille Calculos ex meâ parte ſeu in meis Cellulis tangere non de-

beat. Si ex meâ parte reſtent plures unitates, tum licitum eſt pro libitu unam alteri addere, ut fiat numerus par, qui auferatur. Tandem Victoria eſt, quando alter Luſorum omnes perdidit. Hæ ſunt Regulæ Ludi *Hâlûſa*, qui uno circuitu finiri poteſt: *Bâkûra* autem non niſi pluribus circuitibus.

Bâkûra quidem iiſdem planè Inſtrumentis, ſed alio diverſo modo luditur. Nam ſi tuum ſit incipere, conſultum eſt Luſum ordiri à Cellulis tuis medianis, quarum unam primâ vice evacuabis, & exemptos inde Calculos ſigillatim per circuitum diſtribues, donec aliquos ad æqualitatem adductos lucraberis; & deinde pergas rurſus omnes eximendo à proximâ ubi deſinebas Cellulâ: & hoc faciendum eſt in Cellulis quæ ex tuâ parte, ut ſuprá. Et deinde perges ludendo & lucrando, donec tandem deſinas in unitate, quæ بطال *Battâl*, i. e. *otioſum*, ſeu nihilum & inane reputatur. Poſteà, te deſiſtente, alter faciet eodem modo. Sed ſi poteſt fieri, præcogitandum eſt ut lucreris Calculos in aliquâ ex tuis Cellulis quæ ex adverſo habet aliam Adverſarii Cellulam Calculis benè plenam: nam quando lucraris (i. e. omnes eximis) eos qui in aliquâ Cellulâ ex tuâ parte, ſimul auferes omnes qui ſunt in Adverſarii Cellulâ huic oppoſitâ. Hoc facto, Perditor ſeu ille qui tunc amittit, refundit & Luſui addit omnes quotquot Calculos lucratus fuerat, ſi quos habet; & Lucrator itidem tenetur reponere & Luſui

Luſui addere ex ſuis tot quot Perditor refundebat: & hi omnes ſigillatim in Cellulas diſtribuendi ſunt. Et deinde Lucrum, ut ſuprà, eſt ubi definis in pari numero ex tuâ parte, i. e. in 2 vel 4: &, ſi poteris in pluribus Cellulis ſimul numerum parem conſtituere, (modò nullus interponatur numerus impar,) omnes auferes quoſque proceſſeris movendo: ſi autem interponatur aliquis numerus impar, tum lucraberis eam tantùm Cellulam ubi definebas, non autem penultimam, quamvis erat æqualis. Si verò in proceſſu Luſûs acciderit ut Cellulæ in alterâ Pyxidis extremitate fuerint omninò vacuæ, non erit tibi commodum ut utaris illis; ſed potiùs evitare & tranſilire debes. Eſt autem conſultiſſimum ut (ſi fieri poteſt) extremæ Cellulæ ſerventur plenæ. Et, in proceſſu Luſûs, ſi habes ex tuâ parte aliquot Unitates, non eſt permiſſum ut aliquam motionem inchoes ab aliquâ ejuſmodi unitate, ſi eodem tempore majores ex tuâ parte numeros habes. Victoria tandem deciditur inter duas Cellulas duabus aut tribus motionibus, per illum qui habet vicem movendi: & cùm alter Colluſorum ſuos omnes amiſerit, tum finitus eſt Luſus. Et hoc facto, ille qui perdit, in erectâ Pyxide tanquam in trabe aut ſedili ſedere ſolet.

In hoc Ludo expertus Computiſta alios facilè vincet, quia poteſt faciliori negotio computare quomodo Calculos in ſuum commodum optimè diſponat, & præſertim ut definat in Cellulâ quæ oppoſitam habet aliam benè repletam, de

de quâ re præcogitandum. In hoc Ludo *Bâkûra* per circuitum ludendum est: sed tolles primò ex tuâ parte; deinde hoc jure ab alterâ parte. Et quidem privilegium est incipere; quod si facis ab Angulo seu extremitate, primâ vice lucraberis 16: & sic si à tertiâ aut quintâ Cellulâ: at à secundâ, quartâ, & sextâ non item.

An hic Ludus notus fuerit Romanis aut Græcis, incertum est: proximè accedere videtur τρόπα, prout ab Hesychio describitur, τρόπα· εἶδος παιδιᾶς, καθ' ἣν στρέφουσι τοὺς Ἀστραγάλους εἰς τὸ ἕτερον μέρος. Astragalis enim, Lapillis, Globulis, aut quibusvis aliis reculis exerceri potest. Apud Pollucem verò τρόπα est alius Ludus ab hoc omninò diversus, ut suo loco dictum est.

D. Wanslebius in *Præsenti statu Ægypti*, pag. 86, dicit Coptitas narrare, Formam Ludi *Mancalæ* in summitate Pyramidis omnium maximæ jam olim inde à temporibus Pharaonum delineatam extare: sed Wanslebius dictam Pyramidem conscendens, tale quid reperire non potuit.

Apud Hanzoanitas Ludus eorum linguâ dictus مرحه *Morâhha* (ut mihi dixit *Abdallâh Shâh* Regis Hanzoan filius ad Regem Angliæ Legatus,) est Ludus quidam huic præcedenti non absimilis, qui Lapillis itidem Luditur. At in Schemate ejus est quadruplex ordo Cellularum, quæ per longitudinem sunt octonæ, 16 in utrâque Pyxidis Valvulâ.

De

De Ludo Dicto
UFUBA WA HULANA.

APud Hanzoanitas est alius quidam Ludus, qui, propterea quòd ejusdem Schema aliquam cum Shahiludio similitudinem habet, eorum Linguâ vocatur اوبة و حلنة *Ufûba wa Hûlana*: nam *Ufûba* simpliciter, *Shahiludium* notat. Schema autem sic se habet, ubi quinarius Areolarum numerus in se ductus est hoc modo.



In hoc Ludo, uterque Lusorum possidet 12 Lapillos; quibus omnibus ordine suo collocatis, unicus tantùm initio restat locus seu spatium in quo ludatur, donec tandem aliqui Calculi perdantur ut majus detur spatium.

Qui plura de hocce Ludo scire cupit, consulat vel Hanzoanitas ipsos, vel saltem aliquos qui inter illos vixerunt.

De Ludo dicto Magister & Servus.

APud Arabes Terræ Sanctæ est Ludus quidam dictus المعلم والاجير *Magister* seu *Herus & Servus-mercenarius*; quem sic mihi descripsit unus ex Incolis, رجل واحد يكون معلم وعبده اجير وعند المعلم ثمانية وعشرين قروش وعمل الدراهم صليبن يعد كل جانب ستة عشر والباقي *Supponatur quidam homo Magister, & servus ejus Mercenarius: Magistrum verò habuisse* 28 *Thaleros, quos quidem Nummos fecit in formam crucis, adeò ut ab omni parte numerari possent sexdecim*, &c. scil. Supponendum est aliquem Patremfamiliâs sepositisse aliquot Nummos pro Tributo suo Turcis exsolvendo, quos hâc sequente formâ collocavit.



Pra-

Præcedentis Figuræ Decussatio seu Intersectio debuerat fieri per Circellum decimum ab initio, quæ tamen Sculptoris errore facta est per undecimum.

Nummis verò hoc modo dispositis, dum Herus aliàs occupatus esset, veniens Servus ejus ademit ab unaquaque trium extremitatum (sc. à B. C. D.) Nummum unicum: ex hisce tribus Nummis duos sibi reservavit, & unum addidit initio τῷ A: adeò ut, si quis numeraret ab initio ad quamlibet extremitatem, aut vice versâ, semper videretur invenire sedenarium numerum esse integrum; quamvis reverà duo Nummi essent ablati. Quia verò nolui habere molestiam addendi aliud Schema, hoc quod dixi supponendum & mente concipiendum reliquo, quod facilè comperietur verum, si quis Nummulis aut Quadrantibus rem probaverit.

Posteà rediens Herus putat nummos suos esse diminutos: & vocato Servo, acriter valdè eum objurgare aggreditur. Servus verò regerit, Agedum mi Here, si Nummos tuos numerabis, invenies numerum esse integrum. Tum Herus ab initio numerans ad singulas extremitates, semper invenit sedecim: & contentus est. Posteà verò rursus absente Hero, à singulis extremitatibus subtraxit unum: & horum trium Nummorum duos sibi retinuit, & alterum adjecit initio. Et hoc modo fecit usque ad quartam vicem: & semper rediens Herus iram concipere & in servum convitia evomere incepit: sed Servo semper monstrante primum numerum manere integrum, Herus contentus est. Res autem eò tandem rediit,

ut dicti Nummi qui prius erant 28, redacti sunt ad 22; quia Servus furatus est 8; & tamen numerando ab initio A, ad singulas extremitates B. C. D, primus numerus visus est integer: quod itidem computando concipiendum relinquo, ut antè.

Posteà verò Herus fraudem subodoratus, querelam ad Turcarum Judicem defert, quòd iste Servus nequam mè tot Nummis spoliavit. Servus verò subducto coram Judice computo, rem suam demonstrat, & seipsum justificans impunis abit; dum Herus octo Nummorum damno contentus esse cogitur.

Quid facient Domini, cùm audent talia Fures!

Hujus Computi ratio manifesta est: nam cùm numerandum sit ab initio A, ad extremitates B. C D, aut vice versâ; quamvis singulæ extremitates minuantur uno, numerus tamen videbitur esse integer, modo unus addatur initio, quamvis quis reverà duos abstulerit: quia unicum Initium cuivis extremitati æqualiter & indifferenter respondet: & quod deficit in singulis extremis, additur unico Initio. Et triplex ista in Extremis ademptio sufficit ut unâ sui tertiâ augeatur Initium, & duæ alteræ pro Lusoris lucro reserventur. Adeò ut quamvis ab Initio numerando semper desinas in 16, tamen si universos quaquaversus numeres Nummos, τῶν octo defectum facilè deprehendere poteris.

De

DE LUDO OVORUM.

Hic Ludus in Alcorano vocatur بيضة *Beida* i. e. *Ovum* seu *Ova*. Apud *Camûsi* Autorem ineffabiliter exponitur seq. modo, بيضة لعبة فيه يقولون اسيدي حبالا ابيضي حبالا *Beida est Ludus in quo* [Lusores] *dicere solent Asîdi habâlan Abîdi habâlan*, habitâ ut videtur relatione ad alba & nigra Ova: quid autem sit verbatim & grammaticè nemo hactenùs explicare potuit, propter anomaliam.

Turcis hic Ludus vocatur يومرده ايوني *Yumúrda oyúni*, i. e. *Oviludium* seu *Ovorum Lusus*. Is apud Mesopotamienses Christianos exerceri solet à tempore Paschatis inde per 40 dies; unde illud Anni tempus quo iste Ludus incipit & exercetur, in Orientalium Calendariis Turcicè vocatur قزل يومرده *Kizìl Yumúrda*, & quod idem sonat Persicè بيضه سرخ *Beida surch*, i. e. *Ovum rubrum*, quod quidem tempus in Turcicis Calendariis mense *Adâr* seu *Martio* invenies. Hoc enim tempore Christianorum pueri emunt sibi quotquot possunt Ova, quæ etiam rubro colore inficiunt, in memoriam effusi sanguinis Salvatoris eo tempore crucifixi. Aliqui autem ex eis primi Instituti sive ignari sive immemores, viridi aut flavo Ova sua subinde tingunt. Quin & in ipso Foro sunt homines qui dicto tempore Ova hoc modo tincta vendunt.

Ludus in eo consistit, ut unus puer manu te-

neat Ovum ita ut sola ejus extremitas in superiore parte manûs inter Pollicis & Indicis complexum appareat: dum alter alio Ovo tanquam Malleolo supernè ferit pulsatque leniter. Ille autem cujus Ovo accidit confusio aut levior aliqua fractura, vincitur, illúdque suum Ovum dicto modo contusum perdit. Et sic deinceps proceditur. Postquam verò pro multis Ovis luserunt, ille qui ultimus vincit, omnia quotquot Ova alter lucratus fuerat, reportat. Hujusmodi autem Ova hâc ratione non ita vitiantur, quin postea pro minori pretio pauperibus facilè vendantur.

Si quis fraude utitur, & arte aliquâ Ova sua ita indurat ut ab altero frangi nequeant; quando fraus detecta est, si vir adultus sit, ab Officiario Turcico punitur; si puer, ejus parentes mulctantur. Nam Turcæ libenter arripiunt omnem occasionem quâ justitiam in Christianos exerceant.

Et quia hic est Ludus Aleæ, i. e. à Sorte & fortunâ pendens, à Mohammedanis legum Doctoribus improbatur, & in Alcorano ipso nominatim damnatur, utpote qui etiam fuerit Christianorum Institutum.

Hic Ludus non retinetur in mediis partibus Angliæ, sed subinnui videtur proverbiali Dicto an Egge at Easter, & in Septentrione Angliæ an Egge at Paese, i. e. *Ovum in Paschate*; quia redeunte Paschate, redit etiam Ova edendi Licentia, & propterea erat Festivalis Ovorum Ludus. Nam nec Papicolæ nec Christiani Orientales

rientales durante Quadrageſimâ edunt Ova, donec veniat Feſtum Paſchatis : & tunc incipiunt. Et ſic olim in Univerſitate Oxonienſi : ideóque uſque hodiè (quamvis jam in Quadr. edamus Ova,) quaſi non ederemus ea, præmittimus *Feſtum Ovorum* valedictorium ineunte Quadrageſimâ, ſc. primo die Saturni poſt diem Cinerum, eâ Septimanâ quæ ideò vocatur Cleanſing week, quâ conſumuntur Carnes apud nos reliquæ, nullas novas empturi niſi finitâ Quadr. Tunc enim Carnes & Ova rurſus edere ordimur, Feſtivitatem Paſchalem Ludis ac ovationibus celebrando.

Hoc autem præcipuè fit in Boreali parte Angliæ, ſc. in Cumbriâ & Weſtmeriâ, &c. Ibi enim veſperi Paſchatis pauperes emendicant Ova ad edendum, pueri ad ludendum. Hæcce verò Ova coquendo indurata ſunt, & herbarum ſucco tincta, nunc rubedine, nunc virore, aliiſve coloribus. Flava tingi ſolent floribus Geniſtæ aculeatæ aut Narciſſi, rubra corticibus Cæparum, viridia ferè cujuſvis herbæ ſucco, obſcurè nigricantia corticibus Alneis, cœrulea Indico; quæ quidem res tinctoriæ induntur coctura unà cum Alumine ad firmandum colores. Ovis hoc modo paratis, pueri in Campos exeuntes Ovorum Ludum exercent magno cum gaudio, Ovis tinctis variè ludendo; ſcil. vel in aërem ad inſtar Pilarum jaciendo, vel dando & excipiendo, vel ad inſtar Globulorum humi volvendo, plerumque ita ut ſint obvia aliorum Ovis, & eis occurrentia frangant: & alia id genus factitando,

tando, quæ à Borealibus hominibus melius inquirantur.

De Ludo Gjitûcum Chudûni.

HIc est Ludus qui dicitur Anglicè Prisonbase seu Prisoners-base, ubi linea inter duas Lusorum turmas in Campo ducta vocatur the Goal. Mesopotamiensium est hic Ludus, qui vocatur *Gjitûcum Chudûni*, à formulâ quâdam quæ infra adducitur. Sic autem exercetur: eligitur locus benè planus & amplus, putà aliquem Campum aut magnam Aream, per cujus latitudinem humi ducitur Linea dicta نشان *Nishân*, i. e. *Signum*, tanquam Vallum inter duas hostiles turmas dirimens, & dictum locum in duos quasi Campos bellicos dividens. Hoc facto, & toto ludentium numero in duas Turmas (ut dictum) diviso, & dictâ Lineâ in medio relictâ, duæ Turmæ à seinvicem secedunt ad commodam distantiam fortè 40 Cubitorum aut ulnarum. Deinde Lusum ordientes, scopus est ut aliqui ex hâc Turmâ ultra dictam Lineam seu interpositum Limitem excurrentes, & in hostes incurrentes clament.

جيتكم خذوني عقلي غلب جنوني

Gjitûcum chudûni, akli galàb gjunûni, id est, *Venio ad vos, me capite: prudentia mea superat insaniam*

ſaniam meam ſeu *temeritatem meam*, i. e. apprehendite me ſi poteſtis: ſed ſcitote me non eſſe tam temerarium & ſtultum quin mihi ſat caveam; nam prudentia mea eſt plùs quàm inſania ſeu temeritas mea.

Cum hoc dicto clamore adverſæ partes contra ſe invicem incurrentes, ad dictam Lineam vel ultra eam utrinque contendunt. Quicunque autem Lineam ſeu Vallum ſupergreſſus, hoſtilem Campum invadit, & aliquem ex Hoſtibus tangit, & mox ad Vallum evadit; ſi hoc modo tactus Hoſtis non poteſt iſtum Invaſorem detinere, tum ille qui tactus erat, reputatur quaſi مات *Mâta*, i. e. *mortuus eſſet*, & ceſſat ludere, nam ſi non potuit Aggreſſorem occidere, tum ab ipſo occiditur. Sed è contrà, ſi dictus Invaſor qui alium tetigerat, in hoſtili Campo apprehendatur, & ita detineatur ut ad Vallum evadere non poſſit, tum iſte pro mortuo habetur. Et hoc modo proceditur, donec omnes ex Turmarum alterâ occidantur, & Ludus belliçus finiatur.

De Ludo Hippade.

LUdus qui Græcis Ἱππάς, Perſis dicitur مژدن *Mazhîd* ſeu مژدہ *Mazhîda*, & aliàs vocatur خربازان *Cherbâzân*, i. e. *Aſini-ludium*, ubi ſe invicem ut Aſinos inequitant. In eo enim ali-

qui pueri alii post alios ordine proni consistunt, manibus ad genua compositis & applicatis: & horum extremus cæteros omnes per Dorsa transilit, donec primum occupet locum, seque ibi eodem modo constituat. Hic Ludus Turcicè dicitur سرماندة *Siramaná.*

Huic affinis est, si non idem, Ludus Persis dictus خرسك *Cherségh*, i. e. *Asino-Canis*, Turcis ازون اشك *Ozún Eshèk*, i. e. *Longus asinus*, ubi aliquis in alterius sinum caput immittens, curvato corpore consistit, dum alii in ejus longum dorsum insiliunt.

A quibusdam Lexicographis *Cherségh* aliàs minùs rectè exponitur per *Féleka ojúni*, de quo posteá.

Hic Ludus in Mesopotamiâ vocatur Arabicè حمار الحايط *Himâro'l Hâit*, i. e. *Asinus ad murum*, cùm scil. unus muro innixus stat curvato dorso, dum alii insiliunt. Armenicè *Ternúzugh* vocatur.

Quærendum annon huic affinis sit Ludus الكجكجة *AlKégikegja*, quem Camûsi autor scribit etiam vocari استق الكلبة *Isto'l Kélbati*, id est, *Nates Canicula.*

De

De Ludo Habâbato'l Habâba.

BEllicus iſte Ludus Meſopotamienſium, dicto Nomine vocatur à formulâ quâdam quæ infrà adducetur. Fit autem ſequente modo: Eliguntur duo رؤوس *Râus* ſeu Capitanei ſeorſim ſtantes: & tum tota ludentium رفقة *Rúfka* ſeu *Cohors* binatim ſeu per pares aliquantulùm ſecedentes inter ſe conveniunt quamnam duarum rerum (putà Nummulorum, Cultrorum, Albi lapidis aut Nigri,) alteruter eorum habebit. Poſteà ſinguli virorum aut puerorum dicti Pares ſigillatim ad Capitaneos, redeunt à quorum altero quærunt, An hanc rem vel alteram (de quâ convenerant) habebit. Et tum Capitaneus ſecundùm eam quam facit Electionem, vel hunc vel alterum dictorum virorum pro ſuâ parte ſortitur. Et hoc modo proceditur, donec ſinguli Virorum pares ſe offerentes Capitaneis, ab his æquali numero eligantur.

His factis, ita ut totus ludentium numerus dividatur in duas Cohortes ſeu Turmas, quarum una ab hoc Capitaneo, altera ab altero in militiam conſcribuntur. Et tum poſtea Capitanei inter ſe conveniunt de duabus Sortibus, quarum una fortè ſit *Æſtas*, altera *Hyems*, quarum hanc inferiorem, illam ſuperiorem fore decernunt. Dein alter eorum aliquem lapidem ex unâ tantùm parte ſputo illitum (ad indicandum humiditatem & hyemem) in aërem mittit, (alterâ

parte relictâ ſiccâ ad indicandum æſtatem,) interrogando alterum ايما ترجد الشتا ام الصيف *Utrum vis, Hyemem vel Æſtatem?* Si ex Reſponſo ſuo obtinet Sortem ſuperiorem, ille cum ſuis omnibus alterorum humeris inequitant, & ab eis tanquam à totidem Equis vehuntur. Deinde Capitaneus ſuperior Conſortes ſuos omnes in ſeceſſum ducens, ſingulis peculiare Nomen clàm aſſignat, qualia ſunt *Equus albus, Equus niger, Bos, Vacca, Ruch, Camelus, Cervus, Vulpes,* aut quidvis aliud. Tum poſtea ille Capitaneus qui eſt Inſeſſor, hanc ſequentem formulam recitat.

هبابة الهبابة شد عيون الخيل يارڪاب لا حار

ولا نار ولا ڪجوز تقطع الطابي [يعني طوب]

ينزل وما ينزل فلان *Flatus, flatus!* [ſeu *Ventus, Ventus!*] *Shiddi oyûn AlCheil, yâ rekkâb,* i. e. *liga oculos Equi tui ô Inſeſſor: nam non eſt* coram te *nec calidum quid nec ignis, nec Vetula quæ præſcindat* [i. e. Venefica quæ auferat] *AlTâpi* [ſeu *Tôp*] i. e. *Pilam tuam: an ab Equo deſcendet vel non deſcendet ô Fulana?* nominando aliquem ex eis quem deſcendere velit. His auditis, Inſeſſores omnes Equorum ſuorum oculos comprimunt, ne aliquid videre poſſint: & omnibus in formâ circuli ſtantibus, in medio ponitur aliquis Lapis, vel etiam Pila. Tum ille quem ad deſcendendum nominaverat Capitaneus, in medium deſcendens, Pilam iſtam tribus vicibus humo allidit; & deinde eam in medio relinquens, rurſus

Equum

Equum ſuum conſcendit. Tum poſtea iſte ſuperior Capitaneus permittit Equo ſuo ut oculos aperiat, eundémque interrogat, *Quis Pilam humo alliſit?* Si malè hariolatur, nec poteſt dicere quis hoc fecerit; tum dictus ſuperior Capitaneus eundem in ſeceſſum abducens, aliud ei nomen clàm aſſignat, & quoque Equum ſuum mutat; quia iſte prior Equus propter apertos nuper oculos omnium rerum quæ agebantur conſcius, nimis aſtutus evaſerat. E contra verò, ſi dicti Capitanei Equus rectè reſpondet, tum hâc ratione inferiores omnes liberantur & ipſi fiunt Inſeſſores ſeu ſuperiores: & illi qui anteà Inſeſſores fuerant, jam fiunt Equi & inferiores.

Huic Ludo affinis eſt ſequens Conſtantinopoli uſitatiſſimus, ibi dictus *Tchenghi*.

De Ludo Tchenghi, ſeu Tchanghi.

PUerorum Ludus eſt Conſtantinopoli uſitatiſſimus, ſic denominatus à primâ Voce in Verborum Formulâ à pueris Luſoribus in hoc Ludo recitari ſolitâ, quæ ſic ſe habet Turcicè,

چنگي چنگي چاروغي	*Tchenghi tchenghi tchârughi,*
اچنده قودم يارروغي	*Itchinde* pron. *itchne*] *kôdim yârughi,*
چتال متال قاچ آغاج	*Tchatàl matàl, Kátch âgátch?*

Nomen *Tchengh* seu *Tchangh* varia significat: est enim vel *Cythara*, vel *Cymbalum* verum, vel *Crepitaculum*, vel *Globuli sonori ænei* qui manibus gestantur Musici soni excitandi ergò. *Tchenghi* quoque est *Erro*, qualis vocari solet *Ægyptius*: item, *Circulator*, *Circumforaneus*, & *Comœdus* aliàs dictus زفان *Zaffân* & مقلد *Mokállid* seu تقليد ايدوب ايوناجي Ital. *Comediante*; nam زفانه *Zaffâna*, & تقليد *Taklîd*, est جنگيلر اويني *Comœdorum Ludus*. Est quoque *Tchenghi*, i. q. Ital. *Cantinbanco*, qui aliàs قصه خوان *Kíssa-Chûn* seu حكايتجي *Hikâyatgji*, *Historiolarum recitator*; & جنگي عورت *Tchénghi avràt*, est *Saltatrix*. His autem missis, *Tchenghi* seu *Tchanghi* est. i. q. Τζάγγα, quod apud Meursium in Glossario exponitur, *Genus Calcei pretiosi gemmis & auro ornati, qui Imperatoribus & Magnatibus peculiaris*. Nam in hoc Ludo sec. primum ejus Institutum, olim supposítum est quòd parva aliquot Lignicula (quæ rythmi caulâ *Bacula* dicuntur,) condantur in Calceolo, unde inter ludendum depromantur; quod tamen hodiè non fit.

Et چاروق *Tchâruk* seu *Tchârik* (in constructione چاروغی *Tchârúghi*,) est aliud *Calceamenti* genus (Pers-Indis dictum شم *Shùm*) factum ex پستوقه *Peslûca* seu *Melotâ siccâ*, cui adhæret lana brevior aliquantulùm tonsa & exteriùs versa.

ſa. Sed reverà non eſt tam *Calceus*, quàm merum Segmentum pellis ovinæ cum lanâ ſuâ pedibus obvolutum & obligatum, & loro ſeu tenui ſegmento per factos ocellos conſtricto in pedis dorſo. Iſte Calceus ex corio crudo Perſicè vocatur ليمه *Lima*.

Et جاروق *Târuk*, (in conſtructione جاروغي *Târûghi*,) eſt propriè *Baculus manualis* ſeu *Scipio* in cujus ſummitate eſt Capulus ſeu Globulus: heic autem quemvis *Bacillum* ſeu quodvis *ligniculum* ſignificat.

Itchinde in hoc Ludo brevitatis & metri cauſâ vulgò pronuntiatur *Itchne*.

Tchatàl eſt *Furca*: & *Matàl* eſt vox expletiva per ſe inſignificans: heic autem emphaſis & conſonantiæ cauſâ ſuperaddita, prioris vocis quâcum conſonat, ſignificationem augens & intendens & quaſi repetens, ut mos eſt Linguæ Turciæ. Ex. gr. ad vituperandum aliquem, familiare eſt eum vocare *Porcum*, ut nomen exoſum: ſed auxeſis gratiâ dicunt خنزير منزير *Chinzîr minzîr*, i. e. *Porcus porciſſimus* ſeu *ſpurciſſimus*: & quamvis *Minzîr* nihil per ſe ſignificet nec ſit in ullâ linguâ vocabulum ſignificans, heic tamen in hac Formulâ ſignificationem auget & explet. His poſitis, ſuperioris Formulæ Interpretatio ſic erit, (ſcil. vix aliquem commodum ſenſum faciens, ſed eſt ſicut aliæ puerorum Formulæ ubi clamor & ſonus potiùs quàm ſenſus affectari ſolet,)

Cal-

Calceamentum, Calceamentum, Calceolus!
Intra quem posui Bacillum.
Furca furcata, quot sunt Lignicula?

Modus Lusum inchoandi, est ut Puer qui alios ad ludendum solicitat, dicat, جنگی اویندرمیسن *Tchenghi oinúrmisen*, i. e. *An ludes Tchenghi?* Adscito itaque puerorum cœtu, in duos æquales partes abitur, ita tamen ut utraque pars constet numero impari, viz. 3, aut 5, aut 7, &c. Deinde (ut in aliis Ludis fieri solet,) jacitur Sors cujusnam partis sit inchoare Lusum, quod fieri solet Lapillo salivâ illito & in aërem jacto, rogando یاش یا قرو *Tâsh ya Korú*, i. e. *Humidum vel siccum* habebitis? Hâc electione factâ, aggrediuntur Lusum, in quo omnes ex eâ parte cui sors felicior obtigerat, insilientes conscendunt & inequitant Dorsa aliorum omnium ex adversâ parte, qui itaque eâ vice vocantur آتلر *âtler*, i. e. *Equi*. His circulo stantibus, primus (& deinde alii) Insessor seu Inequitator unâ manu velat tegitque oculos Equi sui, & alterâ facit Signum conjecturâ assequendum ab Equo suo seu inferiori puero inequitato: quod si rectè conjectaverit, tum mutatis vicibus omnes pueri inferiores evadunt superiores, alteros inequitando, & faciendo ut priùs factum fuerat: nam unus aliquis rectè conjiciendo, omnes Socios liberat. Hocque ordine fit per totam puerorum coronam, donec aliquis interrogatus rectè responderit.

rit. Olim dicta Lignicula tenendo, interrogabant, *Quot Lignicula ?* Sed hodie loco Lignicularum ſubſtituunt Digitos. Interrogationes ferè tales ſunt; ſcil. recitatur ſuperior formula, & quando in ejus fine pervenitur ad hæc verba, *Quot ſunt Lignicula*, tum Inſeſſor (altero jam velato) loco Ligniculorum extendit aliquot dextræ manûs Digitos, qui quot ſint ab inferiori puero reſpondendum eſt. Vel aliàs Inſeſſori liberum eſt quodvis aliud Signum facere: Ex. gr. ſi deorſum extenſum Indicem exhibet, tum eo ſignificatur & indigitatur بورغو *Bûrghu*, i. e. *Terebra*, vulgò pron. *Bûgru*. Si cœlum verſus eundem Digitum erigit, tum ſignificatur اللهبكر *Allâha bakàr*, i. e. *Ad Deum aſpicit*: vel ſi eundem juxta oculum ponit quaſi collimaturus, tum ſignificatur توفنك *Tophàngh*, (vulgò *Tiphèngh*,) i. e. *Sclopetus*, imprimis ligneus. Inſeſſor itaque altero velato, Signum faciens rogat, *Quot ſunt ligna ?* aut دهر بو *Nedur bû*, *Quid eſt hoc ?* dum ſcil. deorſum inclinato Indice *Terebram* imitatur, vel eodem erecto cœlum indigitaverit, vel quaſi collimaturus eundem Digitum oculis applicaverit; his inquam ſignis factis, ſi inferior Equus non reſponderit *Bûrghu*, aut *Allâha bakàr*, aut *Tiphèngh*, tum dictus Equus cogitur manere ut Equus prout erat, donec eædem vel aliæ aliquot Quæſtiones à reliquis ſociis eodem modo interrogatæ fuerint.

Sequitur Hippas alius inequitandi Ludus, qui

tamen alio modo exercetur. De Ægyptiorum & aliorum Ludis publicis, præsertim Pilâ, consule Çalcashendium.

De Pilæ Ludis.

PArva Pila manuaria quâ luditur, Arab. est كرة *Cúrra*, quo etiam nomine Terræ Cœlive aut quivis alius *Globus* subinde notatur. Dicta Pila aliquando impellitur Rudiculâ, ut infrà docebitur.

Est & Pila major quæ fit ex complicato Panniculo, cujus Ludus dicitur Arabicè *Kúggja*: sic *Camûsi* Autor, كجة لعبة ياخذ الصبى خرقة فيدورها كادها كرة *Kúggja est Ludus in quo pueri accipientes Panniculum, eundem circumagitant quasi esset Pila.* Et hicce Panniculus seu Pila impellitur adunco Ligno dicto *Tûz*: sic *Cam.* توز الخشبة يلعب بها الكجة *Tûz est Lignum quo luditur AlKúggja.* Tale Lignum Anglis dicitur a Bandy, & ipse Ludus Bandy Ball.

Est & Pila lignea quâ exercetur *Pililudium equestre* seu *Claviludium*, Anglicè Stow-Ball. Hic Ludus à Persis equitibus exerceri solet in Hippodromo magno, ubi Pilam ligneam ultrò citróque impellentes, sese & Equos suos ad agilitatem excitant. Exercetur *Clavâ* Arabibus dictâ محجن *Mihgjen*, Persis aliquando آوند *Avend*,

Avend, & خلچه *Chultcha*, plerumque autem چوگان *Tchaughân*. Sunt qui pronuntiant & ſcribunt چولگان *Tchaulaghân*, unde Arabes neſcientes ſonos چ & گ, fecerunt ſibi monſtroſum vocabulum صولجان *Saulagjân*, quod aliquando adhuc pejus vitioſâ metatheſi ſcribitur جوگلان *Gjaugalân*, dictam aduncam *Clavam* notans.

Sunt qui volunt hunc Ludum Arabicè vocari طبطان *Tabtâb*, & Perſicè پالوانه *Pâlvâna* ſeu *Paluvana*: ſed hiſce nominibus potiùs ſignificatur *Rudicula* ſeu *Pala*, quâ parva Pila in aërem impellitur, Anglicè a **Battledore**. Talis *Pala* aliàs dicitur پهنه *Páhna*, capite excavato ad inſtar Cochlearis, cui Carbaſi Pilam imponentes, eam in aërem jaciunt, & caſuram rurſus excipiunt eâdem cavitate; nec ſinunt in terram cadere, donec Luſoribus placuerit.

In ſuperiore *Claviludio*, id Perſis dicitur هال *Hâl*, quando in Meidân collocant duas Columnas ſeu Metas, ut چوگان بازان *Claviluſores* Pilam ſuam inter eas tranſmittant. Hippodromus ubi publica exercitia haberi ſolent, Perſ-Arabicè dicitur میدان *Meidan* voce hybridâ, partim Latinâ: duæ enim in utrâque extremitate *Metæ*, (à formâ ſingulari Arabibus Latinum nomen uſurpantibus) میدا *Meida* ſeu میطا *Mi-*

ta, i. e. *Meta*,) additâ Arabum terminatione Duali, dicuntur ميدان *Meidan*, seu ميطان *Meitan*, i. e. *Duæ Metæ*.

Apud Mesopotamienses est Ludus eis dictus طاپي *Tâpi*, [i. e. طوپ *Tôp*, *Pila* seu *Globulus* quivis,] qui exercetur magnâ Pilâ coriaceâ, lanâ infertâ. Et Ludus est, ut aliquis humo allidat hanc Pilam, adeò ut repulsu ac resultu in aërem surgat, & astantes contendant quis surgentem Pilam (dum adhuc est in aëre) capiat. Si ille qui allisérat, eam capit, dum alius simul in eandem rem contendebat, tum Allisor inequitabit humeros alterius, & ab eo circumvehetur. Sed si alius capit Pilam, tum Allisor erit Equus, ut portet alterum illum qui dictam Pilam capiebat.

Apud Mesopotamiæ Incolas, alius Pilæ Ludus est كبي *Kubbi* seu *Kibbi*, in quo est magna quædam Pila ex vetustis pannis vel aliâ materiâ compacta. Ad ludendum convenire solent plures, fortè 10, 20, aut 30 personæ, ex quibus unus fit Capitaneus, qui in medio prostans, & vulgi circumstante coronâ, incipit numerare quicquid libet fingere, ut *Deus* 1, *Sol* 2, *Terra* 3. Tum convertit se ad socios quos pergit numerare 4, 5, &c. eósque toties numerat donec attingat numerum quadragesimum: & tum ille ex sociis Circulo stantibus (quicunque sit) qui cadit sub numero 40, [sc. cui accidit ut sit quadragesimus,] debet surgere & se collocare à tergo

go Capitanei, qui interrogabit eum ايش اكلت اليوم *Quid comedisti hodiè?* cui alter pro libitu respondet, *Panem, Carnem, Pisces,* aut quidvis aliud. Tum tota Cohors incipit unâ voce clamare, اكل خبز اليوم *Comêdit panem hodiè,* aut quicquid sit.

His ita factis, Capitaneus dictam Pilam in mediam coronam emittit, quam ille qui medianus à tergo steterat, manibus prehendere conatur, dum reliqui omnes istam Pilam ita exagitant & circumvolvunt & manibus ac pedibus eam huc illuc projiciunt, ut alter cogatur fortè per horam laborare & discurrere, priusquam eam prehendere possit. Sed quando tandem Pilam arripit, ille à cujus manu tunc venerat vel in cujus manu deprehenditur, hujus vicem subire cogitur, & fit الفتال *Phettâl, Cursor,* الذي يفتل *qui medianus circumcurrat.*

De Ludo Trium Passuum-diductorum.

HIc Mesopotamiensium Ludus dicitur ثلث ذاتات *Thâlath nâtât,* id est, *Tres diducti-passus,* Anglicè Three strides. Positâ دشان *metâ* ubi incipiant, ille qui præ cæteris videtur agilis, ponit tres benè diductos Passus, quos tamen (si vult) excedere potest: & locum ubi desinebat signans, dicit, هذا لمزيد *Hada limzîd,*

id est, *Hoc est ad augendum*: & hoc modo iste Auctor provocat reliquos ut tentent si plus præstare poterint. Si aliquis alius hoc attingit, tum prior adhuc auget. Quicunque autem tentando non potest attingere, cogitur manus genubus applicando transversim stare ad unius fortè Passûs distantiam, ut Auctor facto unico Passu statim super eum transiliat, & reliqui omnes sequantur transiliendo. Deinde dictus prior, paulò ulteriùs eum collocat transilitque, & reliqui sequuntur. Et quicunque non potest transilire istum, cogitur ejus vicem subire, & dicto modo stare ut reliqui super eum transiliant: ille verò qui priùs succubuerat ut super eum reliqui transilirent, jam fit Auctor, & statuit imperátque ad quantam distantiam iste alter succumbat. Sunt autem (ut mihi dictum est) ex hujus Regionis hominibus qui eâ sunt agilitate & dorsi robore, ut 50 pedes seu 30 aut plures cubitos tribus diductis Passibus excedant.

De Ludo Hagjêgj.

Hic Ludus apud Mesopotamienses dicitur لعبة بالحجيج *La'ba bilHagjêgj*, quia ludunt حج *Peregrinationem sacram.* Hoc autem modo fit: designatur aliquis locus, (putà Collem, Arborem, Saxum, aut simile quidvis,) ad quem instituenda est Peregrinatio lusoria: & ad jactum sagittæ ponitur Meta seu terminus à quo inci-

incipiendum eſt. Deinde Luſores dividuntur in duas Turmas, quarum utraque ſuum Ducem habet: & jacitur شتا وصيف *Hyems & Æſtas*, (ut ſuprà,) ad ſortiendum quænam Turmarum primò excurrat. His factis, illi quorum eſt excurrere, verſus locum peregrinationis properant. Metæ verò Dux collocat ſuos ſigillatim ad certas quaſdam diſtantias: & dato Signo, à Metâ incipientes jaciunt ſuam quam habent طابي *Pilam* poſt Peregrinantes: & iſti qui ad certas diſtantias collocati ſunt, à ſe invicem excipiunt jaciúntque ut ipſos Peregrinantes aſſequantur & Pilâ feriant: quod ſi fecerint & aliquem ex eis tetigerint, tum mutantur vices, & illa Turma quæ antè excurrebat, jam Metam poſſidet. Aliàs, ſi non tetigerint aliquem ex eis, tum primi Poſſeſſores Metæ eam tenent etiam ſecundâ vice, aut pluries ſi opus fuerit.

De Ludo Caſhcûſhi.

APud Incolas Meſopotamiæ كشكوشي *Caſhcûſhi* eſt magna quædam *Pila lignea* ex 7 aut 8 partibus compoſita: hæ partes non arctè, ſed laxè componuntur, ita ut movendo, inter ſe invicem collidantur & crepitent. Luſores verò in duas dividuntur Turmas, quarum utraque ſuum Ducem habet: & mittuntur Sortes,

tes, (ut ſuprà,) quænam harum Turmarum ſuper alteram inequitet. Deinde facto Luſorum Circulo, Inſeſſorum Dux conſcendens Equum ſuum, aliquam تركي *Terki*, id eſt, *Cantilenam* modulatur: & poſteà, Pilam ligneam quam manu tenebat, jacit ad aliquem ex ſuis Inſeſſoribus; & ſi aliquis Inſeſſorum eam capit, iſte Duci reddit ut ad alterum jaciat: & ſic deinceps. Equi autem intereà calcitrant & circumagunt ſe ut hoc modo impediant alteros à capiendo Pilam: adeò ut ſi nullus Inſeſſorum Pilam ceperit, tum mutatis vicibus, qui primò erant Equi, jam Inſeſſores fiunt.

De Ludo Bokeira ſeu Bukaira.

A Rabibus بقيري *Bokeira* eſt Ludus Perſis dictus كوهامون *Cuhâmûn*, ſeu rectiùs كوهاموي *Cuhâmui*, i.e. *Montipilaris*, ſeu *Monticapillaris*: eſt enim terræ Cumulus circa quem ducuntur lineæ, ut exponit meum *Nimetullâh*; in quo etiam fuſiùs explicatur, quòd ſc. ſit terræ cumulus ſuper quem ſpargitur aqua, & complicatur in eo Pilus ſeu Capillus: & deinde circa dictum Cumulum ducitur manus, donec tandem Pilus appareat. Secundùm aliorum praxin, eſt Terræ cumulus in quo fiunt foramina: deinde aquâ in Cumuli ſummitatem effuſâ, ille puer qui ei adſtabat Foramini unde efflueret

ret aqua, Depositum pro quo ludebatur reportabat.

De Ludo Yâgj.

HIc Ludus ياج *Yâgj* incolis Mesopotamiæ idem est qui Turcis چالك ايوني *Tchâligh ojúni*, qui exercitur ligni Frustulo quod vocamus Cat vel Trap, quod Baculo tactum salit instar Felis. Ipsum verò ligni frustulum Arabibus illis Campestribus vocatur هاه *Hâh*, oppidanis ليكا *Lîgha*; & *Bacillum* quo feritur, est كطا *Ghâta*. Aliàs Persicè audit غوك چوب *Gûk-tchûb*, id est, *Rani-lignum*, sc. instar ranæ tam formâ quàm saltu: & aliter دست چلك *Dest tchalìgh*, & كورشت *Cûrisht*.

In hoc Ludo socii dividuntur in duas partes, quarum singulis præficitur Capitaneus. Incipit alterius partis Capitaneus, qui si rectè ferit propellitque Ligneum illud Frustum seu Felem, tum illi qui ex adversâ parte arripiunt & vibratâ manu domum remittunt, ita nempe ut attingant tangántque ferientis Bacillum, quod eum in finem humi transversim collocatur. Et, si tangunt Bacillum, tum mutantur vices, & altera Cohors Metam possidet, dum isti inferiùs rele-

gantur ut propulsatum Fructum excipiant, ut in initio ab aliis factum est. Vel si per aërem volans Lignum manibus capere possunt priusquàm attingat terram, tum illud secum portantes quietè adeunt Metam, eamque possident.

Si autem Capitaneus ictu fallitur, nec rectè ferit, pro mortuo aut cessante habetur, & cessat ludere: sed alius aliquis ex suis ei quasi subsidium ferens, ejus vicem feriendi supplet, feritque وحياة الروس *pro vitâ Capitanei* sui recuperandâ. Si iste fallitur ictu, tum venit tertius; &, ut suprà, si rectè ferit, tum altera pars excipit & vibrato brachio domum remittunt, ita (ut si possit fieri) transversim positum Bacillum tangant, & hoc modo Metam possideant. Si autem non tangunt, nec priusquam in terram cadat manibus excipiunt, tum ille qui feriebat (si rectè præstat,) pergit ferire & ludere.

At si Capitaneus quatuor continuatis vicibus rectè ferit, tum erit in illius potestate ut dicat فلان يجي *veniat ὁ δεῖνα*, & hoc modo advocet quemcunque vult ex adversâ parte, ut inequitetur ab aliquo ex suis. Et, si secundus qui deficientis Capitanei vices supplet, semel rectè ferit *pro Vita Capitanei*; & deinde pergit adhuc rectè ferire quatuor continuatis vicibus; tum erit in illius potestate ut advocet adversæ partis Capitaneum, ut à suo Capitaneo nuper mortuo sed jam revivente inequitetur.

Si autem alicujus sit ferire pro reviventibus Capita-

Capitaneo & duobus aliis; tum debet rectè ferire ſex vicibus: ſi pro Capitaneo & tribus aliis, tum ſeptem vicibus. Et ſic deinceps.

De Ludo Turbinis.

NOmine مصعار *Mits'ar* apud Meſopotamienſes denotatur *Turbo* miſſilis, talis qui vocatur **Gigg** vel **Topp**. Ludus eſt, ut iſtiuſmodi Turbo obvoluto filo ex alicujus manu jaciatur ad fortiter gyrandum; dum intereà reliqui qui adſunt ſuos Turbines eodem modo emittunt, ita ut (ſi poſſibile) priorem feriant evertantque. Quicunque verò ſuum emittens alium non ferit, tenebitur ſequente vice ſuum ſummittere ut alii eum impetant: niſi fortè ſequente modo redimere poterit. Nam quamvis aliquis Turbinem emittens non feriat alium, ſi tamen poteſt ſuum ab humo levare ita ut in manu ſuâ gyretur donec alium Turbinem alterâ manu tangat, tum ille idem quem ita tangit, emittendus eſt ut à reliquis impetatur, ut ſuprá.

Iſte Ludus Græcis dicitur Βέμβιξ, Arabibus فلكة *Féleka*, & دوامة *Duwáma*, à circumgyratione: ſic Gjeuhari الدوامة فلكة يرميها الصبي بخيط فتدوم علي الارض يعني تدور

Al Duwáma eſt Féleka [ſeu *rotundum quiddam*] *quod cum filo è manibus emittit puer, ut perpetuet*

se super terram, id est, *circumgyretur diu*. Hoc pueris vulgò dicitur *dormire*. Ecteri dicit, دوامة اوغلانچقلر چوردكي پرلغوج فلكة دخي درلر *Duwâma est puerorum gyratilis Hirundo, quam etiam vocant Féleka*. Aliquando Latinè dicitur *Trochus* & *Trochulus*, ut & Italicè dicitur *Trottolo*: Turcicè فرلاق *Firlâk*, & (ut vides) *Hirundo*, propter motionem quæ volatili gyrationi non absimilis. Nomen autem Turcicum variè scribitur: sc. *Pirlagûtch* ut suprà, item پرلنغچ *Pirlangùtch*, & قرلنغچ *Kirlangùtch*. Aliàs پرله *Pirla*, & فرفره *Fírfira*. Syriacè audit ܓܝܓܠܐ *Ghîghlo*, quod consonat cum Angl. Gigg. Persicè plura habet nomina, quarum aliqua sunt بادفره *Bâdfira*, & برنبور *Berembûr*, & بادزن *Bâd-zen*, quia movet ventum seu aërem. Aliàs vocatur كلكيس *Kelkîs*, & ڭردناي *Gherdnai*. Quin & *Gherdnai* est etiam *Rotans Sella* in quâ pueri gradiri discunt: item, *Orbiculus* qui trajectis funibus, iisque adductis & iterum relaxatis circumvertitur.

Trochus est tam *Turbo*, quàm *Rotula* lusoria quam circumagunt pueri. Trochi autem duo erant genera, quorum unum Scuticâ agitabatur, alterum loro circumvoluto ejectum in terrâ agitabatur (ut dictum est) vi primæ vis impellentis, & eodem loco diu gyrans manebat. Sub *Trochi* etiam

etiam nomine (ut dictum) apud Græcos veniebat *Canthus* ſeu *Rotula* quæ baculo per plateæ longitudinem agitari ſolebat. Qui quidem *Canthus* (ſeu *Trochus*) erat vel ligneus ſimplex, vel æneus cum ſtrepentibus annulis.

Alia etiam erant apud Græcos *Trochorum* genera. Sed de his ſatis.

De Ludo qui Par Impar *vocatur.*

HIc Ludus Gallis *Pair ou non, & Pair ou ſon*, eâdem ſortitione quâ *Croix ou Pile, Caput aut Naviam* Latinis ſonans. Gr. Ἄρτια ἢ περιττὰ, Ζυγὰ ἢ ἄζυγα. Hunc Ludum exercere ἀρτιάζειν, Arabicè dicitur خسا *Cheſſa*: nam خسا *Cheſan* eis eſt *Impar* numerus; & خسا زکا *Cheſſan Zeccan* eſt *Imparis pariſque Ludus*, aliàs Arabibus زوج یا فرد *Zaugi ya pherd*, Perſis طاق یا جفت *Tâk ya Gjuſt*, Turcis تکمی جفتمی *Tek-mi Gjuſt-mi*? Apud Juvenalem memoratur

Ludere per impar, equitare arundine longâ.

De Ludo Phial.

ARabibus فیال *Phial* eſt *Divinatio ludicra*, ubi ſc. terræ ſeu arenæ cumulus in partes

dividitur, & re aliquâ in unâ harum partium reconditâ, divinandum eſt in quâ parte lateat. Hic Ludus aliàs Arab. dicitur دسة *Dúſſa*, & Perſ. خاک ونمک *Châk u Namàk*, i. e. *Terra & Sal*, ubi aliquid in arenæ bipertito cumulo abſconditur; &, ſi alter qui non viderat, primo tentamine invenit, vincit: vel aliàs, quando aliquid in ſcrobe abſconditur; &, qui primo tentamine exemerit, vincit. Simile quid apud D. Golium exponitur Arab. ادبوثة *Umbûtha*, ferè idem quod Pollucis Κυβιστησμός. Eſt & alius divinandi Ludus Arabibus dictus عياف *Ayâph*, aliàs الغيصا *AlGomeiſa*.

De Ludo Furum & Vigilum.

APud Meſopotamienſes hic Ludus dicitur حساس وحرامى *Haſsâs wa Harâmi*, i.e. *Vigil & Fur*, ſeu collectivè *Vigiles & Fures*. Ab hujus Regionis Arabibus Armeni mutuârunt ſuum vocabulum *Haſâs* eodem ſignificatu. Illis qui Arabiam propriè ſic dictam incolunt, Vigil nocturnus dicitur عسس *Aſas*, prout in Lexicis legitur.

Hic autem Ludus hoc modo exercetur: conſtituuntur tres Turmæ; nempe aliquot qui adſint Officiarii, quales ſunt مفتي قاضي *Múfti Kâdi*

Kâdi seu *Kâzi*, قاضي *Bâshâ*, & صوباشي *Sûbashi* qui est حساس باشي *Hassâs-Bashi* seu *Vigilum præfectus*, eisque is præest tam diurno quam nocturno tempore. Deinde seliguntur fortè 7 aut 8 Vigiles seu Latrunculatores, & totidem Fures. Isti Fures quærunt Latebras, ut seipsos abscondant: quo facto, Vigiles omnia loca permeant & rimantur, ut istos Fures persequantur eosque investigent. Si quem invenerint, eum statim adducunt & coram Officiariis sistunt, ubi stat funiculo in collum injecto, & tandem ad Patibulum damnatur. Sed si aliquis Furum poterit imperceptus se eò adducere ut clam veniat ad tangendum aliquem ex Officiariis priusquàm deprehendatur à Vigilibus & Latrunculatoribus, hac ratione salvus evadit, & culpæ suæ veniam obtinet.

De Chytra seu Chytrinda.

Iste Ludus Arabibus dicitur حاجورة *Hâgjura*, seu حجورة *Hagjûra*, Persis خيز كير *Chîz-ghîr*, ut & Turcis طور طوت *Dôr dût*, i. e. *Surge & cape*. Iste Ludus Græcis dicebatur χυτρίνδα. In eo enim, orbe ducto, puer medianus vellicatur & pungitur feritúrque, donec aliquem prehendat qui vices ejus subeat. Is enim medianus quem alii vellicabant aut verberabant, dicebatur χύτρα, *Olla*.

Est

Est etiam alia 2da *Chytrindæ* species Persis dicta جلانك *Gjulânek* seu جدارك *Giodârek*, & كوره كردان *Cûza gherdân* id est, *Urceum* seu *Ollam circumagens*. In hoc apud veteres Græcos aliquis Ollam capite gestans (quam sinistrâ manu tenuit,) circumibat, dum cæteri eum verberantes interrogabant, Τίς τὴν χύτραν; cui ille respondebat, Ἐγὼ Μίδας. Et quem ille pede tetigisset, is cum ollâ circumire cogebatur.

Aliqui paulò aliter tertiam speciem constituunt, exponentes χυτρίνδα esse Ludum quo in Gramine considere solebant terni aut plures junctis dorsis, quos interim alii in capita percutere tentabant: illi verò aliquem ex percussoribus prehendere studebant, ut is considere cogeretur, & alter qui eum prehenderat surgeret. Hæc *Chytrindæ* tertia species Persis dicitur سگندر *Seghánder*, i. e. *Canis intermedius*. Circulo enim ducto, secundùm Persas in gyro sedetur, & unus aliquis in medio collocatur, quem reliqui verberant donec aliquem prehendat qui vices ejus subeat; quod parum differt ab eo Græcorum, in quo plures in medio considebant.

Quin & سگندر *Seghánder* ab aliis Persarum Lexicographis paulò aliter exponitur (prout in aliâ fortè provinciâ usurpatum fuerit,) Turcicè تقله ايوني *Takla* seu *Tikla ojúni*; sc. Ludus Persicè dictus سر نگون *Ser-nughûn*, id est, *Caput retrorsum*,

retrorsum, Turcicè باش آشغه *Bâsh âshagha*, i. e. *Caput infrá*. Hic Ludus Hesychio dicitur Κυβιστίνδα, minùs rectè pro Κυβιστίνδα : est enim ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν, ubi saliendo corpus & caput retrorsum jactatur, ita tamen ut in pedes recidatur. Talis Saltator est Κυβιστήρ seu *Petaurista*. Hoc modo ludere & saltare Turcicè dicitur تقله قلمق Takla Kilmak, *ponere seu adhibere Takla*, quod est آلتی اوستنه چورمك یا دندرمك *Voltare sotto sopra*, Gallicè *Sobre sault*; unde Angl. corruptè Sumberset seu Summerset, quod aliàs Heeles over head. Aliàs Gallicè sonat *Saut perilleux*, vulgò sonans *Soperilleux*. Hic Ludus dicitur etiam با سر شدن *Bâ-ser Shuden*, id est, *In caput esse* vel *fieri*, & نگون سر جستن *Ser-Nughûn gjésten*, i. e. *Capite retrò salire*, Arabicè نكس *Nuks*, i. e. *Retrorsum*: Turcicè aliàs dicitur قچنه اوینمق *Kitchenè óinamak*. Hic Ludus tam apud nos quàm in Oriente in Scenâ publicâ seu ex Asseribus parapegmate, mirâ corporis agilitate exerceri solet.

De Collabismo.

ISte Ludus Arabicè حی جعل *Hai gjo'al*, apud Ecteri گوز اغرتمه ایودی *Oculorum*

 suppressio

ſuppreſſio dictus *Ludus*, eſt tam *Myinda*, quàm *Collabiſmus*, ſc. Luſus quo unus in circulo obiens, à cæteris percutitur, donec ille aliquem prehendat qui in ejus locum ſubſtituatur. Græcorum autem Κολλαβισμὸς, & Κολλαβίζειν erat quando aliquis proprios oculos comprimens, divinabat quis eum percuſſerat, quod Gallicè vulgò *Capiſolèt* dicitur. Huic valdè affinis erat (ſi non idem) Perſarum سر دركليم *Ser der Kilim*, i. e. *Caput in Lodice*, qui ferè idem Luſus qui Anglis dicitur **Blinde mans Buff**. Talis enim eſt Ludus ubi aliquem vel Lodice vel alio Panno aut mantili ita involvunt, ut nihil prorſus videre poſſit: deinde eum verberant, quærentes *Quis te verberavit?* Et pergunt ſic facere colaphis percutiendo, donec rectè nominaverit aliquem, qui tunc in ejus locum ſubſtitutus, eodem modo verberetur.

Alius huic affinis Ludus Græcis dicebatur Μυΐνδα, ſeu μῦα χαλκῆ *Muſca anea*, ubi puer clauſis oculis & manus protendens obambulabat donec aliquem prehenderet: Anglis dicitur **Noble um blinde**.

Huic congener eſt سر ماميک *Seri-mâmek*, i. e. *Caput Mammulæ* ſeu *Vetulæ*, Angl. **Hyde and ſeek**, quod fusè deſcribitur in *Ph. Gi.* Dicitur Armenicè vocari *Pahghevúzugh*, & *Dgîgh*.

Cum his in Meurſii Indice connumerantur Διδρασκίνδα, Ἀποδιδρασκίνδα, atque Χελιχελώνη quæ eſt ſimilis *Chytræ*, ubi Virgo ſedens in medio vocatur χελώνη ſeu *Teſtudo*, & aliæ circumcurſitantes

tantes rogant *Chelichelóne, quid facis in medio?* Reſpondet, *Lanam texo*, &c. Plura videas apud Pollucem.

Apud quoſdam Lexicographos Perſas *Ser der Kilîm* aliàs exponitur, idem Luſus qui Arabicè مهرام *Mihzâm*, quo etiam nomine vocatur Magorum Saltatio dicta *Deſtbend*, quippe in quâ يهزمون الارض فيوثرون فيها *feriunt deprimuntque terram, & veſtigia relinquunt in eâ.* Aliàs autem *Mihzâm* eſt quoque diverſus Ludus, ubi accipitur Torris Titiove ignitus longitudinis cubitalis, quem aliquis abjicit retrorſum poſt dorſum ſuum: & quicunque arripere ret aut prehenderet dictum Titionem, omnia circa ſe verberabat: & deinde illius in quem aliquis ictus ceciderat, erat ut ركب وغلب *rúkiba wa gúliba, inſiliretur & ſubigeretur.* Cúmque Lexicographi inter ſe varient, vocabula exponentes ſecundùm uſum provinciæ in quâ vivunt, in alio Exemplari Libri *Nim.* dictus *Ser der Kilîm* expr. بكزي بوز *Benzi-bôz*, ubi aliquem ſedere faciunt & percutiunt, interrogantes *Quis te percuſſit*, ut ſuprá. Eſt autem Turcicum *Benzi, forma* aut *figura* rei, ejúſve *ſimilitudo*; & *Benzi-bozulmiſh* eſt *rejectus, retrorſum jactus*, adeóque *figurâ deformatus.*

De Saltatione.

A Rabibus Saltatio dicitur رقص *Raks*: at peculiaris Magorum ſaltatio quædam Perſis dicitur دستبند *Deſt-bend* ſeu *manuum commiſſio*, in quo alii aliorum manus prehendunt. Hæc aliàs perſicè vocatur پنجه *Pengche*, & vitiosè پنجه *Tantche* & پنجه *Pitche*: nam tot modis ſcribitur. *Deſtbend* Turcicè exponitur خوراز دپمك *Chorâz depmek* ſeu *Choream ducere*. In meo *Nim.* expr. خوراز رومیان *Chorea Rumaeorum* ſeu *Græcorum*. In *Nim Laud.* Perſicè expr. خرد دست *Chùrd deſt*, i. e. *Parva manus*, & Turcicè ال ایونی *El vjúni*, i. e. *Manuum ludus*, ſc. manuum junctarum. Hic Ludus apud Meſopotamienſes vocatur جوبی *Gjuppii*: & in eo tantùm conſiſtit, ut multi homines aut pueri in Circulo ſtantes & manus jungentes, omnes ſe invicem in gyrum circumducant celeriter, tam diu donec diutius id ferre nequeant.

De

De Ludo Tâbel.

Tâbel طابل est Lapillus rotundus ad magnitudinem Juglandis, aliàs dictus گلة *Gúlla*, id est, *Globulus*, qualem quisque Lusorum possidet. Ex iis qui ludunt, quisque deponit suam Juglandem seu Talum, aut quicquid sit quo luditur: & hæc omnia collocantur rectà in unâ serie: & hujusmodi Series (quæ continet Depositum pro quo luditur,) apud Mesopotamiæ Incolas vocatur عانك *Anek* seu *ânak*, quod fortè primariò Cumulum arenæ aut pulveveris significet. Paulò ultra dictam Seriem, ducitur خط *Chàt* seu *linea* transversa, quæ pro ludentium limite ponitur. Nam quicquid sit ultra lineam, nil valet; sed dicunt واقع *Wâkaa*, id est, *Cecidit, lapsus est* ultra lineam seu Limitem. His positis, ordine incipiunt jacere Globulis suis, stando ad distantiam 8 aut 10 Pedum. Jacturo autem dicunt pro malo omine, جوز عانك *Gjûz ânak*, id est, *Præterlabere acervum* seu *seriem*; sc malè apprecantes ut hallucinetur jaciendo, & Depositum non tangat. Ille qui jacit, Pollice aut Indice adigit Globulum suum contra Acervum: & quotquot emovet tangitve, ipsi cedunt: & deinde resumens Globulum suum, rursus jacit. At si non tangit Acervum, ut aliquid

quid lucretur, tum non poteſt reſumere ſuum Globulum, quippe qui debet humi ſuo loco manere prout ceciderat.

Deinde ſecundus jacit: &, ſi tangit Acervum, lucratur quotquot movet: ſi tangit prioris Globulum, tum ille prior tenetur ei dare duas Nuces è marſupio ſuo: & hoc ſufficit ut ſecundus Globulum ſuum reſumens rurſus jaciat, donec ceſſet lucrari. Et ſic deinceps de reliquis Luſoribus, quotquot ſint. Sed ſi ſecundus tangit tertii Globulum, tum ille ſecundus dabit tertio 4 Nuces: & quartus dabit tertio 8 Nuces: cùm priores habuerint ſuas vices lucrandi ante hoſce poſteriores. Sed ut videtur, pro Nucibus quas dederint, debent ſuas ludendo vices reſumere, ut in initio. Si accidit ut omnes hallucinentur jaciendo, nec aliquid lucrentur, tum primus reſumens ſuum Globulum, rurſus jacit. Et ſic deinceps de reliquis, ut ſuprà dictum.

De Nuciludio.

HIc Ludus (Græcis βώμα) ſuprà Perſicè vocatur *Sheſhchengj*: nam 6 nucibus luditur: Romani 4 nucibus. Conſulatur Ovidius de Nuce. Arabibus vocatur زدو *Záduo*, unde مزدات *Mizdât* eſt *Scrobs* quam Nucibus petunt. Turcis audit قوز ايوذى *Kôz-ojúni*, ſeu جوز ايوذي *Gjevìz-ojúni*, id eſt, *Juglandium Ludus*: nam tales Nuces

Nuces intelliguntur, eæque plerumque tritæ seu lævigatæ, & tum Arabicè dictæ حرز *Haràz*, quod apud Turgj. exponitur جوز محكوك يلعب به الصبيان *Nuces lævigatæ quibus ludunt pueri.* Iste Ludus aliàs Persicè vocatur هولك *Hûlek*, & هليوي *Hilivi*, & هيلوي *Hilavi*, & گردگان بازی *Ghirdaghân-bâzi*, i. e. *Nuciluludium.*

Modus ludendi est multiplex. Sæpè autem sic fit: viz. factâ prope murum scrobe, tres pueri sumptis Talis aut Juglandibus primò jaciunt sortiendo Privilegium incipiendi, ut qui Scrobi propiùs jecerit, habeat Titulum Turcicè دلك اده سي *Delùk* seu *Delìk ánasi*, i. e. *Scrobicula mater*: is enim scrobi adstat, eique præest. Reliquorum puerorum alter dat alteri fortè 5 Nuces, quas unà cum totidem de suis jacit. Si impar numerus in Scrobem cadit, omnes Matri seu Puero adstanti cedunt: si autem par sit numerus, tum ille qui jaciebat totidem lucratur ab Astante, & hic fit Mater loco illius Variat autem Lusus pro vario Puerorum in diversis locis ingenio, & pro patriæ seu regionis diversitate; quod fit in aliis Ludis puerilibus, unde idem sæpe nomen tam variè à variis exponitur.

De

De Ludo Cûs.

NOmen *Cûs* Perſicè vulgò ſign. *Abenotympanum*; & apud Perſas in Indiâ eſt quoque i. q. صف *Saph*, i. e. *Ordo, ſeries*. Hinc *Cûs* eſt etiam nomen cujuſdam Ludi ubi ipſi مهرها *Calculi* duobus ordinibus collocantur, ferè ut in Shahiludio cernitur. De eo *Sheich Nizâmi* canit,

دو لشکر بهم کشیدند کوس
چو شطرنج ازعاج وآبنوس

Duo exercitus ordine inſtructi ſunt
Ad inſtar Shahiludii ex Ebore & Ebeno.

Nempe hujus Ludi Armiluſtrium deſcribit Poëta, ubi ambæ acies ad pugnam inſtructæ & ordine diſpoſitæ ſtantes cernuntur, quarum una erat alba ex Ebore, altera nigra ex Ebeno.

Hicce Ludus videtur eſſe ex elegantioribus: & eo nomine dolendum quòd ampliorem ejus deſcriptionem non habeamus. Reſtat itaque à Mercatoribus noſtris petendum, ut ab ipſis Indis hujus Ludi Schema & ludendi Regulas addiſcentes, nobis impertiri non dedignentur.

De

De Ludo Puſhtek.

LUdus پشتک *Puſhtek* Perſicè talis eſt quo manibus inceditur, pedibus interim in aërem elevatis. Idem alio nomine Perſis dicitur سگندر گزدم *Seghánderi ghézhdom*, Indicè کتاب *Katâb*. Qualis autem Ludus ſit *Seghánder*, ſuprà explicatum eſt.

De Micatione digitis.

PEr Digitos *Sortitio* dicta *Micatio*, Germanicè audit die Mumke, Gallicè *Mourre*, Italicè *Morre*, quæ à Lat. *Micare*. Dicitur, *Micandum eſt cum aliquo*; &, *Dignus quocum in tenebris micetur*, de probo viro qui omnia promptè & rectè agnoſcet & fatebitur, quamvis ſit in tenebris ubi Colluſor non videt an rectè dicat necne. Hunc Ludum exercere, Æthiopicè dicitur ተፋሰሰ *Taphâſaſa*, id eſt, *ſortiri projectis digitis* ut numerus divinetur. In hoc Ludo Æthiopibus tota manus dicitur ወልታ *Waltâ*, i. e. *Pelta*, *Scutum*, *Clypeus*. Digitus unus eſt ኵናት *Kuinât*, id eſt, *Lancea*, *framea*. Index & Medius eſt ቀስት *Kaſt*, id eſt, *Arcus*.

Est & Æthiopibus ⲔⲀⲢⲔⲒⲤ *Karkis* dictum Ludi genus, cùm factis in Tabulâ aliquot Foraminibus, Globuli per ea mittuntur : quo quidem Lusu aliqui Æthiopum ad Divinationem abutuntur.

Elenchus quorundam eorum qui de Ludis scripserunt.

1. Liber Arabicus كتاب في حكمة النرد *de Arte Nerdiludii*, Autore *AlRâzi*, qui vulgò *Rasis* dictus.
2. Libellus Arab. قصيدة شينية يصف فيها النرد *Poema* dicta *Shiniya*, *quo Nerdiludium describitur*; cujus Autor est *Abu Abdallâh Mohammed fil. Ahmed AlCheyât Damascenus.*
3. Lib. סור מרע *Declina à malo*: est Dialogus de Ludis, ubi Interlocutorum unus eos laudat, dum alter eosdem vituperat. Impressus vitiosè primò *Ven.* שעה, 2do Leydæ חנו.
4. Liber *de Aleâ, Talis, Chartis*, &c. quem scripsit *Hier. Cast. Cardanus Mediolanensis.*
5. Lib. *de Aleâ*, per *Galenum.*
6. Lib. *de Alea*, per *Claudium* Imperatorem.
7. Lib. *de Ludis puerilibus Græcorum*, per *Suetonium*, quod testantur Suidas & Tzetzes & Servius. Hujus meminit Eustath. ad Odyss. α', innominato autem Authore. De hoc videas paginam ultimam.
8. Lib. *de Ludis Græcorum*, per *Meursium.* 8.
9. Libellus *de Ludis*, sc. *Talis, Tesseris*, & *Calculis*, per *Cœlium Calcagninum* Protonotarium Apostolicum.
10. Libellus *de Ludis privatis ac domesticis veterum*, cujus Author *Jul. Cæs. Bulengerus* Societatis Jesu Presbyter. 8.

11. Lib.

11. Lib. *Ouranomachia* seu *Astrologorum Ludus*, in Abaco rotundo cum Calculis, ubi duo Planetarum ordines pro Mundi Imperio decertantes. 4.

12. Lib. *de Aleâ*, seu *de curandâ in pecuniam ludendi cupiditate*, per Pasch. Justum; cui loco Commentarii adjectus est sequens *Munsterus*.

13. *Joh. Munsterus*, qui varia ex Autoribus congessit de *Sortibus*, *Taxillis*, *Chartis*, &c.

14. Carmen *in laudem Chartarum*, per Conr. Rittershusium.

15. Lib. Carmine cui tit. *Lorxius Aleæ Ludus*, per Car. Leuschnerum. Dicta tria Poëmata inveniuntur apud Casp. Dornavium in suo *Amphitheatro Sapientiæ Joco-seriæ*.

16. *Claudii Buxerii*, *Rythmomachia* seu *Pythagoreus Numerorum Ludus*, qui & *Philosophorum Ludus* dicitur. Calculi in hoc Ludo multiplices habent formas, & variis Numerorum Notis insigniuntur. Estque Ludus egregius qui ferè ad modum Scachorum, at in capaciori Tabulâ, exercetur. Hunc autem Ludum priùs descripserat *Jac. Faber* Stapulensis sub Tit. *Rythmomachiæ* seu *Pugnæ Numerorum*; ubi, ut suprà, Orbiculis, Trigonis, & Rhombis (quibus variæ Numerorum Notæ inscribuntur,) luditur.

17. Tract. *de Ratiociniis in Aleæ Ludo*, per Christ. Hugenium.

18. Lib. *de Lusu Aleæ*, per —— *Ryssen*, contra *Gatakerum*. Consule *Kippingum*.

19. Lib. *de Lusu Aleæ*, per *Gisb. Voetium*.

20. Lib. *de variis Ludis* Anglicè, per *Fr. Beale.*

21. Inter Raritates *D. Swammerdami* defuncti, memorantur *duo Libri Chinenſes de Ludis*, & *Inſtrumenta ludendi* ſacculo incluſa.

22. Liber *de Ludo l'Hombre*, cui opponitur *la Beſte.*

23. Liber *de Ludo Piequet.*

24. Lib. Anglicè dictus the Compleat Gameſter.

25. Alii obiter, ut *Eraſmus, L. Vives, H. Junius, Salmaſius*, &c. Conſule *Delrium* in *Senecam.*

26. *P. Herrada* Auguſtianorum Præfectus, è Chinâ olim 100 plùs minùs Libros Chinenſes ſecum advexit in Philippinas Inſulas, & deinde in Europam: inter hos erat *Liber de Luſu Talorum*, *Latrunculorum* [ſeu Scachorum,] *aliiſque Ludis geſticulariis.* Hujus meminit Henningus in Regni Chin. Hiſt. lib. 2, cap. 9.

Suetonius

Suetonius scripsit Libellum de Ludis Græcorum, quod disertè à quibusdam affirmatur. Et Eustathius ad Odyss. ά, innominato Authore, sic meminit, ὁ δὲ περὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδιᾶς γράψας, ἀμφορεὰν καὶ αὐτὸς εἰδὼς κύβων καὶ πεσσῶν, καὶ παλαιστάτην εἶπων πρὸ κυβευτικὴν παιδιάν: deinde eum adducere Sophoclis versum in Palamede de Cubis & Pessis, & Euphorionis Περὶ Ναυπλιαδέω: in Ilio monstrari Lapidem super quo ἐπέκεινον οἱ Ἀχαιοὶ, ἐν ᾧ Ἄργη τὸν λεγόμενον Παλαμήδους Πεσσόν. Et quòd Plato in Phædro Ægyptiis tribuat πεττείαν & κυζίκιν: quòd autem Platonis Commentatores πεττείαν non interpretentur de πεττείᾳ Græcorum, sed de eo quod dicitur Πεττεύειν, pro quo (ut in ordinariâ πεττείᾳ,) habebant Πλινθίον, at in quo motiones Solis & Lunæ & ἐκλειπτικὰ notabantur. Et quòd veteres utebantur tribus Tesseris, non ut nunc duabus. Inde esse Proverbium cujus meminit Plato in Lib. de Legibus, βὶς ἐξ ἢ βεῖς κύβοι, à maximo & minimo numero sic dictum, ubi summum discrimen subeundum erat & periculum faciendum.

FINIS.